✠**dēcoquo,** -xī, -ctum, -ere *a* de *ct* coquere. decoptum: DIOSC. 1, 7. *graecis litteris scriptum*: ATHEN. 3, 121[E]. 122[C] *δηκόκταν*. GLOSS. *ἀφεψῶ cf. etiam p. 204, 20. 205, 13. legitur inde a* CATONE, *singulis locis*: VERG. HOR. OV. LIV. CVRT. LVCAN. PERS. QVINT. TAC. SVET. FLOR. GAIVS, *binis*: MART. IVV., *ternis*: CATO agr. CIC., *saepius*: VARRO (*8*[ies]) SEN. phil. (*10*[ies]), *saepissime habent scriptores rei medicinae; deest*: VVLG. *usus intransitivus v. p. 202, 28. 203, 6 sq. 205, 51.* [*dub.* SEN. nat. 4, 13, 6.]

I *i. q. probe, bene coquere*: **A** *generatim de cibis crudis et de liquoribus coquendis vel vescendi causa vel medicinae*: CATO agr. 97 amurca -cta (99 PLIN. nat. 23, 74). HOR. sat. 2, 1, 74 holus. CELS. 1, 6 ex -cto melle (COLVM. 6, 6, 5. 6, 30, 4 SCRIB. LARG. 117 PLIN. nat. 22, 105. 108. 113). 2, 12 marina aqua (COLVM. 11, 2, 64. 12, 20, 3). 2, 12, 1 lac. 3, 9 aquam (3, 21. 23 nulla aqua, nisi -cta, potionis causa utatur. 4, 7 aqua mulsa [COLVM. 6, 12, 4]. 4, 19 pluvialis aqua. COLVM. 12, 11, 1 *aqua* in vas plumbeum defusa -atur [*cf. etiam p. 202, 3*]. 12, 24, 1. 12, 39, 4 -ctam aquam pro vino adiciunt). CELS. 4, 24 absinthium. 4, 25 verbenae. 4, 27 lentiscus. 5, 12 ficus arida (PLIN. nat. 23, 64). 6, 18, 2 *al.* COLVM. 12, 19, 4 ipse, qui praeerit huic (*sc. musto*) -endo. 12, 25, 3 haec (*sc. aqua et mel*) pariter -i et omnem spurcitiam expurgari oportet (*cf.* 12, 11, 1 omnisque spurcitia cum spumis eximatur). *al.* PLIN. nat. 21, 96 radix *scolymi* vescendo est -cta. 21, 107 cypiri radix -cta panem etiam gratiorem faciat. *et saepissime.* TAC. ann. 13, 15 virus. VEN. FORT. vita Radeg. 23, 57 cibos. 24, 58 ut -ret escas, satagebat exaestuans. CASSIOD. hist. 7, 36 (*in imag.*) tuum, *coque*, est de pulmentariis cogitare, non dogmata divina -ere. CELS. 2, 30 brassica bis -cta (*cf.* SCRIB. LARG. 62 colluere aqua oleastri -cti subinde. PLIN. nat. 24, 40 quidam iterum -unt *picem* et vocant palimpissam. 29, 35 collecto in fictile vas iterumque -cta priore materia). COLVM. 7, 4, 8 caelestis aqua ... paulum -itur. SCRIB. LARG. 66 aqua mulsa crebrius ... -cta. SER. SAMM. 741 his bene -ctis (CHIRON 893 acetum -es bene. PLAC. med. 2, 2). *additur vas sim.*: VARRO ling. 5, 108 quae minus cruda esse poterant, -bant in olla (PLIN. nat. 28, 134 in ollis. 28, 171. FIRM. err. 8, 2 *Liberum* in olla -unt). rust. 1, 64 in ahenis (CET. FAV. 292, 27 in vaso aeneo. PLIN. nat. 25, 90 in aereo vase. 29, 126 in vase aereo. 32, 136 aereis vasis. *et saepius.* VEN. FORT. vita Pat. 5, 17 vasa, ubi pulmentaria -bant). PLIN. nat. 19, 171 pro pulmentario in patellis -cto (22, 162 in patinis. 23, 68. 32, 92). 25, 39 quidam -unt eam in novo fictili (26, 132. 28, 142 -bantque fictili novo saepius). 30, 57 in stagneo vase. IVV. 15, 81 nec ardenti -xit aeno aut veribus. PS. RVFIN. in Am. 4, 1—3 p. 1071, 20 vel eas accipe portiones, quae comminutiores in ollis magis quam in subulis -untur. PLAC. med. 3, 13 vulpes viva in amplo vase -cta. *cf. l. 26. p. 201, 70.* *additur ignis, lignum sim.*: VARRO rust. 1, 64 leni igni. VERG. georg. 1, 295 dulcis musti Volcano -it umorem. PAVL. FEST. p. 39 alii cocula dicunt ligna minuta, quibus facile -antur obsonia. COLVM. 11, 2, 71 *lignis.* 12, 42, 2 *poma* iterum in suo sibi iure lento igni, ne adurantur, carbonibus -untur. PLIN. nat. 25, 90 in aereo vase cum melle Attico leniter cinere fervente -itur. PS. ORIG. tract. 2 p. 22, 11 (*in imagine*) panes spiritus vapore -cti. *coniungitur cum* ius, sucus: PLIN. nat. 22, 84 ius -cti *sii* (24, 146. 28, 120. 156 ius ... carnis -ctae. *al.*). COLVM. 7, 5, 7 sucum -cti lupini. PLIN. nat. 20, 211 sucus -ctae *porcillacae.* 20, 228 *bis.* 20, 230 radicis -ctae sucum. *et saepius.* *adde de Pelia renovando*: SEN. Med. 134 Peliae senis -cta aeno membra. *de Libero deo*: FIRM. err. 6, 3 -cta variis generibus pueri membra consumunt. 8, 2 in olla -unt. *nota usum intransit.*: PLIN. med. 1, 16 aqua, ubi mus -xerit. MARCELL. 26, 25 in olla nova coques et ex eo, quod -xerit *eqs.* 36, 8 THEOD. PRISC. log. 61 APIC. 4, 165. 8, 371. *cf.* PS. RVFIN. in Os. 7, 63 p. 997[C].

B *additur mensura materiae*: PLIN. nat. 25, 41 quantum manus capiat. VARRO rust. 3, 16, 28 ficorum pinguium circiter decem pondo -unt. CELS. 4, 26 tritici hemina. 5, 25 aut croci, myrrhae, turis, singulorum p. *tot* coiciuntur ... eodemque modo -untur. 6, 6, 22 piperis grana cum passi tribus heminis. COLVM. 12, 26, 1 decimam musti. 12, 38, 6 cum mellis -cti sextario. *et sim. saepe.* ORIBAS. syn. 2 add. 843 sucos orizae partes tres cum myrta simul -cta.

C *additur* donec, usque ad *sim., significans terminum coquendi*: PLIN. nat. 14, 121 -unt ad sapas musta. 17, 226 acini ... -untur in callum. 29, 90 ad emplastri genus. COLVM. 12, 11, 1 quae -cta, cum tam crassa fuerit quam defrutum, refrigeretur. PLIN. nat. 17, 264 amurcae congios duos -i in crassitudinem mellis (22, 156. 160. 25, 115. 26, 61). HIER. epist. 52, 11, 3 favi -untur in dulcem et barbaram potionem. VARRO rust. 1, 64 tum ea -unt ... ad duas partes quoad redegerunt. CELS. 4, 24 *radiculas* contusas ... -at, donec tertia pars supersit. SCRIB. LARG. 248 mali cortex ... -itur, donec madida fiat. PLIN. nat. 18, 104. 22, 129. 23, 62 musto -cto, donec tertia pars supersit. 24, 11 contusum in aqua -unt, donec nihil innatet. 24, 188 -itur *farina*, donec amaritudo desinat. 27, 118. 28, 139. 184 donec resolvatur in liquorem. 28, 194 butyrum ... -ctum, donec rufescat. 28, 220 vulpem -ctam vivam, donec ossa tantum restent. COLVM. 12, 20, 4 iubebis rutabulo ligneo agitari, quod -xeris, eo usque dum defrigescat. SCRIB. LARG. 212 -itur, usque dum rufum medicamentum fiat. CELS. 4, 26 id -ere, ut decima pars remaneat. COLVM. 12, 20, 3 amphoras musti nonaginta in defrutario -xeris, ita ut iam exiguum supersit de coctura, quod significat -ctum ad tertias (*cf. infra l. 67*). 12, 42, 2 deinde cum fuerint -cta *poma*, ut non multum iuris supersit *eqs.* PLIN. nat. 23, 82 si vetusti *olei* non sit occasio, -itur, ut vetustatem repraesentet. 23, 133 ita, ut triens ex hemina supersit. 28, 197 potus ... lactis ... bubuli -cti ita, ut serum ex eo bibatur. 29, 50. 32, 101. usque ad, ad: CATO agr. 98 ad dimidium (PLIN. nat. 23, 142. 151. SCRIB. LARG. 3 ad dimidias [65. 66 PLIN. nat. 20, 14. 24, 181 *al.* PELAGON. 111]. COLVM. 12, 24, 1 in dimidiam partem. PLIN. nat. 20, 136 ad dimidias partes [20, 208. 28, 65 *al.*]). CATO agr. 158 usque ad sextarios tres. VARRO frg. Non. p. 551 ad mediam partem (PHILVM. med. 2 p. 30 ad medietatem). rust. 1, 2, 26 ranam luridam ... usque qua ad tertiam partem -xeris (CELS. 5, 28, 16 COLVM. 12, 20, 2. 12, 21, 5 usque ad tertiam partem [12, 38, 8]. PLIN. nat. 14, 80 usque ad tertiam. COLVM. 12, 20, 3 ad tertias [12, 20, 8. 12, 21, 8. 12, 25, 3. 12, 35 *trad.* ad ternas. SCRIB. LARG. 57. 83. 153 PLIN. nat. 20, 26 *et saepe*]. PLIN. nat. 14, 86 ad tertias partes [*al.*]. *cf.* GLOSS. -et *ἀποτριτοῖ*). COLVM. 12, 12, 3 usque in quartam partem (12, 34 ad quartas. 12, 35 PLIN. nat. 26, 21. 32, 115). PLIN. nat. 38, 202 ad quintas. *nota*: VARRO rust. 1, 61 de ea (*amurca*) -untur duae partes (*i. ad tertias decoquitur*). *sim.* COLVM. 7, 5, 9 amurca duabus partibus -cta. *cf.* 12, 19, 1.

D *additur morbus sanandus*: CELS. 6, 19 quidam ad eundem usum (*in morbo digitorum*) -ere simul malunt *eqs.* PLIN. nat. 23, 18 ad dentium dolores -untur *nuclei uvae taminiae* in aceto ... (27, 33). 23, 99 ad testium vitia. 23, 116 -untur et folia cum pomo ad eosdem usus (*sc. ad sistendam alvum*). 23, 122 ad furunculos, panos, parotidas -ctae *fici* illinuntur. 24, 150 contra serpentium ictus. 24, 179 -ctum *gramen* ad vulnera conglutinanda. *et saepius.*

E *additur altera materia, quacum aliquid coquitur*: in c.

abl.: CELS. 2, 12 *aqua*, in qua faenum graecum vel ptisana vel malva -cta sit. 2, 30 in posca. 2, 33 in salsa aqua vel aceto. 3, 18 *bis.* 3, 20. 3, 27, 2 *et passim.* COLVM. 12, 48, 5 in defruto vel melle. SCRIB. LARG. 132 acetum, in quo tamaricum -ctum fuerit. PLIN. nat. 13, 131 *cytisum* in aqua -ctum. 14, 112. 15, 36. 16, 205. 20, 117 *et passim.* ubi: PLIN. med. 1, 16 aqua, ubi mus -xerit. THEOD. PRISC. log. 61 sucum, ubi supradicta -xerint. ORIBAS. syn. 1, 31 ubi malva -cta est. ex: CELS. 2, 30 *caseus* ex melle mulsove -ctus. 4, 23. 28 aqua -cta ex verbenis reprimentibus. 4, 29 ex aqua. 5, 22, 2 ex vino (5, 28, 3 PLIN. nat. 20, 245). 5, 25, 16 piperis grana XXX ex passi tribus sextariis -untur. 6, 6, 39. 6, 7, 1 *al.* SCRIB. LARG. 61. 153. 187. PLIN. nat. 20, 263 radix ... ex aqua -cta. 23, 109. 24, 43 foliis ex oleo -ctis. 25, 104 *al.* GARG. MART. med. 42 -untur *mala* ex vino Falerno. SER. SAMM. 113 ranam ex oleo. CHIRON 636 furfures ex aceto. VEG. mulom. 2, 54, 3. cum: CELS. 4, 7 ficus aridas cum mulsa aqua. 6, 6, 22. 6, 7, 2 COLVM. 9, 13, 8 SCRIB. LARG. 2. 104. PLIN. nat. 16, 54 resina, si cum aqua levius -atur. 19, 43. 20, 54. 133. 179. 208. 235. 21, 126. 22, 19. 59. 62 in vino cum semine. 22, 67. 24, 96. 165. 25, 90 *p. 202, 19.* 26, 22 *al.* una, simul: SCRIB. LARG. 57 vinum ... in quo lapathi radices conici debebunt, ut una -antur. PLIN. nat. 13, 16 sed non est eadem vis nisi una -ctis. PLIN. nat. 23, 82 ruta simul -cta. SER. SAMM. 434 haec -cta simul (*sc. mulsa, far etc.*). ORIBAS. syn. 2 add. p. 843 *p. 202, 37.* *casu ablat.*: COLVM. 9, 13, 6 rorem marinum aqua mulsa -ctum. SCRIB. LARG. 66 aqua mulsa crebrius furfuribus siligineis -cta. 230. PLIN. nat. 12, 32 melle. 16, 180 *rubi* aqua -cti. 18, 126. 160. 229. 20, 167. 232 aceto. 20, 241 scopis *marrubii* cum panico aqua -ctis. 22, 121. 23, 165. SER. SAMM. 358 pluvio -cta papavera rore. PELAGON. 48. *adde*: habere: SCRIB. LARG. 114 per aquam -ctam rosam et lentem habentem. 121 ex aqua hysopum aut rutam -ctam habente. 182 aqua thymum aut origanum -ctum habente. 188 vinum chamaepityn -ctam in se habens. *materia decocta per genetivum posita est*: SCRIB. LARG. 150 licet autem aqua earum (*sc. Vettoniearum herbarum*) -cta uti. PLIN. nat. 24, 6 medicamentum ex aqua myrti -cta. SCRIB. LARG. 141 ex aquae myxorum -ctorum cyathis. 190 aqua ficus aridae -ctae. PLIN. nat. 17, 260 aqua ... lupini -cti. 20, 18 aqua -cti *rapi.* 20, 190 sucum cum oleo -cti *anesi.* 22, 150 columbini -cti aqua.

iuxta posita: crudus et -ctus: SCRIB. LARG. 191 PLIN. nat. 13, 72. 110. 18, 122. 20, 185. 21, 151. 22, 71. 122. 23, 101. 24, 124. GELL. 10, 11, 3 in frugibus ... matura dicuntur, quae neque cruda et immitia sunt neque caduca et -cta, sed tempore suo adulta maturataque (*cf. p. 204, 33*). recens: SCRIB. LARG. 181. contritus: COLVM. 12, 23, 3 salis -cti contritique semunciam. PLIN. nat. 20, 257 radice cum vino -cta sive contrita in oleo illita. 21, 153 -cti aut contriti *trifolii* sucum. 26, 122 verbasci semen ex vino -ctum contritum. 26, 129 folia eius in aqua -cta contrita. tritus: COLVM. 6, 30, 8 herba pedicularis cum sale trita et -cta. 6, 32, 1 -cto ac trito sale. SCRIB. LARG. 243 staphis agria trita et nitrum -ctum tritum pari mensura. PLIN. nat. 21, 136 radix datur potui trita vel -cta. 21, 151 -cta vel cruda tritaque *melilotos.* 23, 136 haec simul trita miscentur -cto (*subst. cf. p. 205, 66*). 23, 138 folia mori trita aut arida -cta. 24, 28 *al.* *varia*: PLAC. med. 2, 18 testiculi leporis -cti et pistati. PLIN. nat. 21, 166 radix commanducata ... -cta (22, 47. 24, 50). PLIN. nat. 22, 69 sucus quoque ex tusis (*sc. bulbis*) expressus aut -ctis utilis fit (26, 105 radix recens tusa ... vel -cta. 26, 140 *item.* 27, 25). 24, 11 quidam contusum in aqua -unt *viscum.* illitus: PLIN. nat. 22, 61 illitum semen et potum in iure gallinacei -ctum. 24, 116 radix -cta et illita. 26, 91. 28, 184. 259 lien vituli in vino -ctus tritusque et illitus. 29, 59 fimum pecudis recens in vino -ctum illitumque. CASSIOD. inst. div. 1 p. 1112[A] -ctus exsuccatusque. PLIN. nat. 25, 148 e radice punctis aperta aut -cta. PLIN. nat. 28, 158 ossa quoque asini confracta et -cta.

II *de metallis sim., quae fervore liquefiunt et purgantur*: A *proprie* (*et in imag.*): LIV. 32, 2, 2 experientibus pars quarta *argenti* -cta erat. SEN. epist. 90, 33 Democritum invenisse ... quemadmodum -ctus calculus in zmaragdum converteretur. CYPR. eleem. 14 (*in imag.*) eme tibi a Christo aurum ignitum, ut sordibus tuis tamquam igne -ctis esse aurum mundum possis. HIL. in psalm. 65, 20 examinandi argenti illa sola ratio est, ut sordes, quae ex prima terrae materie adhaeserint, -antur ut, quae fraudulenter ex alterius metalli natura admixta fuerint, purgentur. SYMM. epist. 10, 2, 4 prospectum videmus, ut ... flandae monetae nequitiam -at larga purgatio. SERV. Aen. 3, 576 liquefactaque saxa: putria, -cta in modum calcis (*cf.* PS. PHOEBAD. fid. 8 p. 46[A]). RVFIN. Orig. in exod. 6, 4 qui salvus fit, per ignem salvus fit, ut si quid forte de specie plumbi habuerit admixtum, id ignis -at et resolvat, ut efficiantur omnes aurum bonum. PRVD. c. Symm. 2, 286. AVG. civ. 20, 18 caeli ardentes solventur et elementa ignis ardore -entur. gen. c. Manich. 2, 10, 14 disciplinam vivendi, quae ab omnibus terrenis sordibus quasi -cta nitescit sicut aurum optimum. SIDON. epist. 7, 6, 4 dum in hac figuratae Babylonis fornace -imur. ALC. AVIT. epist. 87 p. 96, 32 electrou ..., cui corruptam potius quam confectam auri nondum fornace -cti crederes inesse mixturam. CASSIOD. in psalm. 118, 140 p. 886[A] ut fornacis ardor exaestuans metalla -it *eqs.* BRAVLIO Isid. epist. 10, 4 examinis vestri igni etsi non purificatus invenitur tamen -ctus. B *translate de peccatis absolvendis sim.*: HIL. in psalm. 118 gimel 5 p. 380, 16 *emundatio baptismi* nos sancti spiritus sanctificet adventu, quae iudicii igni nos -et, quae per mortis iniuriam a labe morticinae et societate purgabit, quae ... abluet. SIRIC. epist. 1, 7 p. 1137[C] tantum facinus ... purificatorio possint paenitudinis igne -ere. PACIAN. par. 9 septenni squalore -itur *Nabuchodonosor paenitens.* RVFIN. Orig. in gen. 5, 1 p. 189[C] ego quidem dubito, si in tantum poterunt Sodomorum peccata -i et eo usque scelera purgari. PS. AVG. serm. 15, 6 p. 1772 beatus Ioseph ... semel ac secundo et tertio illos medicabili tribulatione tanquam spirituali igne -xit. LEO M. serm. 42, 1 culpas et pia opera redimerent et ieiunia casta -rent. PRAEDEST. 1, 43 p. 600[B] omnes criminosos cum diabolo et daemoniis eo usque in gehenna -i, usquequo puri redditi possint inde mundi ... egredi. FAVST. REI. serm. 13 p. 275, 12 probatus est atque -ctus est illo igne Vincentius *martyr.* CASSIOD. in psalm. 16, 4 non est in illo (*se. Christo*) inventa iniquitas, quam adustio ulla -ret. GREG. in euang. 25, 2 talique igne in mente -itur rubigo culpae. CARM. epigr. 704, 24 vitarum maculas puro qui -it igni.

III *de digestione*: GLOSS. καθέψεῖ. -et καταφυρᾷ (κατειφυρα *cod.*). TERT. anim. 10 exhibe pabuli transmittendi, -endi defaecandique membra. resurr. 12 p. 41, 14 ut etiam ampliet *terra*, prius -it. ieiun. 6 -endis iam stercoribus aestuans *corpus.* ARNOB. nat. 7, 45 habet receptaculum ventris et ubi mansa et vorata -at viscera. VEG. mulom. 1, 40, 1 cibus ... per digestionem naturali calore -ctus. VINDIC. med. 32 tria ... officia nutrimentum sustincre, quorum primum in ventre mixtum constituit calefacto atque -cto *cibo.* MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 4 cibus bene digestus et -ctus. APON. 2 p. 34 omnes cibos doctrinae suae apud sensum suum -unt meditando. *translate*: SYMM. epist. 1, 44, 1 parentem meum ... in secessu amissae domus iniuriam -entem. *sim.* 1, 101, 2 crudum dolorem.

IV *i. q. usque ad finem coquere, i. coquendo perficere vel absumere*: A *proprie*: 1 *calore mutare et maturare sim.*: GELL. 10, 11, 3 *p. 203, 40.* TERT. carn. 20 pendentibus exinde venis sentinam illam inferni sanguinis in mamillam et ipsa translatione -entibus in materiam lactis laetiorem. AMBR. Ioseph 4, 19 (*in imag.*) erat ante in Aegypto cruda perfidia, quam nullus ... ardor ... molliverat, non eloquia domini ignita -xerant. CASSIOD. var. 12, 25, 3 menses, qui fructus -ere poterant. EVSTATH. Bas. hex. 5, 8 p. 918[B] cum sint aliae *fructuum varietates*, quae sole -ctae maturescunt. 2 *torrere, cremare*: SEN. epist. 86, 11 rusticitatis damnant Scipionem ... quod non in multa luce -batur et expectabat, ut in balneo concoqueret (*cf.* 108, 16 balneum fugimus, -ere corpus atque exinanire sudoribus inutile ... credidimus). LVCAN. 9, 776 membra venenum -it. FIRM. math. 3, 1, 16 corpus hominis ... semper aut ignito ardore -itur aut nimia desudatione dissolvitur. err. 2, 5 hanc aquam, quam colis, per annos singulos vis alia -ctis venarum meatibus siccat. PS. AVG. serm. 3, 2 Abraham aestivo sole -ctum. RVFIC. epist. 1, 6 p. 359, 11 stomachus, cum febrium ardore -itur (BOETH. categ. 3 p. 242 orator aegritudine febribusque -ctus). VICT. VIT. 3, 56 p. 100, 4 pulverea tempestas arida sub aere -ens cuncta omnem nebulaverat locum (*syn.* urens, desiccans). PS. MATTH. euang. 22, 1 calor iste -it nos. 3 *liquores in aerem commutare*: ARNOB. nat. 1, 10 *mundus* uliginem nimiam siccitatis ardore -it. AMBR. in psalm. 4, 23 humor inutilis -atur. AVG. gen. ad litt. imp. 16 p. 492, 24 marinarum aquarum -ctarum vapor. EVSTATH. Bas. hex. 4, 7 p. 909[A] licet ipsa quoque maris aqua solis -i radiis ... affirmetur. BOETH. categ. 3 p. 248[A] cum aestus ... sanguinem impositum -xerit (*cf.* GREG. TVR. virt. Mart. 2, 58 per melancoliam id est -cti sanguinis faecem). 4 *calore delere sim.* (*cf. p. 202, 75. 203, 65*): TERT. anim. 53 auriga corporis spiritus ... constantiam, non substantiam -ens. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 173, 2 auras salubres arte quadam -imus. FIRM. math. 1, 9, 1 ille paulatim tardo febrium ardore -itur (*i. necatur*). PACIAN. par. 11 *gehenna*, cuius fumariola quaedam maximos montes subterraneis ignibus -unt. HIL. in Matth. 14, 2 *Iesus* fabri erat filius ferrum igne vincentis, omnem saeculi virtutem iudicio -entis. AVIEN. Arat. 738 -ctorum languebunt germina florum (SCHOL. Germ. Sang. p. 195, 7 [= FVLG. myth. 1, 12 p. 23, 6] Apollon ... graece perdens dicitur, quod fervore suo omnem sucum virentium perdat -endo herbarum. CARM. epigr. 1336, 13 vernante⟨s⟩ calidum -xit frigore flores). LACT. mort. pers. 21, 10 -cta omni cute. HIER. tract. in psalm. I p. 227, 9 ut quidquid puris habebant, spiritus sanctus -at. RVFIN. Orig. in gen. 5, 4 in fine saeculi terram et omnia elementa ignis ardore -enda. AVG. serm. ed. Mai 93, 1 rediviva caro phoenicis, quam cinnama (*i. rogus ex c. factus*) -xerant pietatis. SALV. eccl. 3, 78 p. 295, 15 ut ... ardentibus sine fine flammis non -aris (*se. de infernis*). FAVST. REI. serm. 5 p. 239, 28 primas erumpentes ecclesiae gemmas quaedam pruina -xit (*de infantibus ab Herode interfectis*). ARATOR act. 2, 1179 -is anguem (*i. diabolum*) usa tuo fervore, fides.

B *translate*: 1 *maturare*: DECL. in Catil. 12 consilia nefarii facinoris in M. Laecae domo -bautur. AMBR. virg. 2, 6, 39 si quid -ctum *est in sermone nostro*, maturiores probent. PRVD. c. Symm. 2, 331 calidos adolevit in annos, donec -cto solidaret robore vires. AVG. ord. 2, 8, 25 -cta aetate. SIDON. epist. 4, 1, 3 ille adhuc

aetatulam nostram mobilem teneram crudam modo castigatoria severitate -ret, modo mandatorum salubritate condiret. *huc pertinere videtur*: RVFIN. Orig. in iud. 6, 2 recte enim -ctis principiis depositisque rudimentis nostrae committimur voluntati. 2 *perdere, corrumpere*: PAVL. NOL. epist. 17, 1 -cta praesumptae spei gratia quod ipse non aderas, non tamen omnino nulla compotimur (*sc. spe*) sumentes litteras tuas per hominem *eqs.* ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 28, 25 quae omnia (*sc. res caducae vel corporeae*) non solum in capite nostro, quod est Christus, exigua illa parvi temporis morte -cta sunt, sed etiam in nobis sic usque ad obitum valebunt *eqs.* ENNOD. carm. 1, 3, 20 nunc stirpem Proculi dans vernum suscipe, doctor, ne fervor teneros -at in studiis. 3 *de pecunia*: GLOSS. χρεοκοπῶ. ἀφεψῶ. -it χρεοκοπεῖ μειοῖ. *i. q. dissipare pecuniam, sequitur accusativus*: VARRO Men. 513 hodie si possumus, quod debemus populo, in foro medio luci claro -ere. MART. 2, 11, 9 nihil colonus vilicusque -xit. SCHOL. Stat. 3, 69 prodiga vitae pectora: quemadmodum fortunarum prodigus dicitur, qui patrimonium -it, ita et vitae prodigus, qui ... vitam prodigere vult, id est effundere. CASSIOD. var. 5, 34, 1 pecuniae publicae -isse non minimam partem. *intrans. i q. creditores fraudare, solvendo non esse* (*v. p. 197, 65*): CIC. Phil. 2, 44 praetextatum te -isse. *ibid.* quamvis quis fortunae vitio, non suo -isset. SEN. benef. 1, 1, 3 -ere vero foedissimum ob hoc ipsum, quia non opus est ad liberandam fidem facultatibus sed animo *eqs.* 3, 17, 4 occasionem referendae gratiae expectans ... nec quaerens, quomodo -at, sed quemadmodum plenius uberiusque respondeat. 5, 21, 3 quomodo faenerator quosdam debitores non appellat, quos scit -isse et in quorum pudorem nihil superest. epist. 36, 5 minus autem turpe est creditori quam spei bonae -ere. rem. fort. 2, 5. PLIN. nat. 33, 133 eum, qui primus hoc cognomen (*Divitis*) acceperit, -isse creditoribus suis. GAIVS inst. 4, 102 qui -xerit cuiusve bona a creditoribus possessa proscriptave sunt. SPART. Hadr. 7, 9 senatoribus, qui non vitio suo -erant. COD. Iust. 10, 72, 12. *i. q. facere, ut aliquis solvendo non sit*: PERS. 5, 57 hic campo indulget, hunc alea -it, ille in Venerem putris. 4 *i. q. debilitare, demere*: QVINT. inst. 2, 4, 7 multum inde -ent anni, multum ratio limabit, aliquid velut usu ipso deteretur. NOVATIAN. trin. 23, 88 ne -rent in illo (*sc. Christo*) divini nominis potestatem, si humanam illi sociassent ... nativitatem. SYMM. epist. 1, 1, 6 iactantia avara laudis multum -it de pudore. 9, 83, 2 ita ut senectus nihil -at firmitatis. AMBR. serm. 11, 3 sicut vinum in dies singulos asperitatem suam -ens ... suavitatem odoris acquirit: ita et christianus ... delictorum suorum asperitatem -ens. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 6 caloris sui flammas per silentium -it. CLAVD. 20, 349 accensam qui bene -at *iram*. CAEL. AVR. acut. 2, 35, 184 eos, qui stomachi supinitate -untur. GREG. TVR. Franc. 5, 38 facultatibus privati, fame -cti, carcere mancipati. VEREC. in cant. 7, 9 iniquitatem humani generis -urus *ignis spiritus sancti*. *nota*: SCHOL. Pers. 3, 92 modice sitiente lagoena: id est minus plena vel quod vetustate -atur ac per hoc sese tamquam sitiens quoque ebibat. *de numero*: SOL. 27, 17 *leaenae* per singulos numerum *catulorum* -unt annis insequentibus. *intransitive i. q. deficere*: VARRO rust. 3, 2, 16 non tibi -et [non] ornithon. COLVM. 1, 8, 14 quicquid exigit ratio culturae, semel facere: quippe cum emendatur vel imprudentia vel neglegentia, iam res ipsa -xit. 11, 1, 28 res tamen ipsa iam domino -xit nec mox in tantum exuberat, ut *eqs.* TERT. apol. 42 templorum vectigalia cotidie -unt. FLOR. epit. praef. 8 anni ducenti, quibus inertiā Caesarum quasi consenuit atque -xit *imperium*.

V *i. q. ignem extinguere*: PETR. CHRYS. serm. 71 p. 402[D] *Christus*, ut divinitatis suae calore coqueretur, ipse clibanum -xit inferni (*sc. quod ad inferna descendens diabolum vicit*). *cf. l. 43.*

part. perf. pass. pro adiect. **dēcoctus**, -a, -um (*cf. p. 203, 38*): *i. q. imbecillus*: CIC. de orat. 3, 103 ita sit nobis igitur ornatus et suavis orator ..., ut suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque -am. PERS. 1, 125 si forte aliquid -ius audis. PAVL. NOL. epist. 5, 4 corpus infirmius et -ior caro. *i. q. maturus*: LEO M. epist. 6, 4 p. 619[A] maturo tamen et -o iudicio. *subst. n.* **dēcoctum**, -ī. GLOSS. ἕψημα. δίεφθον. *i. quod decoquendo fit, sucus excoctus*: PLIN. nat. 23, 133 singulos cyathos -i. 24, 144 alii coxere in lacte, ut -um biberetur. EDICT. imp. Diocl. II 15 -cti (ἑψητοῦ). *seq. genet. materiae*: PLIN. nat. 23, 105 faciunt oris suavitatem -o eorum (*sc. malorum*). 24, 187 *faeni Graeci*. 25, 41. 26, 151. 27, 50. 108 -um cauliculorum. 27, 123 *et passim*. *seq.* ex: PLIN. nat. 22, 65 -um ex his (*sc. ramis adianti*) prodest suspiriosis. 24, 119 cauliculorum ex vino -um ... remedium est. *iuxta ponitur* sucus (*sc. expressus*): PLIN. nat. 23, 77 -um foliorum et sucus oleastri. 23, 162 utuntur et suco et -o. 25, 100 scordotis ex vino ... pota et illita sive suco sive folio sive -o. 26, 118 hic in usu et radix et -um eius plurimis medicamentis, suco tamen efficacissimo. GARG. MART. med. 46 si -um ipsum cui sucus admixtus est, sorbeatur. *subst. f.* **dēcocta**, -ae. *i. q. decoctum*: PELAGON. 396 -am facies sic. CHIRON 314 ex aqua mulsa -am facies. *speciatim de aqua cocta et nivata* (*usus a Nerone inventus. pro adi.*: MART. 14, 116 quo tibi -ae nobile frigus aquae); *cf. Mau, PW. IV 2287*: IVV. 5, 50 frigidior Geticis petitur -a pruinis. SVET. Nero 48 haec est ... Neronis -a (*cf.* PLIN. nat. 31, 40 Neronis principis inventum est, decoquere aquam vitroque demissam in nives refrigerare *eqs.*). ATHEN. 3, 121[E]. 122[C]. SIDON. epist. 2, 2, 12 si tibi ex illo conclamatissimo fontium -a referatur *eqs.* *Lambertz.*

1. decor, -ōris *m.* [*cf. c.* decere, decus. *Th.*]. NON. p. 203 -em generis masculini. *de discernendis nominum* -or *et* -us *casibus obliquis*: PS. PALAEM. gramm. V 536, 41 quaestio est quando producimus decoris, quando corripimus. genere neutro corripimus ab eo quod est -us, masculino producimus ab eo quod est -r, producitur autem -ōris quo modo honōris candōris colōris. SERV. Verg. Aen. 7, 231 -r vero -ōris facit, paenultima in genitivo producta: omnia enim in 'or' exeuntia in genitivo producuntur exceptis *eqs. cf.* 11, 423. DIFF. Suet. 311 utrumque (*sc.* decus *et* -or) genitivo casu discernitur, nam quod virtutis decus est, corripimus o et dicimus decus decŏris, quod formae, producimus et dicimus decor decōris. *de significatione*: GRAMM. VII 270, 14. 300, 21. 520, 4 decus honoris, -r formae est. 530, 27 -r in habitu est, species in membris. GRAMM. suppl. 281 decus ad virtutem refertur, -r autem ad corpus. DIFF. Suet. 311 decus est gloria, -r forma. ISID. diff. 1, 163 decus ad animum refertur, -r ad corporis speciem. DIFF. ed. Beck p. 50, 5 -r in corpore est, decus in animi virtutibus quaeritur. GLOSS. εὐπρέπεια (*cf.* HIER. in Am. 1, 1 p. 229 in Zacch. 2, 6 p. 827). κάλλος. εὐκοσμία. τὸ εὐπρεπές. decentia. *legitur inde a* LAEV. CIC. LVCR.; *vox a poetis potissimum usurpata esse videtur, ita ut casus obliqui plerumque in finem hexametri caderent. pluralis non extat nisi*: LVCR. 4, 983 GRATT. 177 ANTH. 458, 1 CASSIOD. in psalm. 44 (-es). PAVL. NOL. carm. 27, 384 (-bus *abl.*). *perdifficile est apud scriptores pedestres casus obliquos satis accurate dinoscere, nisi iuncturae quaedam adsunt; quamobrem in tabula indicavi, quotiens quisque casibus obliquis utatur. neque* -or *neque* -us *habent*: ENN. TER. LVCIL. VARRO PVBLIL. CAES. NEP. GERM. ASCON. CALP. decl. AMPEL. GRAN. LIC. MIN. FEL. *quotiens a reliquis scriptoribus sint usurpata, colligas ex hac tabula*:

	-or	-us		-or	-us
PLAVT.	—	7	SEN. apocol. ..	1 vers. -e	1 -is
CATO	—	1	OCTAVIA ..	2	4
RHET. Her..	—	1 -is	CVRT.	—	10 { *semel* -is, *semel* -e
CIC.	1 -e *cf. p. 208, 78*	48 { *quater* -is, *semel* -i, *sexies* -e	COLVM. ...	1	3 { *semel* -i, *semel* -e
CATVLL. ...	—	3	MELA	1	3
LVCR.	1	2	LVCAN. . .	—	9
SALL.	—	14 { *semel* -is, *ter* -i, *semel* -e	PERS.	1	—
VERG.	1	28	PETRON. ..	1	3
Appendix Verg.	1	15	CALP. ecl. .	1	—
HOR.	2	13	PLIN. nat. .	5 *semel* -is	13 { *quater* -is, *semel* -i, *ter* -e
TIB.	2	2	VAL. FL. ..	2	20
PROP.	1	3	SIL.	4	120
OV.	26	22	STAT.	12	51
EPICED. Drusi	1	1	MART.	2	18
NVX	—	1	QVINT.	38 { *duodecies* -is, *semel* -i, *ter* -e	3 *bis* -i
LIV.	—	75 { *duodecies* -is, *semel* -i, *septies* -e	IVV.	1	1
GRATT.	2	5	TAC.	12 *ter* -e	76 { *sexies* -is, *semel* -i, *sexies* -e
MANIL.	—	5	PLIN. iun. .	1	10 *bis* -is
VITR.	16 { *bis* -is, *quinquies* -e	—	SVET.	1 -e	1
PAVL. FEST.	1	1	FLOR.	—	14
SEN. rhet...	1 -is	5	FRONTO ...	1 -i	4
VELL.	—	5 *semel* -i	APVL.	6 { *ter* -is, *semel* -e	6 { *bis* -is, *semel* -e
VAL. MAX. .	3	32 { *quater* -is, *bis* -e	TERT.	16 { *bis* -is, *ter* -e	2 *bis* -is
CELS.	6 *quater* -is	—	SOL.	2	10 *semel* -is
PHAEDR. ..	1	3	PANEG. ...	6 { *semel* -is, *quater* -e	7 *bis* -is
SEN. trag..	13	53	SCRIPT. hist. Aug.	5 *bis* -e	3 *semel* -e
SEN. phil. .	12 *bis* -e	29 { *bis* -is, *quater* -i, *sexies* -e	VVLG.	47 { *decies* -is, *bis* -i, *quaterdecies* -e	4

1 *id quod decet atque exornat*, εὐπρέπεια, *ornatus*, ***forma***, *gratia, venustas*, ***pulchritudo***, *lepor*: A *hominis*: 1 *corporis, vultus sim.* (*v. supra l. 16 sqq.*): LAEV. carm. frg. 18 aut nunc quaepiam alia de Ilio, Asiatico ornatu afluens aut Sardiano ac Lydio, fulgens -e et gratia, pellicuit. LABER. mim. 120 -em formae an dignitatem corporis, animi virtutem an vocis iucundae sonum. HOR. carm. 2, 11, 6 fugit retro lēvis iuventas et -r. TIB. 1, 9, 13 pulvisque -em

detrahet. 3,8,8 illam . . . componit furtim subsequiturque -r. Ov. am. 3,1,10 et pedibus vitium (*i. claudicatio*) causa -is erat. ars 3, 159 o quantum indulget vestro natura -i. 3, 282 quaeritur atque illis hac quoque parte -r (met. 12,90. Sil. 15,26 fronte -r quaesitus acu. Ivv. 6, 501). 3, 299 est et in incessu pars non contempta -is. 3, 352 tantum mobilitas illa -is habet. 3,424 curam...-is. met. 1,488. 7,733 qualis in illa...-r fuerit, quam sic dolor ipse decebat. 10,589 tamen ille -em miratur magis: et cursus facit ille -em. 12,189. 14,322. 684 naturale -is munus. fast. 2,764 nulla factus ab arte -r. 2,774 hic color, haec facies, hic -r oris erat. 5,122. 608. Epiced. Drusi 259 -r ille viri, generosaque forma et faciles vultus. Pavl. Fest. p. 23 quin etiam si accessit gestus et vultus quidam -r, ut cum scaenici agere dicuntur. Val. Max. 4,5,1 oris -em vulneribus confudit. 4,6,2 formae suae -em in habitum virilem convertere. 9,3,4 -em capillorum in ordinem...redegit. Cels. 2,2 colorem -emque amisit (8,11 aliquid -is). 5,26 -is causa (7,25). 8,1 adeo ut habitus quoque et -r alterius ex altero cognoscatur. Phaedr. 1,13,7 quantum -is corpore et vultu geris. Carm. epigr. 995 A 5 cui formam Paphie, Charites tribuere -em. Sen. apocol. 4 vers. 22 ille mihi (*Nero Apollini*) similis vultu similisque -e nec cantu nec voce minor. Herc. O. 219 -r formaque. 393 tamen per ipsas fulget aerumnas -r (391 decus). 555 -r Ioles. Phaedr. 378 tenerque nitidi corporis cecidit -r (1270). 1096 infelix -r. 1173 heu me, quo tuus fugit -r oculique nostrum sidus? Tro. 1139 magisque solito splendet extremus -r. dial. 4,1,2 deinde haec, ex quibus omnis in faciem aspectumque -r est. 4,35,3 linquit -r omnis iratos. epist. 12,4 pueritiae maximus in exitu -r est. 41,6. 124,22 cum omnia feceris, a mutis animalibus -e vinceris. Octavia 550 florem -is singuli carpunt dies. 695. Mela 3,51 *Britanni* incertum ob -em an quid aliud vitro corpora infecti. Petron. 110 repositum in pristinum -em puerum gaudebam. Calp. ecl. 2,100 vos et -r et cantus et amor sociavit et aetas. Val. Fl. 5,347. Sil. 12,228 nulla nituit plus fronte -is. 16,495 auget pueris labor ipse -em. Stat. silv. 1,1,17 par forma -rque, par honor. 1,2,272. 275 sic damna -is nulla tibi. 2,1,136 sola verecundo deerat praetexta -i. 2,6,36. 2,7,86. 5,1,150. Ach. 1,336 superest nam plurimus illi invita virtute -r. 1,811 is -r et formae species permixta virili. Quint. inst. 1 pr. 27 sunt et alia ingenita cuique adiumenta, vox, latus patiens laboris, valetudo, constantia, -r (12,5,5 sunt et naturalia... instrumenta, vox, latus, -r). 6,3,12 inest proprius quibusdam -r in habitu ac vultu. 12,10,8 nam ut humanae formae -em addiderit *Polycletus* supra verum, ita non explevisse deorum auctoritatem videtur. Tac. Germ. 24 exercitatio artem paravit, ars -em. hist. 2,1 -r oris *Titi* cum quadam maiestate. 4,83 ann. 2,13. Svet. Dom. 18 nec gratius quicquam -e nec brevius. Apvl. apol. 4 *capillum* ad lenocinium -is promissum. met. 4,32 *syn.* pulchritudo. 10,15 iste corporis mei -r pudori peperit grande dedecus. Tert. cult. fem. 2,2 -em quem naturaliter invitatorem libidinis scimus. *ibid.* cum igitur et nostra et aliorum causa versetur in studio periculosissimi -is, iam non tautum confictae et elaboratae pulchritudinis suggestum recusandum a vobis sciatis... nam etsi accusandus -r non est ut felicitas corporis *eqs.* adv. Hermog. 44. Itala Is. 53,2 (Tert. adv. Marc. 3,7. 17. Hier. epist. 65,8,1) non habebat speciem neque -em (*εἶδος οὐδὲ κάλλος*, Vvlg. -r. *cf.* Tert. adv. Marc. 3,7 speciem honorabilem et -em indeficientem. Avg. civ. 18,29. Ivnil. 2,2). Itala psalm. 44,3 (Tert. adv. Marc. 3,7. 17) tempestivus -e citra (Tert. adv. Marc. 3,7 super. 3,14 praeter) filios hominum, effusa est gratia in labiis tuis (*ὡραῖος κάλλει*, Vvlg. speciosus forma; *v.* Hier. epist. 65,8,1. *cf.* Tert. adv. Marc. 3,14 de tempestivitate -is et labiorum gratia). Comm. instr. 2,18,7. Anth. 458,10 quid quod saepe -r, cum prohibetur, adest? Paneg. 6,6 puella iam divino -e venerabilis. 7,17 ex vultu hominis ac -e membrorum. 10,34 vultum ipsum augusti -is gravitate... venerandum. 12,6. Lampr. Alex. 4,4 praeter venustatem ac virilem . . . -em. 50,3 *milites* vestiti honeste, calciati etiam ad -em. Vopisc. quatt. tyr. 11,4 quali statura fuerit, quo corpore, quo -e. Lact. opif. 7,10 speciem miri -is ostentat. 10,10 Prob. Verg. georg. 3,129. Ambr. psalm. 118 serm. 1,5 crinium cincinnis et compositis vultibus atque redimiculis et omni affectato -e plus dedecens. Heges. 1,40,2 *feminae* regi propter -em magis quam propter nobilitatem generis copulabantur. Hier. in Ezech. 7,18 p. 73 perdit -em caesaries. Vvlg. Iudith 10,4. psalm. 29,8 in voluntate tua praestitisti -i meo virtutem (*κάλλος*; *sim.* 44,12 Ezech. 16,25. 27,3. 4. 28,7. 17 *bis.* Dan. 13,32 Zach. 11,7). 49,2 ex Sion species -is eius (*εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος*). Sirach 9,5 ne forte scandalizeris in -e *virginis.* Ezech. 28,12. Iac. 1,11 flos eius decidit et -r vultus eius deperiit. Rvfin. hist. 3,7,2. Clavd. 11,39 bellumque solus conficeret -r (*sc. aspectus*). rapt. Pros. 3,435 manet ille -r, manet ille genarum fulgor? Avg. civ. 22,20 ut -em custodiant (*ibid. opp.* indecens granditas). 22,24 ut nescias utrum in eo condendo maior sit utilitatis habita ratio quam -is *eqs. alternantibus* -or *et* -us (*cf. etiam* in psalm. 144,15. *videtur* Avg. *casus obliquos plerumque a* decor *derivare, in nominativo formis* -or *et* -us *sine discrimine utitur*). conf. 7,17,23 rapiebar ad te -e tuo. Carm. c. pag. 75 iudicio Paridis pulcrum sortita -em. Sidon. epist. 3,13,8 decidit honor umeris, -r bracchiis, robur lacertis. Cassiod. in psalm. 44 praef. pulchritudo supra omnes -es. Mvtian. Chrysost. hom. 1,3 pulchritudinem -emque. Drac. Romul. 8,501 fusus uterque -r (*i. rubor et pallor*) manifestum vulgat amorem. Inscr. christ. Rossi II p. 139 pastorum dominus sub agni -e nitescens. *nota*: -r *res personata*: Stat. Theb. 2,287 non hoc *monile*... Decor Idaliusque puer, sed Luctus et Irae et Dolor... pressit. -r *in exclamatione*: Clavd. 8,523 quis -r, incedis quotiens clipeatus...! *iuncturae notabiles*: -i est: Prop. 4,11,29 si cui fama fuit per avita tropaea -i. Ov. met. 13,849 ovibus sua lana -i est (*eodem sensu* -r est: Ov. ars 3,295 in vitio -r est quaedam male reddere verba. Avson. 374,3 *p. 210,13*). Clavd. 17,215 fuerint aliis haec forte -i. *adi. pro genet.* (*ut l. 77*): Sen. Med. 75 virgineus -r (*i. virginis*).

2 *animi i. q. εὐκοσμία, virtus, pudor, decentia, honestas*: Ov. ars 2,379 in ferrum flammasque ruit positoque -e (pudore *al.*) fertur. epist. 19,59 et -r et motus sine rusticitate pudentes. Pont. 2,3,13 ipse -r, recte facti si praemia desint, non movet. Sen. dial. 7,9,4 summum bonum est infragilis animi rigor et providentia et sublimitas et sanitas et libertas et concordia et -r. epist. 92,3 si servatus est in rebus agendis ordo, modus, -r, innoxia voluntas ac benigna *eqs.* 99,21 est aliquis et dolendi -r. 120,11 ostendit illam (*virtutem*) nobis ordo eius et -r et constantia et omnium inter se actionum concordia et magnitudo super omnia efferens sese. Stat. silv. 2,1,103 et te iam fecerat illi mens animusque patrem necdum mores -rve. Theb. 1,572 mira -e pio servabat nata penates, intemerata toris. Mart. 6,28,7 castus moribus, integer pudore, velox ingenio, -e felix. Tac. ann. 2,58 Germanicus . . . de adventu regis et cultu sui cum -e ac modestia respondit. Plin. epist. 1,14,8 est illi facies liberalis, . . . est ingenua totius corporis pulchritudo et quidam senatorius -r. Fronto p. 167,5 N. testamento cetera honesto, quod ad verba vero attinet, inconsiderato: in quo irae magis quam -i suo consuluit. Carm. epigr. 584,1 ingenio virtute modo doctrina -e, omnibus officiis praepollens. Paneg. 10,9 petulantiam...gravitate, modestia et -e confusam. 11,5 iuveni dignitati corporis -em animi praeponenti. Treb. Gall. 3,8 et cum plerique patris eius captivitatem maererent, ille specie -is . . . supra modum laetatus est. Lact. inst. 3,11,10 virtus igitur appetenda est ob -em. Damas. epigr. 53,4 pulcra -e suo, solo contenta pudore. Serv. Aen. 11,166 magnifice servat -em quod se revocat ad heroicam consolationem. Ambr. off. 1,19,82 unde Tullius etiam ordinem putat in illo -e servari oportere. Vvlg. Sirach 4,28 non abscondas sapientiam tuam in -e suo. Ps. Rvfin. in Am. 3,1/2 -r...genti vestrae...comparatus. in Os. 5,10 -em morum sedulo cogitare. Clavd. 26,305 sed numquam oblita -is obscaenam latebram pietas ignava requiret (Clavd. *vocabulo* -r *utitur eodem sensu quo ab aliis* decus *usurpatur, cf.* Ov. fast. 2,836 met. 8,537 Liv. 4,40,3. 26,49,15 Curt. 3,11,25 Sen. dial. 3,1,2 Arnob. nat. 2,44. *v. etiam iuncturam* contra decus *sub* decus *I A 2*). Mart. Cap. 1,33 vers. perpesque vinclum *nuptiarum* caelitum signet -r (*i. q. lex, mos, consuetudo?*).

B *bestiarum*: Gratt. 134 illa (*sus*) suos usus intractatumque -em natalibus hausit arbitriis. 177 *canis.* Colvm. 8,11,1 harum autem -r avium etiam exteros nedum dominos oblectat. Apvl. Socr. prol. p. 109 corpus (*sc. corvi*)... quantum satis ad usum... -emque. Lact. opif. 2,8 adeo miro modo consentit utilitas *vestis armorumque animalium* cum -e. Phoen. 124 tantus avi -r est, tantus abundat honor. 149 regali plena -e *avis.* Mart. Cap. 9,918 vers. olor . . . plumis videns -em teneros ciere cantus coepit. Evstath. Bas. hex. 9,3 p. 958[B] -r omnis *quadrupedum* in figura locatus.

C *rerum*: **1** *corporearum*: Lvcr. 4,983 scaenaique simul varios splendere -es (Pavl. Nol. carm. 27,384 trina manus variis operata -bus illum excoluit. *cf.* Dirae 20 hinc Veneris vario florentia serta -e. Mart. 6,42,12 et certant vario -e saxa). Sen. benef. 4,23,4 ista, quae tu non aliter quam in -e⟨m⟩ sparsa consideras, singula in opere sunt. Plin. nat. 16,186 fulva cornus in venabulis nitet incisuris nodata propter -em. 20,157 arida *radix* vero cicatricibus -em affert (24,76). 27,99 tantus est -r velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis. Quint. inst. 8,3,9 nullusne ergo etiam frugiferis adhibendus est -r? Tac. hist. 5,6 palmetis proceritas et -r. ann. 15,43 ea...-em quoque novae urbi attulere. Apvl. Socr. 2 p. 121 pictis noctibus severa gratia, torvo -e (-i *vel* -r *codd.*) *stellarum.* Tert. adv. Marc. 1,13 et magnitudinem et...-em... singulorum elementorum. Herm. Pal. vis. 1,3,4 ponens -em creaturae suae (*εὐπρέπειαν*). Porph. Hor. carm. 3,15,6 -r stellarum nubilo infuscatur. Sol. 22,11 si -em *lapidis* requiras, nigrogemmeus. 33,19. Ps. Hil. libell. 5 benignam itaque fecunditatem his, *quae creaverat deus*, addidit et -em. Vvlg. psalm. 25,8 dilexi -em domus tuae (*εὐπρέπεια*). Avg. civ. 11,23 ad rerum corporalium salutem -emque. Pass. Andr. long. 10 o bona crux quae -em et pulchritudinem de membris domini suscepisti. *nota* (*l. 11*): Sen. Med. 95 sidereus -r (*i. sideris*).

2 *incorporearum generatim*: Cic. rep. 3,40 ne illa *virtus* se... multis solaciis oblectat maximeque suo -e se ipsa sustentat (*quo loco citato* Lact. inst. 5,18,8 *addit*: quibus solaciis? quo -e? cum iu crimen saepe veniat et in poenam -r ille vertatur. *cf.* Greg. M. moral. 2,57 barbam rasit *redemptor* quia regnum Israeliticum deserens -em virtutis eius amputavit). Ov. epist. 12,12 et -r et linguae gratia ficta tuae. met. 6,18 tautus -r affuit arti. Vitr. 6,5,2

ceteraque, quae ad fructus servandos magis quam ad elegantiae -em possunt esse, ita sunt facienda. SEN. Herc. O. 416 gloriae . . . -r. LACT. opif. 7, 11 ad -em virilitatis ac roboris. VEG. mil. 3, 26 ad equitandi scientiam vel -em. HIER. epist. 38, 3 si naturae cogit -em. VVLG. II Esdr. 12, 43 in -e gratiarum actionis (MART. CAP. 1, 36 quidquid comit -em iuvenalium gratiarum). AVG. contin. 9, 23 nisi utraque substantia utriusque artificem deum etiam -e sui huius ordinis indicaret. APRING. in apoc. 1, 11 post sanctae pulchritudinis -em. *speciatim: de architectura i. q.* εὐρυθμία (CET. FAV. 1 p. 287 *Graeci* venustatem et -em εὐρυθμίαν . . . appellaverunt): VITR. 1, 2, 1 architectura autem constat ex ordinatione, quae graece τάξις dicitur, et ex dispositione, hanc autem Graeci διάθεσιν vocitant; et eurythmia et symmetria et -e et distributione, quae graece οἰκονομία dicitur. 1, 2, 5 -r autem est emendatus operis aspectus probatis rebus compositi cum auctoritate. 1, 2, 6 ad consuetudinem autem -r sic exprimitur, cum *eqs.* 1, 2, 7 item naturae -r erit, si . . . (*ibid.* naturalis autem -r sic erit, si . . .). 6, 2, 5 sequatur *magnitudinem* proportionis ad -em apparatio, uti non sit considerantibus aspectus eurythmiae dubius. 6, 5, 3. 6, 7, 7. 6, 8, 10 antequam inceperit et venustate et usu et -e quale sit futurum habet definitum *architectus.* 7, 4, 4 -is rationes (7, 5, 4). CET. FAV. 1 p. 287 omnia enim pulchro -e ac venusta utilitate fieri poterunt. 22 p. 304. *de oratione atque arte i. q.* εὐπρέπεια, *natura*: HOR. ars 157 mobilibusque -r naturis dandus et annis (SCHOL. *ad l.* puero, adulescenti et maturo seni τὸ πρέπον id est decus tribuendum est). SEN. contr. 1 pr. 24 schema negabat -is causa inventum (CELS. 5, 26. SEN. apocol. 13 -is gratia. PLIN. nat. 37, 44. QVINT. inst. 3, 8, 35 -is gratia. 4, 2, 19. 8 pr. 18. 8, 6, 2. 65 at cum -is gratia traicitur longius verbum, proprie hyperbati tenet nomen. CHAR. gramm. I 272, 2. 9. 277, 25. 279, 26 DIOM. gramm. I 440, 29. 443, 15. 456, 28. 457, 5 metri, -is, necessitatis, cultus, emphaseos gratia. MACR. sat. 1, 9, 8 -is causa. MART. CAP. 4, 359 vel propter necessitatem vel propter -em). PERS. 1, 92 sed numeris -r est et iunctura addita crudis. QVINT. inst. *saepe, ex. gr.*: 1, 5, 63 mihi autem placet rationem Latinam sequi, quousque patitur -r. 1, 6, 18 non consuetudini et -i serviebamus (VEL. gramm. VII 75, 14 -i servire et aurium voluptati). 1, 8, 17 praecipue vero illa infigat animis, quae in oeconomia virtus, quae in -e rerum, quid personae cuique convenerit, quid in sensibus laudandum, quid in verbis, ubi copia probabilis, ubi modus. 1, 11, 19. 2, 10, 13 morem communis huius sermonis -e quodam scaenico exornant. 5, 11, 16 utilitas causae aut -r postulabit (8, 6, 62 -r poscit). 5, 12, 6. 6, 3, 20 -is hanc magis et excultae cuiusdam elegantiae appellationem puto. 8, 3, 21 gratus fit iocis -r (*lectio dub.*). 8, 6, 61 verum hoc ut, cum -em habet, periphrasis, ita, cum in vitium incidit, περισσολογία dicitur. 9, 4, 44 compositionis -r (9, 4, 145 non -em compositionis quaerimus, sed facilitatem. TAC. dial. 23 compositionis -r. VEL. gramm. VII 81 aut -r compositionis aut metri necessitas exigebat). QVINT. inst. 10, 1, 27 in personis -r petitur. 10, 1, 71 custoditur ab hoc poeta -r (11, 1, 57 -is custodia). 10, 1, 120. 10, 2, 22 sua cuique proposita lex, suus -r est (11, 1, 42 omnibus debetur suus -r). 11, 3, 67 -r quoque a gestu atque motu venit *eqs.* 11, 3, 69 -is illa sunt, ut sit primo rectum et secundum naturam. TAC. dial. 20 exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus -r, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Vergilii et Lucani sacrario prolatus. 21 oratio autem, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua . . . nervos rubor tegit et -r commendat (*in imag.*). APVL. apol. 15 utrum igitur putas maiorem curam -is in asseveranda oratione suscipiendam? PORPH. Hor. ars 42 venerem autem -em carminis significat. 320 *fabula* nullius voluptatis nec -is. MACR. sat. 6, 1, 2 in carminis sui -em. DIOM. gramm. I 345, 24 -em ac sermonis figuram subire. 449, 34 non tantum pondus non adiecit sententiae . . . sed magis -em abstulit. 451, 8 per affectationem -is corrupta sententia. 453, 7 supra iustum -em. 467, 22. CASSIOD. gramm. VII 203, 9 nobis iam -r et levitas obtinenda est qui maximus fructus est latinitatis.

II *i. q.* δόξα, ***laus, honos, dignitas***: VITR. 1, 2, 5 his diis propter teneritatem graciliora et florida foliisque et volutis ornata opera facta augere videbuntur iustum -em. 4, 9, 1 disparibus altitudinibus ad sui cuiusque dei -em componantur *arae.* 6, 5, 2 silvae ambulationesque laxiores ad -em maiestatis perfectae *faciundae sunt.* TAC. hist. 1, 71 dilatae voluptates . . . et cuncta ad -em imperii composita. VVLG. exod. 28, 2 in gloriam et -em (δόξα. *sim.* I par. 16, 29 II par. 3, 6 Is. 33, 17 Dan. 4, 27. 11, 20). sap. 5, 17 ideo accipient regnum -is (εὐπρέπεια. thren. 1, 6 et egressus est a filia Sion omnis -r eius). Iob 40, 5 (δόξα καὶ τιμή). Is. 35, 2 (τιμή. *cf.* Dan. 4, 33). thren. 2, 15 haecine est urbs, dicentes, perfecti -is? (στέφανος εὐφροσύνης). psalm. 20, 6 gloriam et magnum -em (μεγαλοπρέπεια) impones super eum (*sim.* II Macc. 15, 13). Ezech. 16, 12 dedi . . . et coronam -is in capite tuo (καυχήσεως. *cf.* 16, 17). 28, 13 carbunculus et smaragdus aurum, opus -is tui (*i. q. potestas?*). CLAVD. 24, 132 *Romae* nec spatium visus nec corda -em nec laudem vox ulla capit. NICET. symb. p. 54, 15 et unde se putant aliquam habere gloriam vel -em.

III ***metonymice***: **1** *res ornans, ornamentum, tam proprie quam in imagine*: VERG. Aen. 5, 647 divini signa -is ardentesque notate oculos. OV. met. 9, 98 hunc (*sc. Acheloum*) tamen ablati domuit iactura -is (*i. cornus*). SEN. Oed. 651 veniet et silvis -r (*folia*). Phaedr. 657 in te magis refulget incomptus -r (*capilli, comae*). SIL. 6, 429 frontique coma squalente sedebat terribilis -r atque animi venerabile pondus. CARM. epigr. 1552[A], 77 sed revocat me cura operis celsiq(ue) -es (*i. monumenta*). TERT. pudic. 1 pudicitia, flos morum, honor corporum, -r sexuum *eqs.* adv. Marc. 3, 17 accingitur ense sermonis, qui vere species et -r et gloria ipsius est. ITALA deut. 33, 17 (Tert. adv. Marc. 3, 18) tauri -r eius, cornua unicornis cornua eius, in eis nationes ventilabit pariter ad summum usque terrae (κάλλος, VVLG. pulchritudo). ANTH. 259, 1 calix, mensis -r ante paternis. 458, 1 semper munditias, semper, Basilissa, -es, semper dispositas arte decente comas. LAMPR. Alex. 33, 3 dicens imperium in virtute esse, non in -e. AVSON. 374, 3 barba Iovi, crines Veneri -r. VVLG. psalm. 92, 1 -em indutus est (εὐπρέπεια). *al.* Ier. 25, 30 rugiet super -em suum (HIER. *ad l.* p. 1022 hoc est super templum). RVFIN. patr. 9, 3 quae -em in fructibus proferat. EVCHER. form. 3 p. 18, 18 et aliter folium vestitus et -r cum protectione divinae gratiae. EVSTATH. Bas. hex. 6, 1 p. 922[A] -r naturae (*i. ornamentum*). DRAC. Romul. 8, 487 cetera turba comes Phrygio succincta -e (*i. veste*).

2 *de hominibus*: VAL. FL. 8, 459 procedit non gentis honos, non . . . Solis avi, non barbaricae -r ille iuventae. CARM. epigr. 560[C], 2 genti⟨s⟩ Caeliae -r, decus et Flaviae gentis. VVLG. Ier. 50, 7 peccaverunt domino, -i iustitiae.

deriv.: decorns.

2. decor, -oris *adi.* [*cf. c.* decus, decere *et c.* indecoris, dedecor. *Th.*]. PRISC. gramm. II 235, 20 invenitur tamen simplex 'decor decŏris' paenultima correpta apud vetustissimos. 236, 3 quae ab eo derivata vel composita, quod est 'decus decoris', illius declinationem servant, sicut a corpore quoque composita eius declinationem servant, 'bicorpor bicorporis', 'tricorpor tricorporis'. GRAMM. suppl. 114, 37 sciendum est autem quod omnia nomina o vel or finita masculina et feminina in obliquis casibus o producunt, in neutro vero corripitur o exceptis quinque nominibus, id est memor immemor decor indecor arbor, in quibus o in obliquis casibus corripitur. *sed* -ō-: CARM. epigr. 607, 5. *fort. etiam* 856, 7. *de significatione*: PRISC. gramm. II 235, 20 invenitur . . . simplex 'decor decŏris' . . ., quando pro 'decōrus decōra decōrum' accipitur. GLOSS. -es εὐπρεπεῖς. *i. q. decorus, venustus, gratus, magnificus, pulcher, ornans*: NAEV. carm. frg. 50 magnam domum -emque ditemque vexerant. SALL. hist. frg. 3, 20 equis et armis -bus cultus. CARM. epigr. 607, 5 (*Romae*) murmurant et chitari corde (*i. chordae*) cum voce -es. 856, 7 sedulaque et forma -e repleta. MART. CAP. 2, 109 nam nihil diffidens animo -i formae ac substantiae coepit formidare corporeae. 2, 110 adamantini cacuminis impressione signatur, quod adversum ignes superos . . . praeparata -is incuriam venustatis etiam lumine submovebat.

compos.: dedecor, indecor.

adv. **decoriter**. *i. q. decore, pulchre, ornate*: APVL. met. 5, 22 crinium globos -r impeditos. 6, 28. 11, 4. IVL. VAL. 1, 24 vicis -r admodum distinctis. 2, 29.

decorāmen, -inis *n. a* decorare, *cf.* decoramentum. *i. q. ornamentum*: SIL. 16, 268 vittaque, maiorum -n, fronte sine ullo delapsa attactu. AVSON. Mos. 320 celsas, fluvii -a, villas.

decorāmentum, -ī *n. a* decorare, *cf.* decoramen. GLOSS. ἀναθήματα. κοσμήματα. templi supersellia (*vel* prosellia. *fort. leg.* subsellia), id est scamnalia. decora -a ornamenta. *i. q. ornamentum*: TERT. cult. fem. 2, 12 quas etsi quae leges a maritalibus et matronalibus -is coercebant. SIDON. epist. 5, 10, 2 praetervolantia corporis -a. 7, 9, 12 omnium gratiarum privilegio, -o.

opp.: dedecoramentum.

2 *de rebus*: a *res liquidae: aqua, fons, flumen* (*cf. p. 232, 17*): VERG. ecl. 5, 84 saxosas inter -unt flumina valles. HOR. carm. 4, 2, 5 monte -ens velut amnis. LIV. 21, 26, 4 pluribus enim divisus amnis in mare -it. 21, 31, 4 Isara Rhodanusque amnes diversis ex Alpibus -entes. 38, 13, 7 Maeander ... media urbe -ens. OV. met. 3, 569 torrentem ... lenius et modico strepitu -ere vidi. GERM. 219 unda. PHAEDR. 1, 1, 8 a te -it ad meos haustus liquor. CVRT. 8, 9, 5 Ganges. 8, 9, 7. 9, 4, 2 hinc -it *Hydaspes* in fines Siborum. MELA 1, 51 *Nilus* usque ad Elephantinen urbem Aegyptiam atrox adhuc fervensque -it. 1, 90. 115 *Tanais* idem semper et sui similis incitatusque -at. 2, 119. 3, 5 Baetis ... uno amne -it. 3, 11. SEN. benef. 3, 8, 3 regiones, per quas magna flumina et navigabilia -ant. 4, 6, 1 nat. 3, 1, 1. 6, 7, 1 per omnem ... terram multa aquarum genera -unt. epist. 74, 25 quid refert, an aqua -ens intercipiatur. COLVM. 1, 2, 5 rivos -entes. LVCAN. 8, 466 qua dividui pars maxima Nili in vada -it. 10, 238 iussit natura parens decurrere (*M*, disc- *al.*) Nilum. PLIN. nat. 6, 6 amnis Halys. 6, 39 *al.* STAT. Theb. 6, 409 tardius e summo -unt flumina monte. silv. 1, 2, 127. FRONTIN. aq. 93 *Anio* per saxosas montes -it. PLIN. epist. 4, 30, 2 fons ... per saxa -it. TERT. adv. Prax. 29 fluvius ... quamquam una substantia de fonte -at. VLP. dig. 39, 3, 1, 10 aqua naturaliter -it. 39, 3, 1, 13 aquam per agrum -ere. *al.* 43, 8, 2, 27 ut ibi (*sc. in fossa*) aqua collecta in viam -at. 43, 21, 1, 2 rivus est locus depressus, quo aqua -at. SOL. 8, 2 Peneus ... praeter Ossam Olympumque -ens collibus (PLIN. nat. 4, 30 defluens ingis). 32, 2 *Nilus* incerto pacne fonte -ens (PLIN. nat. 5, 51 incertis ortus fontibus). IVST. 2, 1, 17 -entibus aquis. 2, 1, 19 AVIEN. orb. terr. 1052. VVLG. Ios. 3, 13 aquae, quae inferiores sunt, -ent atque deficient. I Esdr. 8, 15 congregavi autem eos ad fluvium qui -it (ἐρχόμενον) ad Ahava. psalm. 57, 8 tamquam aqua -ens. sap. 17, 17 vis aquae, -entis nimium (πορευομένου). Mich. 1, 4 sicut aquae quae -unt in praeceps. ITIN. [Silv.] 18, 2 *Euphrates* -it ita habens impetum. AMM. 18, 6, 5. 22, 8, 17. 23, 6, 59. VEG. mil. 3, 7 altior fluctus ... si per plana -at. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 305 quod monte -at rapidus *torrens*. PRISCILL. tract. 4, 80 Iordanis populo iter praebuit in priora -ens (*cf.* HIL. in psalm. 65, 10. AVG. civ. 10, 17 Iordanes fluvius ex parte superiore subsistens et ex inferiore -ens). EVSTATH. Bas. hex. 3, 6 p. 896[C] in exteriora maria -it *Tartesus*. *nota*: HIER. in Is. 30, 25 p. 413 in loco pinguissimo ... qui quasi terra Israel lacte et melle -currit. *in imagine*: PLIN. epist. 2, 4, 3 *frugalitas* ex qua velut fonte liberalitas nostra -it. 3, 20, 12 quidam *labores* ... ad nos quoque velut rivi ex illo benignissimo fonte -unt. TERT. adv. Hermog. 44 deum sic per materiam -cucurrisse quomodo mel per favos. CARM. adv. Marc. 2, 42 sic (*sc. ut fluvius de fonte*) et apostolico -it ecclesia verbo. CAPREOL. epist. 1, 2 unicam ecclesiae veritatem ... ad praesens usque tempus simplici puritate ... -entem (τρέχουσαν). OP. imperf. in Matth. 1 p. 629 defluitionem regni ad se -entem postposuit. 40 p. 854. PS. RVFIN. in psalm. 1, 3 homines fluxu mortalitatis et peccati -entes. *al.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 *aer* fluxae et -entis efficaciae est. 14 hoc materiale vitae praesentis per quendam motum contrariorum frequenti sibi successione -at (*sc. ut fluvius*). CASSIOD. inst. div. 19 Cyprianus velut oleum -ens in omnem suavitatem.

sanguis: SIL. 7, 607 perque tubam fixae -ens vulnere malae ... fluxit ... sanguis. LACT. mort. pers. 33, 3 plus sanguinis quam ante -it. VVLG. lev. 1, 15 -ere faciet sanguinem super crepidinem altaris. Luc. 22, 44 sicut guttae sanguinis -entis in terram (καταβαίνοντες; PS. RVFIN. in psalm. 21, 15). DRAC. laud. dei 2, 134 solitus -ere sanguis. *lac*: PALLAD. hist. mon. II 10 p. 361[B] -bat ei de uberibus lac (ἔρρει). *lacrimae*: SEN. epist. 63, 1 lacrimae, si non nimiae (*V*, nimie *L*, minime *p*) -cucurrerunt. *pituita sim.*: CELS. 5, 25 pituitam in oculos -entem. 6, 14 fere multa pituita -it. SCRIB. LARG. 54, 55 hiantem pati salivam -ere. GREG. M. moral. 3, 11 -entem saniem testa radit Iob. *imbres, grando, nix*: SEN. nat. 3, 7, 4 cum omnis pluvialis aqua -at. 4, 2, 17 ex Aethiopiae iugis solutas nives ad Nilum usque -ere. ITALA iud. 6, 38 (Lugd.) *ros* -cucurrit (ἔσταξε, VVLG. *aliter*) de vellere plena pelvis aquae. CYPR. GALL. exod. 309 -it ab astris grando minax. *de metallis liquefactis*: LVCR. 5, 1263 tum penetrabat eos posse haec liquefacta calore quamlibet in formam et faciem -ere rerum. b *meteora*: LVCAN. 10, 502 flamma ... non alio motu per tecta cucurrit, quam solet aetherio lampas -ere sulco. SIL. 1, 359 ad terram caelo -ens ignea lampas. *sim.* AMM. 25, 2, 6 *lumen* in stellae speciem figuratum -it, dum viribus ignium sustentatur. c *naves*: BELL. Afr. 3, 5 nullum portum terrae Africae, quo classes -erent. LIV. 24, 36, 3 naves ... in magnum portum Syracusas ex alto -ēre. 29, 27, 13 eo classis -it. 37, 13, 4. TAC. ann. 15, 43 naves, quae frumentum Tiberi subvectavissent, onustae rudere -erent (*cf.* 13, 53 copiae per mare dein ... in Rhenum ... -erent). AMM. 18, 2, 12 -ere iubentur per flumen *naves*. MARCELL. chron. II p. 99, 515, 2 naviculis sinistro sibi litore -entibus. *de eadem*: STAT. Theb. 5, 339 credas ... fractum pelago -ere montem. d *varia*: MORET. 37 tunsa Ceres silicum rapido -it ab ictu. VITR. 9, 8, 3 pondus cum -endo in angustias tubulorum premeret. SEN. Herc. O. 1018 totus in voltus meos -it orbis. COLVM. 8, 15, 6 canaliculus, ... per quem cotidie mixti cum aqua cibi -ant. AMM. 20, 11, 12 ictus ballistarum a clivis structilibus -entes. SER. SAMM. 544 sin ... longo -ent intima fluxu (*de alvi profluvio*). AVG. civ. 3, 31 Aetnaeis ignibus ab ipso montis vertice usque ad litus proximum -entibus. VLP. dig. 39, 3, 1, 23 omnis pinguitudo terrae ad agrum -it. CYPR. GALL. Ios. 100 cum subito eluvies, fluvio -ere sueta, stringitur et glacie cursus frenatur aquarum. PALLAD. 12, 7, 15 si poma -ant.

B *de qualibet motione, i. q. currere, incedere*: 1 *de personis*: a *generatim*: α *pedibus ire*: OV. met. 14, 50 *Circe* ... summa -it pedibus super aequora siccis. SVET. Aug. 83 *Augustus* deambulabat, ita ut in extremis spatiis subsultim -eret. APVL. met. 4, 3 hortulanus ... cum grandi baculo furens -it. ANTH. 941, 16 ante deam tenui -it veste Voluptas. IVST. 19, 1, 2 (*in imag.*) *Asdrubal et Hamilcar* per vestigia paternae virtutis -entes (*i. virtutem imitantes*). *i. q. vagari*: LVCAN. 8, 224 vos ... passus Achaemeniis late -ere campis. COLVM. 10, 226 (*in imag.*) me Calliope parvo iubet -ere gyro. IVV. 1, 19 cur tamen hoc potius libeat -ere campo per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus? (*i. Lucilius*). *saepe additur quo* (*v. etiam sub II A*): CIC. Att. 9, 9, 1 simul ut rus -o. LIV. 2, 50, 5 ad conspecta ... pecora -erent. 3, 11, 1 eo. CVRT. 6, 7, 27

ad Philotan -isse (7, 1, 28). PETRON. 105 ancillae ... ad vapulantem -unt. IVST. 27, 3, 9 ad Ptolemaeum hostem -it. 28, 1, 1 ITALA (cod. g) *et* VVLG. act. 21, 32 qui statim assumptis militibus et centurione -cucurrit ad eos (*κατέδραμεν*). PALLAD. hist. mon. I 23 maritus ad sanctum Posidonium -cucurrit. *c. part. fut.*: PHAEDR. 3, 8, 9 ad patrem -it lacsura invicem. a d *c. gerund.* (*v. p. 230, 64 al.*): CAES. Gall. 2, 21, 1 Caesar ... ad cohortandos milites ... -cucurrit ⟨-currit *β*⟩. *supin.*: APVL. met. 4, 10 unusquisque (*sc. vicinorum*) ... suppetiatum -unt. *c. accusativo*: *spatii emensi* (*cf. l. 24sq. 67*): CIC. Quinct. 81 DCC milia passuum vis esse -rsa biduo? 88. SOL. 1, 98 *tot* stadia ab Athenis Lacedaemonem (PLIN. nat. 7, 84 cucurrisse). AMM. 24, 3, 10 -rsis milibus passuum XIV. 31, 12, 11 -rsis viarum spatiis confragosis. *obiecti i. q. percurrere* (*v. l. 52. p. 230, 1. 4. 232, 52*): SIL. 16, 345 quantum campi -ere restet. APVL. met. 6, 20 Psyche ... infernum -it meatum. AVIEN. orb. terr. 1020 impiger agros incola -it. 1300 steriles harenas. CYPR. mort. 22 temporali itinere -rso ad aeterna transgressus. SOL. praef. 7 relegere tramitem -rsum tot annalibus. AMM. 22, 15, 9 Nilus nominum diversitate -rsa ... venit. COMM. instr. 1, 21, 6 nisi quid tu fani -is. SVLP. ALEX. Greg. Tur. Franc. 2, 9 cum -rsis foliis nudae ... silvae insidiantes occulere non possent. CYPR. GALL. iud. 154 -rso tramite vitae. *β de navigatione*: CATVLL. 64, 11 lecti iuvenes ... ausi sunt vada salsa cita -ere puppi. EPIT. Alex. 85 iam stadia CCCC -currerant (*cod.* decurrēr). SYMM. or. 6, 3 summatem facundiae ... multo itinere -rso ad honorem paene exiguum navigasse. AMM. 17, 1, 4 sursum versum -rso (*sc. Rheno*). 24, 6, 2 classis stadiis triginta -rsis.

b *speciatim*: *α de medico visitante*: CELS. 3, 5 ob haec ad mediam noctem -o. *β de pompa sollemni, praesertim de decursione funebri*: VERG. Aen. 9, 189 ter circum accensos cincti fulgentibus armis -ēre rogos (SERV. *ad l.* pro 'circum rogos cucurrere'). LIV. 25, 17, 5 armatum exercitum -cucurrisse cum tripudiis Hispanorum motibusque armorum et corporum suae cuique genti assuetis. TAC. ann. 2, 7 honori patris princeps ipse cum legionibus -cucurrit. SVET. Claud. 1 honorarium tumulum ..., circa quem deinceps stato die quotannis miles -eret. IVST. 43, 1, 7 ipsum dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romae Lupercalibus -itur. *γ in re militari, de procedendo et saepissime de exercitationibus*: LIV. 23, 35, 6 crebro -ere milites cogebat. 24, 48, 11 *pedites* ordinatos proxime morem Romanum instruendo et -endo ... servare ordines docuit. 26, 51, 4 primo die legiones in armis quattuor milium spatio -currerunt. *ibid.* quinto iterum in armis -rsum est. 26, 51, 8. 29, 22, 2. 35, 35, 9 in armis -ere. 40, 6, 5 mos erat, lustrationis sacro peracto -ere exercitum ... ad simulacrum pugnae. 40, 7, 1. 40, 47, 8. 43, 9, 5 simulacrum -entis exercitus. SEN. epist. 18, 6 miles in media pace -it. LVCAN. 2, 49 Achaemeniis -ant Medica Susis agmina. 4, 271 ut effuso Caesar -ere passu vidit. 4, 733 Curio nocturnum castris erumpere cogit ignotisque equitem late -ere (discurrere *PUG*) campis. QVINT. inst. 6, 3, 90 militi sine gladio -enti. 7, 7, 4 in hostes. FRONTIN. strat. 2, 2, 12 pro fronte eius (*aciei*) -ere iussis equitibus. TAC. ann. 4, 51 barbari catervis -entes. TERT. mart. 3 etiam in pace bellum pati iam ediscunt *milites*, in armis deambulando, campum -endo. CAPITOL. Maximin. 6, 2. VEG. mil. 1, 3 urbanos ... qui, ubi nomen dedēre militiae, -ere ... condiscant. AMM. 19, 5, 8 *milites* quasi -entes in planum. *δ de ludis circensibus*: *abl.*: STAT. Theb. 7, 415 saevo -ere campo Oenomaum sua Pisa refert. silv. 1, 2, 85 vidi ego et immiti cupidum -ere campo Hippomenem. i n *c. abl.*: NEP. Eum. 5, 5 si in spatio -eret. TERT. uxor. 2, 8 (*in imag.*) ut campum, in quo ambitio -at. *additur quo*: CIC. Tusc. 1, 15 video calcem ad quam cum sit -rsum, nihil sit praeterea extimescendum. VARRO rust. 1, 3 (*in imag.*) a quibus carceribus *cultura* -at ad metas. SEN. dial. 6, 11, 2 filius tuus ... -cucurrit ad hunc finem (*in imag. cf.* nat. 5, 18, 8 licet ad senectutem -ere. PLIN. epist. 3, 7, 2 *Silius Italicus* ad mortem irrevocabili constantia -cucurrit). *cf.* AMM. 21, 1, 14 extra calcem, quod dicitur, sermo -ens. *in proverbio* (*Otto, Sprichw. p. 293*): PETRON. 64 iam ... quadrigae meae -cucurrerunt, ex quo podagricus factus sum (*i. vita felix ad finem perducta est*). *transitive*: CIC. Cato 83 nec ... velim quasi -rso spatio ad carceres a calce revocari. OV. met. 10, 597 -rsa novissima meta est. LIB. geneal. chron. I p. 182, 442 -rsis temporum metis. *adde de cursoribus*: SEN. contr. 9 pr. 4 cursores ... id (*sc. spatium*) saepe -unt in exercitationem quod semel -uri sunt in certamine. PLIN. nat. 35, 70 duae picturae ... hoplites in certamine ita -ens ut sudare videatur. *de equitantibus*: SVET. Nero 11 notissimus eques R. elephanto supersidens per catadromum -cucurrit (*cf.* DIO CASS. 61, 17 *ἐλέφας ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων*). CORP. VI 10157 catadromarius ⟨ludis Ro⟩mauis qui catadrom(um) ⟨decucurrit⟩ CCXXVI in Glauce.

2 *de bestiis*: LVCR. 2, 370 ad sua quisque fere -unt ubera lactis. HOR. carm. 3, 27, 3 ab agro rava -ens lupa Lanuvino. epist. 1, 7, 75 occultum visus *est* -ere piscis ad hamum (*cf. de avibus*: MACR. somn. 2, 3, 10 cum ... aves ... invitante cantu in retia sponte -ant). LIV. 10, 27, 8 cerva ... per campos inter duas acies -it. PLIN. nat. 24, 168 scarabaeum haec (*sc. eriphia*) in avena habet sursum deorsum -entem. SEN. Herc. O. 1388 mille -ant ferae. SOL. 45, 14 post -rsa *ab equis* legitima spatia. *de virga Mosis*: ALC. AVIT. carm. 5, 74 coepit -ere virga, mox anguem formata refert.

3 *de rebus*: *sidera, sol* (*saepe personatus. sim. p. 229, 18*): PACVV. trag. 347 exorto iubare, noctis -rso itinere. PANEG. in Mess. 51 dum terna per orbem saecula fertilibus Titan -eret horis. 160 *Phoebus* celer hibernas properat -ere luces. MANIL. 1, 395 *Orione* duce per totum -unt sidera mundum. 1, 505. 524 nunquam transversas orbem -ere ad arctos. 2, 194 sol aequoreis revolans -it in astris. 3, 315 quo Phoebus -at in astro. MELA 1, 3 qua *Sol* -it, meridies *nuncupatur*. SEN. Med. 30 Sol ... curru insidens per solita puri spatia -it poli? benef. 6, 23, 3 *sol et luna* non possunt videri sua tantum causa -ere. LVCAN. 1, 536 stellae ... per vacuum solitae noctis -ere tempus. PLIN. nat. 18, 248 sic fere in VI id. Mai. ... -unt sidera. SOL. 1, 39 solis meatum ... zodiacum conficere -rsum. 37, 3 cum iam leone -rso (-su *N*) ad extima virginis curricula *sol* facit transitum. LACT. inst. 2, 5, 17 deus ... sic illa (*sc. sidera*) disposuit, ut per spatia divina et admirabili ratione -erent. AVIEN. orb. terr. 357 *gens* quae caedens partibus aethram prodidit obliquo solem -ere caelo. AMM. 31, 13, 7 sol -rso (-rsu *V*) Leone. TYCON. 7 p. 73, 25 (= ISID. nat. 17, 5) *sol* -rsa australi parte invisibilis vadit in locum suum rediens, sic dominus noster ... partem suam percurrit. MART. CAP. 2, 187 (vers.) hinc est, quod quarto ius est (*sc. Soli*) -ere circo. *cf.* CYPR. domin. orat. 35 quando mundi lege -ens vicibus alternis nox revoluta succedit. *varia*: AETNA 329 quod si forte putas isdem -ere ventos faucibus. SEN. nat. 5, 8, 1 *ventus* eo incumbit, quo ... invitat loci laxitas, in quam coacervata -ant. 6, 14, 1 spiritu, qui per sua itinera -it. epist. 93, 9 praeter terram nihil stare, cetera continua velocitate -ere. FAV. EVL. p. 2, 11 Pythagoras censet ... mundum omnem ratis et competentibus ad musicam caeli consona modulatione -ere. QVINT. inst. 10, 7, 11 *missilia* credas, qua iubentur -ere. EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962[A] pars, quae prior assumpta est de stomacho -at ad dentes (*de ruminando*). *i. q. labi*: QVINT. inst. 10, 7, 11 est usus quidam irrationalis, quam Graeci *ἄλογον τριβήν* vocant, qua manus in scribendo -it (*sc. super chartas, hinc metaphorice* inst. 10, 3, 17 -ere per materiam stilo quam velocissimo volunt).

II *translate*: A *intransitive*: 1 *de hominibus* (*cf. p. 231, 49 et 232, 78*): a *i. q. confugere, recurrere*: VARRO ling. 10, 51 declinatio vocabulorum, quo -itur sine doctrina. HOR. sat. 2, 1, 32 usquam -ens alio. TAC. ann. 4, 40 illuc. ad *aliquid*: CIC. Quinct. 48 ad haec extrema ... iura tam cupide -bas, ut. Caecin. 65 ceteri tum ad istam orationem -unt, cum. LVCR. 3, 311 proclivius hic iras -at ad acres. CAES. civ. 1, 5, 3 -itur ad illud extremum ... senatus consultum (*ibid.* descensum est). HOR. carm. 3, 29, 59 ad miseras preces (*cf.* QVINT. decl. 377 p. 419, 22). LIV. 6, 38, 3 ad duo ultima auxilia (*cf.* APVL. met. 3, 29 ad auxilium civile. LACT. inst. 2, 14, 14). OV. ars 2, 99 Haemonias (*i. magicas*) ad artes (*cf.* rem. 287). VAL. MAX. 1 pr. mea parvitas ad favorem tuum -cucurrerit. CELS. 3, 22 ad modicas exercitationes. 5, 26, 21. 6, 18, 3 ad medicamenta (SCRIB. LARG. pr. 14 p. 3 ad medicamentorum vim). SEN. contr. 7, 7, 19 ad illam *vocem* quasi ad sententiam. SEN. dial. 3, 6, 3 ad poenas. COLVM. 12, 52, 21 ad praesidium aquae calidae (LACT. inst. 2, 4, 6 ad deorum praesidia). PETRON. 132 ad ultionem. PLIN. nat. 31, 46 ad alia experimenta. QVINT. inst. 9, 2, 79 ad schemata. decl. 343 p. 354, 15 ad hanc legem (ARNOB. nat. 6, 26 ad legum -rsum est sanctiones. INST. Iust. 2, 23, 12 ad legis subtilitatem). FRONTIN. aq. 2 ad usum 130 ad indulgentiam imperatoris. PLIN. epist. 3, 20, 7 ad tacita suffragia quasi ad remedia. IVLIAN. dig. 28, 2, 13 pr. ad huiusmodi sententiam. POMPON. dig. 45, 3, 37 ad nomina. VLP. dig. 11, 6, 5, 1 ad actionem de dolo. 16, 3, 1, 19 *al.* PAVL. dig. 2, 13, 9, 2 ad fidem -itur. HYG. mun. castr. 51 ad *cervolos* -itur. IVST. 16, 3, 6 ad oraculum. HIER. in Os. prol. p. 819[A] obsitum ... scopulum praetergrediens ad tuta -erem. DICT. 2, 21 non ad vim neque ad arma -rsum est. SIDON. epist. 3, 10, 1 ad peritorum consilia. ad *aliquem*: PLIN. epist. 10, 96, 8 ad consulendum te -cucurri. FRONTO p. 199, 4 N. ad me -ant plurimi qui tuam gratiam cupiunt. TERT. adv. Marc. 4, 35 nemo -cucurrisset ad deum operantem in prophete. IVST. 14, 2, 6 ad argyraspidas. 16, 4, 4 ad Clearchum. 20, 2, 11. AVG. civ. 10, 27 ad principes angelosque. COD. Iust. 1, 14, 12, 4 cur ... ex suggestionibus procerum ad nos -itur. i n *aliquid*: VLP. dig. 2, 14, 1, 3 in unum consentiunt, id est in unam sententiam -unt. PAVL. dig. 41, 4, 2, 8 in Servii opinionem -rsum est eo, quod. *seq.* u t: LIV. 5, 23, 10 eo quod lenissimum videbatur -rsum est, ut. 6, 19, 3 ad leniorem verbis sententiam ..., ut. 22, 31, 10 eo -rsum esse, ut (26, 18, 4. 31, 20, 5). 38, 8, 3 omnium eo sententiae -currerunt, ut. TAC. ann. 3, 59 adversus quae cum ... varie dissererent eo -rsum est, ut. POMPON. dig. 38, 2, 2, 1 eo ut (*i. in eam sententiam, ut*). b *i. q. percurrere per, persequi*: QVINT. inst. 6, 1, 2 in hac (*sc. enumeratione*) ... -endum est per capita. 9, 2, 48 per totas interim quaestiones -imus. TERT. apol. 10 nunc ergo per singulos -am *deos*. CYPR. epist. 73, 5 per haereses universas -ere et singularum ineptias recensere. DON. Ter. Ad. 867 *αὐξήσει* mire -it per ista. IVL. VICT. rhet. 5 p. 357 proposito themate ... illico compendium divisionis expedias protinus per demonstrata -ens. SVLP. VICT. rhet. 53 p. 346 *loci omnes*, per quos scilicet -it. PS. PHOEBAD. fid. 1 qui (*sc. haeretici*) cum integre per

omnia -ant. COD. Iust. 9, 41, 9 super statu ingenuitatis per omnia interrogationum et quaestionum vestigia -endum est. CASSIOD. inst. div. 17 qui . . . per vicissitudines rerum mutabilitatesque regnorum lacteo . . ., sed cautissimo nitore -unt. *i. q. pergere, transgredi*: TER. MAVR. 1002 aptius est nobis simili -ere norma *hexametri*. TERT. pudic. 21 in hunc iam gradum -am. SCHOL. Cic. Bob. p. 14, 10 gloriose in hunc locum -it orator. PS. RVFIN. in Os. 1, 2 cum ad id intellegendum suo tenore -at (praef. in proph. p. 962[A] Origenes . . . proprio tenore -ens). BOETH. in Porph. comm. pr. 1 p. 76 iubemur a magis generibus usque ad magis species per media intervalla -ere (1 p. 78. 2 p. 90). *nota*: PAVL. dig. 21, 2, 9 in ex empto actione -endum est. *adde*: CARM. epigr. 1552 A 70 *Atropos* ut primo coepit -ere filo. c *i. q. celeriter loqui*: SEN. contr. 4 pr. 7 *Haterius* non currere, sed -ere videbatur.

2 *de rebus*: a *corporeis*: α *i. q. manere, durare*: CLAVD. 17, 338 -at trabeata domus tradatque secures mutua posteritas. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 19 *corpus redemptoris* usque ad passionem suam per momenta temporum mobiliter -cucurrit. β *i. q. extendi*: COLVM. 4, 26, 3 diremptae palmae per iugorum compluvia -ant. 9, 15, 9 si cerae dependentes in longitudinem -unt. PLIN. nat. 12, 53 -unt et in plana arbores sponte natae. HYG. mun. castr. 1 erunt papiliones X, qui -unt in longitudine (occurrunt in latitudine *cod.*) pedum CXX. γ *i. q. se demittere* (*motus rebus non inest, sed per hominum animos additur*): GERM. 512 rectus per medios *orbes* -ens (percurrens *O*) traicit axis. MANIL. 1, 568 alter *circulus* ad extremi -ens sidera Cancri (*cf.* 1, 609). 2, 647 quae per senos -it virgula tractus (*cf.* FAVST. REI. grat. 2, 6 p. 72, 14 per lineas -entes. AVIEN. Arat. 1519 via fervida Soli -it). *de terris*: COLVM. 3, 19, 1 in clivosis ubi terra -it. PLIN. nat. 3, 6 Tarraconensis *Hispania* . . . affixa Pyrenaeo totoque eius latere -ens. 3, 149 provincia Moesia ad Pontum usque cum Danuvio -ens. 5, 94. 6, 60 montes, a quibus tota (*sc. India*) -it in planitiem immensam. 6, 78 transgressis Indum et cum eo -entibus populis. *de capillis*: VAL. FL. 3, 525 crinis ad obscurae -ens cingula mammae. PHYSIOGN. 73 ad medium frontem -it capillus. *adde*: COD. Iust. 11, 9 (8), 4, 2 nec eiusdem infectionis (*sc. conchyliae*) arguto pectine solidanda fila -ant (*cf.* VERG. Aen. 7, 14 arguto tenues percurrens pectine telas). δ *i. q. tradi*: SCHOL. Cic. Bob. p. 48, 21 actus in Caria plerumque per has personas et officia -ere. MOD. dig. 34, 1, 4 pr. an . . . morientium libertorum portiones ad heredes eorum an testatoris -ant? COD. Iust. 10, 49 (48), 1, 1 a summis sarcina ad infimos usque -at. *adde*: CORP. II 4332 per genus ipsorum (*libertorum*) possessio -eret (*ibid.* tradere). ε *i. q. minui*: PLIN VAL. 2, 45 sucum . . . luna -ente . . . dabis bibere.

b *de rebus incorporeis*: α *i. q. longa serie oriri*: TERT. adv. Prax. 8 trinitas per consertos et conexos gradus a patre -ens. AVG. epist. 143, 8 ex utraque re utriusque rei propago -eret. doctr. christ. 4, 7, 18 ut ab uno pronomine repetito singula sex membra -erent. RVT. NAM. 1, 309 nominibus certos credam -ere mores? *cf.* INSCR. christ. Leblant II 2, 5 nobilis antiqua -ens prole parentum. *i. q. fieri, esse, evenire*: SEN. dial. 1, 5, 6 scio omnia certa et in aeternum dicta lege -ere. nat. 7, 1, 1 solita -unt. 7, 20, 2 *miracula* si ex consuetudine et lege -erent. epist. 40, 14 *verba* si . . . poterunt sine ullo tuo labore -ere (*cf.* SACR. Leon. p. 308 toto orbe salutaria verba -ant). PS. QVINT. decl. 17, 13 reliqua praecipiti furore -unt. 18, 9 haec quoque intra notos -unt iuventutis excursus. TERT. nat. 2, 5 sub quorum . . . potestate operatio rerum -it. anim. 10 utrumque (*sc. vivere et spirare*) si sine anima -ere potuisset. 16 rationaliter. ieiun. 11 *forma* qua et vetera -cucurrerunt. adv. Val. 13 haec intra coetum Pleromatis -cucurrisse dicuntur. adv. Marc. 1, 25 nihil sine aemulatione -et. 2, 15 per quae severitas -it. 4, 1 testamentum -urum in Christo. 4, 3 *religio christiana* si et retro (*i. antea*) -cucurrit. 4, 21. 5, 6 sacramenta eius (*sc. creatoris*) palam scilicet -entia. MART. CAP. 9, 977 in dactylico genere signa aequali sibi iure nectuntur: verum ad alterum vel ad numerum geminum duo velut forte aequalitas numerosa -it. DIONYS. EXIG. pasch. 1 indictiones per annos quindecim solita revolutione -ant. PASS. Thom. p. 143, 20 nullus finis -at (-it *GR*, occurrat *Bonnet; cf.* p. 136, 12). GREG. M. in Ezech. 1, 12, 7 *prophetia* quae si ita ut dicta est in eorum intellectum -eret. EVG. TOLET. hex. 252 pax animi concors -ere (conc- DRAC.) votis. *nota*: TERT. adv. Hermog. 27 cui competit prima verbi positio in definitionem, eidem etiam declinatio -et in relationem. adv. Marc. 2, 24 *malitiae*, quae possint et in optimum -cucurrisse. AVIEN. Arat. 219 non tulit omnipotens . . . in cassum -ere pensa sororum (*sc. Parcarum*). β *i. q. procedere*: LVCR. 4, 704 nec calida ad sensum -unt nuntia rerum. ITALA I Cor. 10, 11 (Tert. adv. Prax. 16 adv. Marc. 5, 7 Hier. epist. 52, 10, 2 virg. Mar. 20) in quos (*sc. nos*) fines aevorum -cucurrerunt (κατήντησεν, VVLG. devenerunt). SOL. 1, 36 numero -ente december sollemnem circuitum finiebat (*cf.* COD. Iust. 1, 31, 1 pr. principatum adipiscatur matricula -ente. NOVELL. Iust. 35, 4 praedictum . . . numerum in sua stabilitate -ere). CHIRON 348 hoc vitium huius morbi in eos -it. PS. RVFIN. in Os. 2, 14 consequentia tota -it. AVG. epist. 230, 5 ad se . . . mundi salus ac medicina -eret. PHOEBAD. c. Arrian. 2 incipientes ab ipso capite perfidiae . . . per totum corpus -entes. COD. Iust. 6, 30, 21, 3 hereditatem per suum ius -ere. GREG. TVR. Franc. 4, 21 post unum -entis anni diem. *ordo*: PANEG. in Mess. 102 rectus ut aequatis -at frontibus ordo. TERT. adv. Prax. 16 a primordio omnem ordinem divinae dispositionis per filium -cucurrisse (*cf.* scorp. 10 ordo terrenae interrogationis et confessionis -ens. adv. Marc. 4, 1 alium ordinem). AVG. civ. 15, 20 generationum ordo. CASSIOD. inst. div. 16 ordo dictorum. IORD. Get. 48 ut ordo, quem coepimus, -at. *versus, numeri sim.*: CALP. ecl. 152 olim quae tereti -ent carmina versu. QVINT. inst. 9, 4, 55 rhythmi . . . sublatione ac positione ad finem usque -unt. 9, 4, 60 versus . . . una ratione -it. 9, 4, 114 poema . . . similiter -entium spatiorum (*sc. numerorum*) observatione esse generatum. 9, 4, 140 comicus . . . choreis . . . pyrrichiisque -it. DIOM. gramm. I 474 metrum est compositio pedum ordine -ens (*cf.* 500. 501. 517 hic -it iambicus recurrit elegiacus). MAR. VICTORIN. gramm. VI 217 versus suos liquidius -ere. *oratio, argumentatio sim.*: PLIN. nat. 7, 72 membratim historia -et (decurra *vel* -it *codd.*). QVINT. inst. 5, 8, 2 cetera, quae continuo magis orationis tractu -unt. 9, 4, 61 velut prono -entis orationis flumine. 11, 1, 6 -entes nitore circuitus (*cf.* 11, 1, 49 -entibus periodis). 11, 3, 84 continuos et -entes locos. 12, 9, 2 oratio gaudebit quidem occasione laetius -endi. LACT. inst. 4, 18, 12 oratio tantae affluentiae ubertate -ens. 6, 21, 4 oratio cum suavitate -ens. BOETH. in top. Cic. 1 p. 274 veris ac necessariis argumentationibus disputatio -it. CASSIOD. art. 3 p. 1180[B] syllogismus . . . ab universalibus ad particularia -et. *declinatio* (*cf. infra l. 49*): CHAR. gramm. I 62 quod (*sc. vocabulum*) . . . per omnes casus eadem scriptura -it (*cf.* POMP. gramm. V 95 omnia nomina per istos sex casus -unt). DIOM. gramm. I 397 declinatio (*sc. verborum*) . . . per omnes modos -it (399 MACR. exc. gramm. V 646). γ *i. q. durare, manere*: SEN. benef. 4, 22, 1 memoria -ente. TERT. adv. Prax. 2 hanc regulam ab initio euangelii -cucurrisse. adv. Marc. 2, 15 per totum genus et gratia -eret et offensa. 4, 5 si enim apostolica integra -cucurrerunt . . . et Lucae constat integrum -cucurrisse usque ad sacrilegium Marcionis. CASSIOD. var. 2, 1, 1 ut per annorum numerum -at gratia dignitatum. δ *i. q. deficere, finiri, transire*: FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 16, 14 finis eius (*assertionis*) in tenebras sacrilegii -it (incurrit *codd.*) ac deficit. COD. Iust. 1, 17, 2, 18 humani . . . iuris condicio semper in finitum -it et nihil est in ea quod stare perpetuo possit. GREG. TVR. Mart. 3, 34 restincta febre -entibus sine dolore vesicis. GREG. M. moral. 8, 69 humana laus . . . impulsa temporum momentis -it. *aetas, vita, tempus*: SEN. contr. 7, 1, 9 multis itineribus fata -unt. SEN. Oed. 891 tuta me media vehat vita -ens (-ente *A*, -ere *E*) via. dial. 10, 1, 1 rapide dati nobis temporis spatia -ant. epist. 123, 10 irreparabilis vita -it. SIL. 15, 47 non limite duro iam tibi -at concessi temporis aetas. IVV. 9, 126 festinat -ere velox flosculus . . . vitae. PORPH. Hor. carm. 2, 7, 7 cum mora spatium suum -at (*sc. dies*). AVIEN. Arat. 657 angusto -it tramite parva dies. AVG. civ. 20, 9 dum isti anni mille -unt. PRISC. anth. 680, 1 bis senis sic namque rotatur mensibus annos per Nonas, Idus -ens atque Kalendas. GREG. M. moral. 2, 34 tempus apud nos foras -it (*ibid.* defluit). *apud grammaticos i. q. exire*: CHAR. gramm. I 185 rs terminata duplici modo ex se adverbia faciunt in ter -entia. MART. CAP. 3, 291 casus eodem modo -unt excepto genetivo.

B *transitive* (*cf.* PRISC. gramm. II 561, 18): 1 *i. q. percurrere spatium praesertim vitae, tempus* (*nota*: CYPR. zel. 18 vitae nostrae curricula -ere): PLAVT. Merc. 547 -rso spatio breve quod vitae reliquomst (Stich. 81 -rso aetatis spatio. TER. Ad. 860 vitam prope iam -rso [*cf. p. 226, 79*] spatio omitto. LACT. epit. 63, 8 -rso temporalis vitae spatio. SALV. eccl. 3, 11). CIC. Quinct. 99 prope acta iam aetate -rsaque. LVCR. 3, 1042 Epicurus obit -rso lumine vitae (*nota mixtam metaphoram*). 4, 1196 spatium -ere amoris. PROP. 2, 15, 41. OV. trist. 3, 4, 33 pede inoffenso spatium -ere vitae dignus es. PHAEDR. 4, 1, 2 vitam tristem. app. 2, 13 fatalis annos temporis. TERT. resurr. 15 anima non sola . . . -cucurrit illud unde decedit, vitam hanc dico. *cf.* anim. 56 resurr. 56. SOL. 1, 47 annos duodecim sine intercalatione. ARNOB. nat. 2, 22 quid operis aut negotii celebrans anteacti temporis -currerit aevitatem. LACT. inst. 4, 26, 13 -rsam vitam resignasse (7, 12, 12). CAPITOL. Aur. 20, 6 non -rso luctus tempore. AMBR. hex. 3, 11, 48 brevi -rso aetatis flore. 5, 12, 37 -rsi vel adoriendi nocturni temporis. 5, 13, 40 septem . . . dies, quibus -rsis. in psalm. 2, 3. VEG. mil. 3, 39 Pachone *mense* -rso. AMM. 17, 13, 12 exiguo temporis intervallo -rso. RVFIN. hist. 1, 1, 1 tempora, quae a salvatore nostro ad nos usque -rsa sunt (διηνυσμένοις). PRVD. perist. 11, 195 se renovat -rsis mensibus annus. CYPR. GALL. gen. 525 iam gelidis -rsa ob tempora membris. lev. 87. COD. Theod. 3, 5, 4 (*a. 332* = COD. Iust. 5, 1, 2) spatii fine -rso. MAR. VICTOR aleth. 3, 95 annos *tot*. PAVL. PELL. 113 -rsa illius aevi tempora (SIDON. epist. 4, 3, 1). ENNOD. dict. 7, 15 p. 444, 13 -rsis temporibus. VEN. FORT. carm. 3, 6, 8 tempore -rso. GREG. TVR. glor. mart. 32 -rsis festivitatis diebus. *cf. p. 229, 21*. *nota*: TERT. ieiun. 14 cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione -imus? *adde*: TERT. anim. 43 mortem qualiter anima -at.

2 *i. q. pectere*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 98 ut . . . primo -amus capillos ex pectione, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam. 3, 8, 138 corpore concavo pectine -rso. *cf. p. 234, 23*.

3 *i. q. perficere*: VERG. catal. 14, 1 si mihi susceptum fuerit -ere munus (PLIN. epist. 6, 6, 2). georg. 2, 39 tuque ades inceptum-

que una -e laborem. MIN. FEL. 1, 1 ea, quae iam transacta et -rsa sunt, recordatione revocare. TERT. uxor. 2, 7 non dubites nullum huiusmodi matrimonium prospere -i. virg. vel. 9 matres...ut nihilominus ea -cucurrerint per quae femina probari potest. adv. Marc. 3, 1 post -rsam defensionem. 3, 11 utique *Christus Marcionis* debuerat phantasmatis scaenam -cucurrisse. TREB. Gall. 7, 1 pluribus proeliis eventuum variatione -rsis. PAVL. sent. 2, 21[A], 5 iure sollemni -rso. LACT. inst. 1, 1, 11 quasi veterani -rsis operibus actionum suarum. AVIEN. Arat. 208 -rsis parcarum ab origine fusis. CORP. XI 3203 stipendiis ratione -rsis (COD. Theod. 12, 1, 184 [*a. 423*]. 6, 24, 11 [*a. 432*]. COD. Iust. 10, 55, 2, 1). II 2210 (*Cordubae*) post -rsam administrationem. SYMM. epist. 49, 2 -rsa...oratione (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 2, 1 p. 879[B] modicis -rsis sermonibus). AMBR. Noe 21, 77 -rso periculo. PANEG. 12, 24 mala -rsa. RVFIN. hist. 4, 5, 2 quindecim episcoporum successiones esse -rsas (*γεγόνασι διαδοχαί*). PRVD. perist. 5, 289 -rsa iam satis tibi poenae minacis munia. AVG. serm. 275, 1 -rsa lectio declaravit. SEDVL. epist. 1 p. 1 operis nostri -rso volumine. PETR. CHRYS. serm. 8 p. 208[C] -rsis criminum procellis. MART. CAP. 3, 326 -rsae peritiae. COD. Theod. 4, 7, 1 pr. (*a. 321*) sollemnitatibus -rsis (*cf.* COD. Iust. 1, 13, 2). 10, 17, 2 (*a. 365* = COD. Iust. 10, 3, 6) -rsis hastis et proscriptione habita. 6, 27, 20 (*a. 426*) militiae ordine ac labore -rso. LEO M. epist. 10, 3 cognitionem. serm. 74, 5 ita a fidelibus haec temporalia -antur, ut . . . cognoscant. SIDON. epist. 1, 5, 11 qua festivitate -rsa. 1, 11, 10 duabus dignitatibus -rsis. 3, 1, 2 -rsarum forinsecus actionum. EMPOR. rhet. p. 572 narratione aut omnino praetermissa ⟨aut⟩ breviter strictimque -rsa. ALC. AVIT. carm. 6, 632 -rsae carnis (*i. transactae vitae*) meritum cunctis omnibus patebit. hom. 7 p. 116, 28 actus per quos humanam conversationem -imus. BOETH. in top. Cic. 3 p. 318 -rsae superius expositionis. mus. 1, 13 *vox* qua -imus cantilenam. CASSIOD. var. 10, 19, 4 reverentissima salutatione -rsa. PALLAD. hist. mon. I pr. sufficienti... disputatione -rsa (*αὐτάρκως . . . διαλαβών*). *imprimis ordinem servare*: TERT. adv. Hermog. 26 anim. 37 CASSIOD. var. 6, 4, 7. 6, 16, 3. *cf.* PROB. inst. gramm. IV 83 ratio supra -rsa. ZACCH. 2, 19 p. 1144[C] -rsa in causis singulis ratio.

4 *i. q. oculis vel sensu raptim perlustrare, perlegere*: TER. MAVR. 1139 vel tu ruricolae primum (*sc. Georgicon librum*) -e Maronis TERT. scorp. 15 *doctrinam* intellego solam acta -ens. adv. Marc. 4, 14 -e sententiam Esaiae. EPIST. Dam. 5 p. 365[A] -rsis litteris (EVSEB. MED. Leo M. epist. 97, 1). SYMM. epist. 2, 12, 2 -rsis exemplaribus *litterarum*. 2, 51 -rsa oculis pagina (*cf.* 4, 5, 2. 5, 34, 2. 6, 2 *al.*). RVFIN. hist. 4, 11, 10 *librum* (*ἐντυχεῖν*). NICET. fid. 3 ubi omnibus collatis et -rsis scripturis veritas manifestata est. *adde*: CHALC. comm. 238 in theatro -rsis (*i. perscrutatis*) strictim vultuum partibus.

5 *i. q. enarrare*: LAVS Pis. 18 nec si cuncta velim breviter -ere possim. 210. STAT. silv. 5, 3, 149 pugnasque virum -ere versu. FVLG. Virg. cont. p. 91 habes breviter -rsam primi libri continentiam. VICT. VIT. 3, 13 -rsas superius multarum illationes. *i. q. recitare*: STAT. silv. 2, 1, 114 Attica facundi -eret orsa (*i. carmina*) Menandri. EVGIPP. Sev. 11, 3 psalterio ex more -rso.

6 *i. q. pertractare, recensere, disserere*: TERT. carn. 20 *Matthaeus* originem -ens (*i. persequens*) ab Abraham usque ad Mariam. adv. Prax. 25 Iohannis euangelium. adv. Marc. 4, 38 nacti scripturae textum . . . ita in legendo -unt. 5, 7 p. 596, 5 reliquum exitum populi -urus. CYPR. epist. 55, 30 haec breviter -cucurri. 59, 12 sermone -amus (*cf.* LEO M. serm. 59, 1). LACT. opif. 15, 6 conficiamus igitur spatium (*i. librum*) quod nunc -imus. CHALC. transl. p. 19[A] cunctis partibus orationis hesternae strictim licet compendioque -rsis. comm. 321 cum omnia, quae propositum erat recensere, -rsa sint (*cf.* 319). MAR. VICTORIN. gramm. VI 131 -rso dactylo atque his metris. SYMM. epist. 6, 65 (66), 1 breviario addito noscenda -currimus (decrevimus *PF*, discrevimus *Mercer*). AMBR. Iob 3, 1, 1 -rsa est interpellatio sancti Iob. *ibid.* lectio euangelii, quae -rsa est (*cf.* in psalm. 118 serm. 3, 29 Ps. AVG. serm. 82, 2 GAVDENT. serm. 8. 12 LEO M. serm. 69, 2 *al.*). Iob 3, 1, 2 in psalmo, qui -rsus est. in psalm. 1 pr. 6 *cantica* historiae more -rsa. VEG. mulom. 3, 7, 4 omnibus -rsis (*cf.* PAVL. MED. vita Ambr. 53 RVFIN. apol. Orig. 5 p. 582 Orig. princ. 2, 6, 1 LEO M. epist. 15, 16 PROSP. c. coll. 19 *al.*). RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 92[C] doctrinae per ordinem -rsae. hist. 6, 12, 4 non -rso libello (*διελθών*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 489 -rsis octo particulis. SERV. gramm. IV 443 -rso octo partium tractatu. ZACCH. 3, 10 -rsis testimoniis. MACR. exc. gramm. V 618 declinatio, quae -rsa est. AVG. REGVL. gramm. V 524 partes orationis. MART. CAP. 3, 309 -rsis nominum regulis (*cf.* 5, 453. 467). LEO M. serm. 70, 1 sacram . . . historiam euangelica ... narratione -rsam. EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 964[A] velociter alienis actibus -rsis. MAX. TAVR. hom. 3 sequentia -amus. SIDON. epist. 5, 15, 1 volumen prophetarum me absente -rsum. BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 321, 20 his ab Aristotele -rsis. categ. 3 p. 261[D] -rsis IV praedicamentis. trin. 6, 28 *quaestio* utrum recte -rsa sit. CASSIOD. in psalm. 113, 8 superiores versus per figuram parabole noscuntur esse -rsi. gramm. VII 144 post complexiones...quasi brevissima explanatione -rsas. ISID. nat. pr. 1 animo tuo -rsis priorum monumentis. *additur* de: CIC. de orat. 1, 148 ista, quae abs te breviter de arte -rsa sunt. TERT. adv. Iud. 11 p. 733 sufficit de his interim ordinem Christi -cucurrisse.

syn.: *ad IA*: descendere, degredi, devenire. devehi, denatare, deferri. desilire. defluere, devolvi. decidere, delabi. *ad IB*: incedere, ambulare, properare, errare, vagari, peragrare, percurrere, navigare. pompam ducere, concurrere, procedere. currere. moveri, labi. *ad IIA*: confugere, recurrere, descendere. *ad IIB*: currere. transcurrere. recensere (CHALC. comm. 321). *opp.*: *ad IA*: ascendere, evehi, subvehi. *ad IB*: stare, remeare.

deriv.: decursio, decursorius, decursus.

dēcursio, -ōnis *f. a* decurrere. *pluralis legitur*: BRVT. Cic. epist. 11, 10, 4 BELL. Alex. 42, 3 ISID. ord. creat. 5, 2. GLOSS. *διαδρομή. ἐκδρομή.* *legitur inde ab* HIRT. *et* BRVTO.

1 *proprie*: a *de actu decurrendi: hominum, praesertim de incursione hostili*: HIRT. Gall. 8, 24, 3 ne quod simile incommodum accideret -e barbarorum. BELL. Alex. 42, 3 *castellorum locis editis positorum* opportunitas castellanos impellebat ad -es faciendas. BRVT. Cic. epist. 11, 10, 4 Appennino Alpibusque se teneat et -bus per equites . . . vastet loca. *rerum*: ARNOB. nat. 2, 59 aqua, natura res labilis et ad fluorem semper -emque tam prona. CHIRON 9 facies -em sanguinis (*cf.* 23. 26. 660 VEG. mulom. 1, 27, 2. 3). *nota*: CAEL. AVR. chron. 1, 3, 59 fricatio etiam capitis et densi pectinis capillorum -o (*i. pectio*). b *de qualibet celeri motione*: CHALC. comm. 235 erat impossibile motu capitis naturali, hoc est globosa -e, terras obiri. ITALA psalm. 18, 7 (Firm. err. 19, 4 Cypr. testim. 2, 19 *L*) a summo caeli profectio eius (*solis*) et -o eius usque ad summum eius (*κατάντημα*; ITALA Cypr. testim. 2, 19 *et* VVLG. occursus. Tert. adv. Marc. 4, 11 deversio, Cypr. testim. 2, 19 *M* decursus). MART. CAP. 9, 897 quippe mihi (*sc. Lunae*) Taurusque ac mundanae -is iter subeundum. ISID. ord. creat. 5, 2 dierum ac noctium -bus (*sc. solis et lunae*). *speciatim de exercitatione et pompa militum* (*v. Fiebiger, PW. IV 2353*): CORP. III 14387 *sqq.* (*Heliopoli, non post Neronem*) ⟨honorat⟩o albata -e (14387 i). INSCR. numm. Cohen I[2] p. 285 n. 83 -o (*Nero equitans comitante equite cum vexillo*). SVET. Nero 7 indicta -e praetorianis scutum sua manu praetulit. Galba 6 ipse maxime insignis, quod campestrem -em scuto moderatus etiam ad essedum imperatoris per viginti passuum milia cucurrit. VEG. mil. 2, 22 sive . . . ad -em campi exeunt milites. *cf.* DIOM. gramm. I 475, 21 mobilem -em pyrrichio pede commentus est. 478, 2 *rhythmum* -bus aptum. *nota*: SVET. Cal. 18 edidit circenses . . . interiecta . . . modo Troiae -e.

2 *translate*: *de cursu vitae, temporis*: TERT. anim. 24 vitae -o. *cf.* GREG. M. moral. 33, 12 quid fluvii nomine nisi humani generis -o designatur? EVSTATH. Bas. hex. 1, 5 p. 872[C] -o temporis simul cum ipso mundo congenerata dignoscitur. NOVELL. Iust. app 8 -o barbarici temporis. *i. q. enarratio*: PASCH. Ciz. chron. I p. 507, 10 initium . . . totius -is ab illo pascha duximus incohandum.

dēcursōrius, -a, -um [*a* decurrere. *Th.*]. GROM. p. 313 terminos -os. *Rubenbauer.*

dēcursus, -ūs *m. a* decurrere. -u *dat.*: TAC. ann. 3, 33. *plur.* -ūs: DON. Ter. Ad. 860. -ebus *abl.*: PAPYR. Marini 60 (*a. 628*). ISID. orig. 13, 21, 4 -us proprie finis cursus, sive aquarum sit seu quarumlibet rerum. GLOSS. *καταδρομή. διαδρομή. προσδρομή. διέξοδος.* *legitur inde a* LVCR. CIC. CATVLLO.

1 *proprie de actione decurrendi, i. q. celeris descensio: hominum, i. q. incursio*: LIV. 1, 27, 10 subito ex collibus -u Albanorum intercluderentur ab oppido. 42, 52, 4 mota parumper acies, non iusto -u tamen. 42, 67, 6 *oppidum praebet* in Thessaliam opportunum Macedonibus -um. FRONTIN. strat. 2, 2, 2 ipso -u (*ex loco edito*) Mithridatem superavit. 2, 2, 12 TAC. ann. 12, 55 AMM. 16, 2, 6. 20, 11, 16. *latiore sensu*: SEN. dial. 4, 1, 1 (*in imag.*) facilis enim in proclivia vitiorum (*i. in proclivia vitia*) -us est. PERS. 6, 61 qui prior es, cur me in -u lampada poscas? (*de λαμπαδοδρομία*). PETRON. 138 omnibus digitis inter praecipitem -um cruentatis. FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 28, 24 (*in imag.*) in humili christiano ipsa oboedientia et subiectio cursus est et ascensus, in Iudaei elatione lapsus est et -us. *speciatim de exercitio militum*: LIV. 40, 9, 10. 40, 10, 3 non sollemne lustrale exercitus tui, non -us militum. *cf.* 44, 9, 6 cum alios -u edidissent motus. EPICED. Drusi 461 -usque virûm notos. TAC. ann. 2, 55 exercitio equitum, -bus cohortium. 3, 33. GELL. 6, 3, 52 in -bus ludicris aut simulacris proeliorum voluptariis. *de fine cursus curruum*: SVET. Nero 24 excussus curru ac rursus repositus...destitit ante -um. *cf.* DON. Ter. Ad. 860 ad calcem et prope ipsos -us metasque vivendi; et est metaphora a cursoribus. *rerum* (*praecipue* aquae *sim., v. l. 52*): CATVLL. 65, 23 illud *mālum* prono praeceps agitur -u. LVCR 1, 283 montis ex altis magnus -us aquai (5, 263 aquarum. 5, 946. 6, 609 OV. met. 15, 266. VITR. 8, 5, 3 aquae. 8, 6, 6 *sqq.* VAL. MAX. 2, 4, 6 aquae per semitas -u. LACT. opif. 6, 5 AMBR. hex. 2, 3, 9 ITIN. [Silv.] 19, 11 VVLG. psalm. 1, 3 CORP. III 7000 PAPYR. Marini 60 (*a. 628*). VERG. Aen. 12, 523 -u rapido de montibus altis dant sonitum ... amnes (STAT. Theb. 7, 405 aversique suis -bus amnes). VITR. 9, 8, 3 ponderis (*cf.* FRONTIN. strat. 1, 5, 6). FEST. p. 269 secutos Tiberis -um pervenisse, ubi nunc sit Roma (PLIN. nat. 5, 64 intra -us Nili, *fere i. q. ostia*). SEN. contr. 2 praef. 3 fluminum (SEN. epist.

89, 20 Ps. Qvint. decl. 10, 15 Pavl. Petric. Mart. 6, 374). Sen. epist. 90, 10 fronde ... in proclive disposita -us imbribus quamvis magnis erat (*cf.* Amm. 26, 8, 9). Plin. nat. 19, 60 qua detur accessus homini scatebrisque -us. Plin. epist. 6, 31, 16 insula ... tutum ab utroque latere -um (*in portum*) navibus praestet. Tert. adv. Marc. 4, 20 p. 484, 12 Iordanis ... impetum atque -um (Itala Zach. 11, 3 [Gild. Brit. 88 chron. III p. 74, 32] miser factus est -us Iordanis [φρύαγμα, Vvlg. superbia]). Greg. Tvr. glor. mart. 36 Evstath. Bas. hex. 4, 7 p. 908D. *nota: de regionis declinatione*: Bell. Hisp. 29, 2 *planitiei* -um antecedebat rivus. *res personata*: Cass. Fel. 37 p. 81 si quidem ad pulmonem faciat -um *synanchica passio*. *de sideribus*: Ps. Qvint. decl. 8, 13 praecipiti per declive -u ⟨sol⟩ ... emensus orientis occidentisque cursus. Sol. 1, 39 zodiacum conficere -um. Symm. or. 1, 13 menstruo -u *lunae*.

2 *translate: i. q. ordo, series, cursus vitae, temporis*: Cic. de orat. 1, 1 si infinitus forensium labor ... -u (cursu *M*) honorum (*i. decursis honoribus*) etiam aetatis flexu constitisset. epist. 3, 2, 2 facilior erit mihi quasi -us mei temporis (*sc. per quod provinciam administraturus sum*). Tert. nat. 2, 5 si omnia haec super nos certis curriculis, legitimis ⟨decurs⟩ibus, propriis spatiis, aequis vicibus ... occurrere meminerunt. anim. 28 -us generis humani ab exordio mundi ... nominatim temporatimque digessit. 56. adv. Marc. 3, 4 p. 380, 28 temporis alieni -um. 3, 21 p. 414, 11 introgressum atque -um vocationis in nationes. 3, 24 p. 419, 7 post -um vitae (Ps. Rvfin. in psalm. 58, 16 inter hos -us praesentis vitae. Hesych. in lev. 25, 47 p. 1134D Greg. M. moral. 9, 50). 4. 39 p. 556, 23 ipsum -um scripturae euangelicae ab interrogatione discipulorum usque ad parabolam fici. Schol. Cic. Bob. p. 48, 8 per omnem -um partis huius. Hil. in Matth. 10, 25 pergit deinde eodem praeceptorum et intellegentiae -u. Leo M. serm. 94, 3 totius anni redeunte -u. Mar. Merc. Nest. adv. Pel. 1, 8 mensium ... -um. Boeth. in Porph. comm. sec. 1, 2 p. 138, 23 sermonum -us. 3, 3 p. 207, 8 longa series specierum atque a maximo -us ad minimum. Novell. Iust. 117, 7 decennii. 117, 11. *de versu*: Qvint. inst. 9, 4, 115 versum facientes totum illum -um, non sex vel quinque partes ... aspiciunt (*syn.* universa comprehensio). *i. q. digressio*: Aqvila rhet. 18 p. 27, 22 habet *perpetua oratio* ⟨et⟩ saepe in iudiciali genere dicendi usum necessarium, si quando quasi -u quodam uti volumus, ut *eqs.* *i. q. finis* (*cf. p. 234, 52*): Hil. in psalm. 131, 14 finis *legis et prophetiae* Christus est: ... in hoc in aeternum standum est, ubi iam -u legis et prophetarum dominus insistit. *i. q. defectio, lapsus*: Avg. in psalm. 1, 3 -us non absurde intellegitur lapsus, quod pertinet ad delictum.

dēcurtātio, -ōnis *f. a* decurtare. *i. q. abscisio*: Mar. Victorin. gramm. VI 67, 25 caudae.

dēcurtātor in sermone crebro offensitans Gloss. *a* decurtare.

dēcurto, -āvī, -ātus, -āre [*a* de *et* curtus, *cf.* curtare. *Th.*]. *i. q. abscidere, mutilare*: Sen. dial. 5, 17, 3 Telesphorum ... undique -atum, cum aures illi nasumque abscidisset. Iren. 3, 12, 12 secundum Lucae euangelium et epistulas Pauli -antes (*i. ex libris canonicis eicientes*). Porph. Hor. sat. 1, 9, 70 quia virile membrum velut -atum habeant *Iudaei* recisa inde pellicula. Arnob. nat. 5, 11 peniculamenta cantheriorum. Schol. Hor. sat. 2, 6, 9. Hier. praef. Vulg. Iob 1 -atus et laceratus corrosusque liber. in Ezech. 13, 17 p. 131 *testimonia* haeretica pravitate fracta et -ata atque imminuta sunt. in Dan. prol. p. 619/620 quasi ego -verim librum (*sc. nonnulla omittens, dum verto*). Avg. c. Faust. 5, 7. catech. rud. 10, 15 -ata et mutilata verba immurmurare. *part. perf. pass. pro adi.* **dēcurtātus,** -a, -um, *i. q. mutilus*: Cic. orat. 178 itaque *animus auditoris* et longiora et breviora iudicat et perfecta ac moderata semper expectat, mutila sentit quaedam et quasi -a, quibus tamquam debito fraudetur offenditur *eqs.* (168. 173 curta). Plin. nat. 25, 53 *hellebori* tenuissimae radices brevesque ac velut -ae. Ps. Cypr. rebapt. 16 integrum atque perfectum, non ... mutilatum et -um baptisma.

deriv.: decurtatio, decurtator.

dēcurvo, -ātus, -āre [*a* de *et* curvare. *Th.*]. *i. q. deorsum curvare*: Non. p. 80 bura dicitur pars aratri posterior -ata. Ps. Ambr. paenit. 16 peccatorum mole -ata cervice. Gloss. IV 327, 47 deculate decurbate. *L.*

1. decus, -oris *n.* [*i. q. hibern.* dech '*optimus, optimum*'; *cf. c. ind.* daśasyáti '*morigeratur, favet*' *et c.* decere, decor. *Th.*]. Ps. Palaem. gramm. V 536 quaestio est quando producimus decoris, quando corripimus. genere neutro corripimus ab eo quod est -us. Serv. Aen. 7, 231 -us -ŏris facit, sicut 'pecus pecŏris ...' 'o' in genetivo correptum est: omnia enim in 'us' exeuntia neutra in genetivo singulari paenultimam corripiunt, excepto 'pelagus', quod Graecum est. 11, 423 Serv. auct. Aen. 1, 428. dequs: Carm. epigr. 170, 1 (*cf.* Sen. contr. 2, 7, 9). *de significatione*: Diff. Suet. p. 311, 9 -us est gloria. Diff. ed. Beck p. 50, 5 -us in animi virtutibus quaeritur. Isid. diff. 1, 163 -us ad animum refertur. *cf.* Beda gramm. VII 270, 14 -us honoris est. Gloss. εὐπρέπεια. πρέπον (*cf.* Schol. Hor. ars 157). δόξα. κόσμος. προπή. κοσμιότης. ornamentum. dignita[ti]s. honor. gloria. laus. honesta⟨s⟩. -a decoramenta, ornamenta. *legitur inde a* Plavto; *quotiens quisque hoc vocabulo usus sit, v. sub* decor. *pluralis legitur inde a* Caecil.; *genet.* -um: Liv. 9, 41, 16 Avson. 419, 52; *abl.* -bus: Liv. 38, 58, 3. [*loci dub. interpret.*: Caecil. com. 284 Sen. rem. fort. 16, 2 Corp. IV 2469 a.]

dēfēnsābilis, -e *a* defensare. *qui defensari potest*: AMBR. epist. 56, 5 eo -ior sibi videtur quod eum refugit Flavianus. *adv.* **dēfēnsābiliter:** CASSIOD. in psalm. 79, 12 maceria est enim de solis lapidibus constructa custodia, quae solet vineas -r circuire.

dēfēnsāculum, -ī *n. a* defensare. GLOSS. latibulum, tuitio. COD. Theod. 10, 15, 2 (*a. 334*) si plures -a fisci (*i. patrocinia a fisco praestita*) meruerint. AVG. epist. 102, 35 ab aestu temporalium malorum . . . -um praebens. SERV. ecl. 7, 6 'dum defendo' id est dum mihi ad -um praeparo.

dēfēnsātio, -ōnis *f. a* defensare. *i. q. defensio*: IVL. VAL. 3, 40 neque sane ad ista, quae iusta sunt, a nobis quoque aberit Antigono -o.

dēfēnsātor, -ōris *m. a* defensare. *i. q. defensor*: HIER. in Gal. 1, 13 p. 388 vastator ecclesiae et Iudaismi acerrimus -r. *f.* **dēfēnsātrīx,** -īcis: AMBR. hex. 6, 9, 69 manus est totius corporis propugnaculum, capitis -x. PASS. Theclae B 33 p. 92, 16 -x Theclae, leaena (*cf.* PASS. Theclae epit. IV 4 p. 153, 23). PASS. Polycarp. 3 Ruinart p. 78 fida servorum suorum -x. Vict. 1 Ruinart p. 333 sacrilegarum superstitionum acerrima et ferocissima -x. *cf. p. 312, 70.*

dēfēnsibilis, -e *a* defendere. *ad defendendum aptus*: CASSIOD. anim. 2 *anima ratione dotata* civitates -i muro cinxit.

✖**dēfēnsio,** -ōnis *f. a* defendere. *cum graeca terminatione*: NOVELL. Iust. 88, 2, 1 defensiona *acc. sing.*, 88, 1 defensionas *acc. plur.* GLOSS. *ἐκδίκησις*, *ἐκδικία*, ultio, vindicta. *pluralis inde a* CIC. Verr. 4, 141. *invenitur apud orationis pedestris scriptores inde a* RHET. Her.

i. q. actio defendendi (*metonymice usurpatum v. p. 307, 28. 308, 37*):

I ***generatim*:** **A** *solum ponitur*: CIC. rep. 2, 35 erat in eo ... summa in omnes cives opis auxilii -is benignitas. fin. 3, 36 haec quidem est perfacilis et perexpedita -o. Phil. 4, 8 a quo defenderet (*senatum, populum Romanum, imperium*)? nempe ab hoste; quae est enim alia laudanda -o? LIV. 9, 8, 4 omissa -e, quae non difficillima esset apud haud ignaros..., sententiam ... peragam. 38, 50, 1 plus crimina quam -o valuisset. 42, 14, 2. VAL. MAX. 4, 1, 7 ut suae -i interessent. 9, 8 ext. 1 minus miror apud trucem . . . animum Hannibalis -is locum innoxio gubernatori non fuisse. QVINT. inst. 1, 10, 30 -is sollicitudine. 12, 7, 10 indigni fuerint -e. PLIN. epist. 9, 13, 13 crimen . . . -e suscipiunt. SVET. Iul. 52 quasi plane -e ac patrocinio res egeret. APVL. apol. 81. FORTVN. rhet. 2, 5 p. 105 coniectura quot locis dividitur? decem: ... verisimili, -e . . . (*cf.* IVL. VICT. rhet. 4, 2 p. 387). AMM. 27, 5, 1 ut factum firma -e purgarent. PRAEDEST. 1, 44 p. 600[D] dum defecisset cum assertoribus prava -o. EVGRAPH. Ter. Eun. 877 -o quam venialem . . . diximus. *causa qua quis defenditur, excusatur*: CIC. Att. 16, 7, 3 -e eget meum factum, praesertim apud te? SALL. Catil. 35, 2 -em in novo consilio non statui parare. LIV. 31, 31, 2 Macedones . . . -em, ut accusatione potiorem haberem, effecerunt. 34, 31, 7 res mihi duplicem -em praebet. QVINT. inst. 3, 7, 6 quaedam vero etiam in -is speciem cadent. TAC. ann. 15, 67 dissimilitudinem morum ad -em trahens. APVL. apol. 22 me haec ad -em confinxisse. TERT. adv. Marc. 1, 22 relaxata praescriptionum -e. FAV. EVL. p. 21 mihi pro -e ⟨est⟩ studio tuo paruisse. AVG. civ. 2, 10 quod affertur pro -e (*cf.* 2, 22). 3, 10 pro tantis bellis . . . iusta -o Romanorum est. in psalm. 139, 9 -e duplicat quod confessione posset auferri. EVGRAPH. Ter. Hec. 540 mulier aliquid -is apponit. *i. q. tutela, patrocinium*: OROS. hist. 5, 1, 12 libera collatio -is. CARM. epigr. 297, 6 -o martir(um) tuet⟨u⟩r posticius (*pro* posticium). CORP. XIV 2934 cuius omnes requi⟨ri⟩mus -em et vindicium. 3342 ⟨ager ad⟩ aedifici defen⟨sionem relic⟩tus. INSCR. Notiz. degli scavi 1892 p. 480 molem novam ad -em viae adluvione maris corruptae f⟨e⟩cerunt. CASSIOD. var. 4, 22, 4 omnium violenta -e summota. 5, 39, 15 non est -o, quae praestatur invitis. GREG. TVR. Franc. 2, 40 ut sub meam sitis -em. LEX Burg. lib. const 19, 9 usque ad domum ipsius sub sua -e perducat. FACVND. defens. 12, 1 circumdare omnes -bus nostris. GREG. M. epist. 9, 211 -em libenter petentibus impertire. *i. q. praesidium*: OROS. hist. 7, 39, 7 imperavit . . . omnes . . . eodem cum -e deduci. BOETH. cons. 1, 4, 57 cum illi ... sacrarum sese aedium -e tuerentur. *i. q. probatio*: ARNOB. nat. 1, 3 in rebus perspicuis et nullam desiderantibus -em. LVCIF. non parc. 31 p. 276, 9 nostram impugnans -em. *nota*: INSCR. Arch. Anz. 1909, 225 (*in Mauretania*) terminus -is rationis privati d. d. n. n. Augg. (*i. ager Augustorum certis finibus circumscriptus; cf.* definitio). *metonymice*: ENNOD. opusc. 5, 21 p. 399, 8 extemplo porrexisti consuetam dexteram, -o mea (*deum dicit*).

B *alicuius*: PLIN. epist. 9, 19, 2 cuius nunc mihi subeunda -o est. LACT. inst. 4, 18, 5 quae cum Pilatus audisset et ille in -em sui nihil diceret (MAXIMIN. c. Ambr. 90). HIER. epist. 52, 3 -o pauperum (GREG. M. epist. 1, 39[a]. 5, 48. 9, 154). AVG. civ. 2, 22 illam sententiam . . . pro -e suorum deorum opponere. 5, 1 pro -e eorum quos deos putant, christianae religioni adversantur. CLAVD. MAM. anim. p. 30, 15 quidquid in -em tui ex prophetico sermone mutuatus es (p. 138, 19). VEN. FORT. vita Albin. 9, 25 ita se . . . in -e civium . . . praebuit.

C *alicuius rei*: CIC. div. in Caec. 70 ad legum -em (TERT. adv. Marc. 5, 3 legis). Verr. 5, 82 alienae gloriae -em. Sull. 2 officii mei. Phil. 13, 26 rei publicae. div. 2, 119. epist. 1, 7, 2 nostra propugnatio ac -o dignitatis tuae (5, 8, 5). QVINT. inst. 2, 17, 6 cuius sententiae talis -o est (VLP. dig. 15, 1, 9, 5). FRONTIN. grom. p. 14 agitur enim de antiquorum nominum propria -e. TAC. hist. 3, 9 omissa prioris fortunae -e. FLOR. epit. 3, 14, 7 salutis suae. APVL. apol. 3 sustineo non modo meam, verum etiam philosophiae -em. TERT. ieiun. 1 edidimus monogamiae -em. adv. Marc. 3, 5 et sua et causarum -e commixta (GREG. M. epist. 5, 19). EPIPHAN. Hier. epist. 51, 3 haereseos. VVLG. Phil. 1, 7 quod habeam vos ... in -e et confirmatione euangelii (*ἀπολογία*. 1, 16). CLAVD. MAM. anim. p. 130, 14 in -em veri sententias afferam. GREG. M. epist. 1, 16[a] -i capitulorum (9, 147). *al.* *i. q. excusatio criminis sim.* (*cf. p. 307, 80. 309, 1*): CIC. de orat. 1, 237 utriusque rei facilis est et prompta -o (Att. 9, 7, 4). leg. 1, 40 nemo tam audax . . . fuit, quin . . . -em facinoris a naturae iure aliquo quaereret. LIV. 38, 49, 6 criminum -o (*cf.* 45, 42, 9). SEN. contr. 10, 3, 5 optima civilis belli -o oblivio est. QVINT. decl. 330 p. 298, 6 non mediocrem habet morum suorum -em vel ipsam egestatem. TAC. hist. 2, 60 auditi necessariis magis -bus quam honestis utcrentur. ann. 4, 37 prioris silentii -em . . . aperiam. MIN. FEL. 24, 5 -o communis furoris est furentium multitudo. IVST. 39, 2, 8 sceleris. HIL. trin. 11, 8 sumant . . . omnis impietatis suae hanc tamquam munitissimam . . . -em. AVG. bon. coniug. 16, 18 nulla est -o adulteriorum. contin. 5, 13 non est adhibenda fallax -o, sed verax confessio peccatorum (enarr. in psalm. 58, 1, 13. 140, 9). 41, 42 ne -e et excusatione peccati pereat. SIDON. epist. 9, 11, 10 meae culpae -o potius . . . quam satisfactio. *i. q. probatio, affirmatio*: TERT. anim. 22 cum ipsorum -e et probatione, per quae dei potius quam materiae propinqua cognoscitur. adv. Marc. 3, 1 post decursam -em unicae divinitatis. resurr. 27 -o corporalis resurrectionis.

D *accedunt praepositiones*: contra: Cic. Mil. 14 non enim est illa -o contra vim umquam optanda. part. 43 quae motu animi . . . facta sine ratione sunt, ea -es (-em *E, vulg.*) contra crimen in legitimis iudiciis non habent. Evgraph. Ter. Andr. 185 haec -o est contra rumorem. adversus: Svet. Claud. 41 Ciceronis -em adversus Asini Galli libros. Tert. adv. Marc. 1, 20 probationi -o . . . necessaria est adversus obstrepitacula diversae partis. apud: Itala (cod. g) *et* Vvlg. I Cor. 9, 3 mea -o (*ἀπολογία*) apud (Itala codd. d e ad) eos qui me interrogant, haec est.

II ***speciatim***: **A** *in re militari*: **1** *solum ponitur*: Caes. Gall. 2, 7, 2 cum spe -is studium propugnandi accessit. civ. 2, 12, 3 ab -e desistere. 2, 14, 6 omnia ad -em paraverant. Vitr. 1, 3, 1. Liv. 44, 37, 10 regi prompta -o erat. Vopisc. Prob. 14, 4 Romanam exspectaturi -em. Cod. Theod. 12, 1, 38 (*a. 346*) pro publica -e proeliis affuerunt (*cf.* Cassiod. var. 5, 10, 1 pro -e generali . . . producatur exercitus). Veg. mil. 3, 3 divitiarum . . . possessio . . . armorum -e servetur. 3, 6 -is ratio variatur. 3, 10 civile odium . . . ad utilitatem suae -is incautum. **2** *alicuius*: Rvf. Fest. 4 pro -e Siculorum arma transmissa sunt. **3** *alicuius rei*: Caes. Gall. 7, 23, 5 opus . . . ad utilitatem et -em urbium summam habet opportunitatem (civ. 2, 7, 4. 2, 36, 3 Frontin. strat. 3 praef.). civ. 3, 95, 3 magis de reliqua fuga quam de castrorum -e cogitabant. Ivst. 6, 4, 9 ad -em patriae arcessunt (Oros. hist. 4, 16, 6). Corp. III 7494 ⟨hunc burgum⟩ ob -em rei publicae exstruxit (*cf.* Cassiod. var. 12, 5, 3 exercitus . . . ad -em rei publicae . . . destinatus). Veg. mil. 1, 7 -o provinciarum. Amm. 20, 4, 7 abstrahendos e Galliarum -e. Svlp. Sev. chron. 2, 22, 5 confluente undique ad -em loci multitudine.

nota metonymice i. q. defensores: Vict. Vit. 1, 9 aditus quos adire non poterant arcente murorum -e. Cassiod. var. 10, 18, 3 ut foris sit armata -o, intus vobis tranquilla civilitas.

B *in re iudiciali*: **1** *solum ponitur*: Rhet. Her. 1, 2, 2 *genus* iudiciale est, quod . . . habet accusationem aut petitionem cum -e. 1, 14, 24 assumptiva pars est, cum per se -o infirma (*cf.* 2, 10, 15) est, assumpta extraria re comprobatur. 1, 16, 26 ex ratione -is et ex firmamento accusationis iudicii quaestio nascatur oportet (*cf. ibid.* quod affertur contra rationem -is. Cic. Tull. 3 Verr. 3, 27. 4, 190. 6, 4 Sull. 4. Cael. 50 viam rationemque. Planc. 5 part. 103). 2, 3, 5. 4, 30, 41 descende in integram -em. *al.* Cic. inv. 1, 7 *genus* iudiciale, quod positum in iudicio habet in se accusationem et -em. 1, 24 ingredi pedetemptim in -em. 2, 24 quas ad -em rationes reo dabimus. S. Rosc. 93 quidquid tu contra dixeris, id cum -e nostra contendito. Q. Rosc. 37 -o mea quae est? div. in Caec. 5 haec . . . non potius accusatio quam -o est existimanda. Verr. 3, 68 crimina . . . non solum -e, verum etiam iudicio dissoluta. 3, 191 ut -i locum non relinqueret (Scaur. 61). 4, 84 utrum tibi sumes ad -em? 4, 141. 4, 148 hoc . . . esse vis caput -is tuae. 4, 206 cur . . . isto genere -is uteris? (Val. Max. 8, 1 absol. 12 Qvint. inst. 4, 5, 13. 7, 3, 1. 11, 1, 9. 12). 6, 22 cur hunc . . . nulla -e, sine causa de carcere emitti iusserit. 6, 23 damnatio sine -e. Caecin. 82 aut tuo . . . gladio aut nostro -o tua conficiatur necesse est. 83 cum maiores vim armatam nulla iuris -e texerint (*cf.* legis: Cluent. 158). 84 hic est mucro -is tuae. 85. 89 principia -is meae. Cluent. 30 initio ac fundamento -is (Mur. 14 Cael. 5 Scaur. 21 Plin. epist. 4, 9, 4). Rab. perd. 6 me . . . ex . . . constituto spatio -is in semihorae curriculum coegisti. Sull. 3 cur me a ceteris . . . in -is iure secernas. Mil. 15 qui non poenam confessioni, sed -em dedit. de orat. 1, 178 omnis nostra in iure versata -o est. 2, 129 -is argumentis (2, 135. 137). 2, 204 istam demonstrationem -um tuarum . . . doctrinam esse . . . puto. 2, 293 abducere animos a contraria -e et ad nostram conor adducere. 2, 319 *principia* ex intima -e deprompta. Brut. 208 cum unum corpus debeat esse -is. top. 93 ad repugnandum congressa -o. 95 firmamenta -is, quibus sublatis -o nulla sit. off. 2, 49 *iudiciorum ratio* ex accusatione et ex -e constat; quarum . . . laudabilior est -o. Val. Max. 7, 3 ext. 5 in maxima et pecuniae et -is penuria. 8, 3, 1 modos omnes ac numeros -is . . . executa. Qvint. *saepe, ex. gr.*: inst. 4, 2, 84 neque enim est una lex -is. 5, 13, 5 deprecatio quidem, quae est sine ulla specie -is, rara admodum. 5, 13, 26. 8 praef. 9 depulsionem . . . -e ac ⟨transl⟩atione constare. decl. 257 p. 49, 17 cur enim nobis -is potestatem dedistis? Tac. ann. 3, 14 -o in ceteris trepidavit. 13, 33 accusatione conflictatus postremo -em omisit. 14, 43 labare -o. Plin. epist. 2, 11, 18 plus in precibus temporis quam in -e consumpsit. 4, 9, 7 quod iter -is ingrederer? Svet. Claud. 29 crimine incerto nec -e ulla data occidit. Pavl. dig. 48, 18, 18, 9 -em . . . reo negari. Macer dig. 42, 1, 63 prohibere eum, quominus uti velit propria actione vel -e utatur, non potest. Schol. Cic. Bob. p. 17 quoniam videri possit etiam stulta -o id quod non accusetur velle purgare. p. 18 -em . . . implere (*cf.* p. 147). p. 113 -em quam ⟨pro⟩ Cornelio susceperit (*cf.* Afric. dig. 10, 3, 9 -em servi. Venvl. dig. 46, 8, 8, 1 Marcian. dig. 48, 21, 3, 8). Itala (codd. d e g) *et* Vvlg. II Tim. 4, 16 in prima mea -e nemo mihi affuit. Cod. Iust. 8, 40, 26, 5 ad -is venire praesidium. *i. q. excusatio criminis sim.* (*cf. p. 306, 67. 309, 1*): Rhet. Her. 1, 16, 26 ⟨ratio est⟩ quae causam facit et continet -em. . . . *Orestes* nisi attulerit rationem, perverterit -em. . . . ratio ea est, quae continet -em. 2, 13, 19 ipsam rem . . . iure factum dicemus, sine ulla assumptione extrariae -is. 2, 25, 39 vitiosum est quod vulgarem habet -em (*cf.* Cic. inv. 1, 18. Verr. 2, 149 aliquid -is. Sest. 135 habet -es duas. ad Brut. 1, 12, 2 Qvint. inst. 2, 4, 22. Papin. dig. 34, 9, 17 bonae fidei possessoris -em). 2, 25, 40 quod in aperto delicto positum est, tamen aliqua tegitur -e (*cf.* Cic. inv. 1, 90 rem levi tegere vult -e). Cic. inv. 1, 15 assumptiva *pars*, quae . . . foris . . . aliquid -is assumit. Tull. 12 spem -is nullam reliquisset. 32 sive illa -e uti voluisses sive hac qua uteris (*cf.* Verr. 3, 27. 101. 5, 8 Caecin. 93 Cluent. 52. 145 Planc. 16 Qvint. inst. 4, 5, 17 Tac. hist. 2, 60 Tryph. dig. 46, 2, 33 Pavl. dig. 18, 1, 76, 1). Tull. 33 praetor illi improbam -em tolli voluit. 44 an quidquam interest, utrum magistratus peccato -em constituant *cqs.* 45 tot -es . . . ad causam obtinendam maiores reliquerunt. 55 haec est illorum . . . extrema non oratio neque -o, sed coniectura. Verr. 2, 20 alter dies amicis . . . voluntatem -is auferret. 2, 143 sibi ex communi calamitate -em ullam . . . sumere. 2, 144 peccatum tuum, quod tu neque negare posses . . . neque cum -e aliqua confiteri. 3, 26. 151 iam tibi maximam partem -is praecideris. 4, 32 hoc tibi -is ad iudicium tuum comparabas? (*cf.* 4, 188 Tac. ann. 13, 15). 4, 193 vide quam tibi -em patefecerim (*cf.* 5, 8). 5, 36 fingitur improba -o: praetorem omne id argentum coemisse. 6, 148 fides huic -i non habetur. *al.* Caecin. 64 puto te ipsum . . . perspicere quanto ista sit angustior . . . -o quam si illa uterere. 90 exoritur hic . . . illa -o eum deici posse. Cluent. 48 quae a quoquam excogitata -o huic uni crimini potuit obsistere? part. 121 sparsis omnibus argumentis, obscuratis -bus. Val. Max. 8, 1 absol. 10 perditam et comploratam -em in iudicium attulit. Qvint. inst. 7, 1, 35 attingenda -o, ut id pro re publica fuerit. decl. 270 p. 105, 9 tuta est hac -e filia mea. *al.* Papin. dig. 48, 5, 8 confugere . . . ad iustam -em. Schol. Cic. Bob. p. 82 cui opponetur huiusmodi a Cicerone -o. *al.* *nota*: Papin. dig. 33, 4, 7, 4 si forte per errorem cautio -is omissa sit (*cf.* Cod. Iust. 4, 34, 11, 3 sub -is cautela. 5, 13, 1, 10 cautione . . . -is). Cod. Theod. 16, 2, 27 pr. (*a. 390*) sub religionis -e (*fere i. q. praetextu*). *accedit enuntiatum*: quod: Tac. ann. 14, 53 una -o occurrit, quod *eqs.* Coll. Mos. 4, 9 quod forte fugit, non minimam habet -em pater. *acc. c. inf.*: Qvint. decl. 326 p. 284, 12 satis -is esset non odio me civitatis fecisse. Plin. epist. 5, 13, 2 summa -is, non fidem sibi . . . defuisse. *metonymice: i. q. munus defensoris, patrocinium*: Cic. Verr. 3, 10 partes (*cf.* Sest. 3) mihi -is suscepisse videor (Tac. dial. 34). Tusc. 1, 1 -um laboribus . . . liberatus. Vlp. dig. 4, 6, 21, 3 qui requisitus ab actore non est -i defuturus. 5, 1, 52 pr. si . . . aliis -bus usus hanc omisit, postea . . . ad hanc -em reverti non potest. 46, 7, 5, 3 si quidem ex personatis personis in -em quis succedat. Inst. Iust. 4, 11, 5 -em subire. *saepe apud* Ictos. *de defensore publico*: Pavl. dig. 3, 3, 43, 2 -em ut procurator praestare cogendus non est. Cod. Iust. 5, 27, 1, 4 (*a. 336*) a -e fiscali (*i. manus advocati fisci*). Cod. Theod. 11, 9, 2 (*a. 337*) cum . . . necesse sit quempiam legitimae -is indiguisse persona. 1, 29, 6 (*a. 387*) si quis ad locum -is ambitione pervenerit. Cod. Iust. 5, 4, 20, 1 (*a. 408*) si vero utroque orbata parente sub curatoris -e consistat. 5, 37, 28 pr. (*a. 531*) -em quam pro lite susceperunt (*tutores vel curatores*) recusare. 5, 37, 28, 1 (*a. 531*) ex recusatione -is. 5, 37, 28, 1a (*a. 531*). Corp. VIII 9290 (= 20869) ob insignem erga rem p. amorem et -em quam patriae ac civibus suis exhibet (*cf.* Hermog. dig. 50, 4, 1, 2 personalia civilia sunt munera -o civitatis, id est ut syndicus fiat). *i. q. oratio defensoria, habita vel scripta*: Cic. Verr. 6, 112 -em causae tuae scripsit. 6, 146 quae (*causa*) nunc in -e commemorabitur. Brut. 273 graves eius (*M. Caeli*) contiones aliquot fuerunt, acres accusationes . . . , -es . . . non contemnendae. orat. 103 in Habiti, . . . in Corneli, . . . in plurimis nostris -bus. 131. part. 119 -is *membra*. Cael. Cic. epist. 8, 9, 5 Calidius in -e sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. Sen. contr. 7, 5 (20), 7 epilogum -i contexit. 7, 6 (21), 17. Val. Max. 3, 7, 1[d] tam constantem -em Scipionis universus senatus comprobavit. 6, 4 ext. 2 *al.* Cvrt. 7, 1, 8 toto triennio meditatus erat -em. Plin. nat. 7, 110. Qvint. inst. 2, 15, 29 Socratis. 3, 8, 65. 4, 2, 27. Tac. ann. 4, 34 Caesar truci vultu -em accipiens. 15, 55 Svet. Claud. 41. Apvl. apol. 13 appendices -is meae. *al.*

2 *alicuius*: Cic. inv. 2, 33. 88 non cum huius -e coniungi illius accusationem *oportet*. Verr. 5, 81. Sull. 92 innocentis -o. Vatin. 5 Corneli. Rab. Post. 20. Qvint. inst. 4, 1, 49 sociorum. 12, 1, 34 nocentium. Tac. ann. 3, 67 -em sui deseruit (Call. dig. 48, 19, 28, 7). Svet. Cal. 53 magnorum reorum accusationes -esque meditari. Pompon. dig. 9, 4, 33 ipsi sui -o danda est. Gaivs dig. 3, 4, 1, 3. Cod. Iust. 5, 37, 28, 4 (*a. 531*) pupillorum et adultorum.

3 *alicuius rei*: Rhet. Her. 1, 16, 26 *iudicatio* constituetur ex coniunctione firmamenti et rationis -e. Cic. div. in Caec. 2 suarum fortunarum . . . -em . . . susciperem (Rab. perd. 1). Verr. 3, 156 salutis (Mur. 2 p. red. in sen. 30 Sest. 67). 6, 25 habetis hominis . . . custodiam -emque provinciae. Cluent. 183 innocentiae (Cael. 55 Amm. 30, 4, 1). Rab. perd. 1 in hac -e capitis famae fortunarumque omnium. Sest. 31 meam causam praeteriti temporis cum huius praesenti -e esse coniunctam. Mil. 15 vidit . . . in confessione facti iuris . . . -em suscipi posse (Papin. dig. 12, 6, 56). de orat. 1, 242 *al.* Qvint. inst. 4, 2, 27 ut propitius iudex -em ipsius negotii, cuius propria quaestio est, audiat. 4, 2, 74. Papin. dig. 6, 1, 65, 1 filiam -o tuebitur volun-

tatis. *i. q. excusatio criminis sim.* (*cf. p. 306, 67. 307, 80*): RHET. Her. 2, 9, 13 facti quaerat -em (*cf.* CIC. inv. 2, 104. QVINT. inst. 4, 2, 108 -em et rationem factorum. 7, 4, 13. 31). Verr. 2, 158 maleficiorum suorum. 4, 176 criminis (Sest. 14 Mil. 6 QVINT. inst. 7, 4, 3). 6, 115 suorum furtorum. Sull. 71 stuprorum. Vatin. 28 praeclara -o facinoris sui. QVINT. decl. 309 p. 217, 16 differo enim istius rei -em. 330 p. 297, 17 -em huius partis iucundam praeteribo. *i. q. actio:* CIC. Caecin. 79 -em causae constituere vos dicitis (*cf.* de orat. 2, 130 Q. CIC. pet. 20 QVINT. inst. 11, 1, 51. 12, 1, 33 AMM. 14, 7, 21 MACER dig. 49, 1, 4, 3 MOD. dig. 45, 1, 102). VLP. dig. 6, 1, 25 qui se obtulit rei -i (*cf.* 6, 1, 54 rei suae). *i. q. probatio, affirmatio:* QVINT. inst. 4, 5, 19 secuturam -em probitatis ac dignitatis. 4, 5, 21 etiam verecundiae -i facilior erit *index.* PAPIN. dig. 12, 6, 56 exceptionis -o (16, 1, 7). *i. q. vindicatio:* COD. Iust. 7, 18, 1 pr. (*a. 239*) denegatur libertatis -o.

nota i. q. ultio (*cf.* defendo *sub III*): ITALA num. 31, 2 (Lugd.) defende -em filiorum (*ἐκδίκει τὴν ἐκδίκησιν*, VVLG. ulsciscere filios). 31, 3 (Lugd.) reddere -em a domino Madie (*ἐκδίκησιν*, VVLG. ultionem domini expetere de Madianitis). 33, 4 (Lugd.) (*ἐκδίκησιν*, VVLG. ultionem). deut. 32, 35 (Lugd.) in die -is (*ἐκδικήσεως*, VVLG. *aliter*). Tob. 1, 21 (Lucif. non parc. 8 p. 226, 11) propter -em quam fecit ex illis dominus (VVLG. plagam quam circa eum fecerat). VVLG. Sirach 47, 31 usque dum perveniret ad illos -o. 48, 7 qui audis ... in Horeb iudicia -is. CLAVD. DON. Aen. 12, 9 exitus -o non habet. LIB. iubil. 30, 18 ut faceret iudicium et -em ab omnibus. VLP. dig. 29, 5, 1, 25 accipimus ... omnem inquisitionem et -em mortis (29, 5, 5, 3 heredi -o mortis incumbit).

synonyma: patrocinium, recusatio (CIC. inv. 1, 7), vindicium (CORP. XIV 2934). *opposita:* accusatio, confessio (TIRO Gell. 6, 3, 15), correptio (GREG. M. epist. 5, 19), crimen, criminatio, deprecatio (QVINT. decl. 259 p. 56, 23), excusatio (QVINT. inst. 7, 4, 31), oppugnatio, poena (CIC. Mil. 15), satisfactio (SIDON. epist. 9, 11, 10), ultio (QVINT. inst. 12, 9, 10), venia (QVINT. inst. 7, 4, 31).

derivata: defensionalis, defensiuncula.

dēfēnsiōnālis, -e *a* defensio. *ad defendendum aptus:* FORTVN. rhet. 3, 20 p. 132 si locos quoque communes intuearis, invectivi sint an -es.

dēfēnsito, -āvī, -ātum, -āre *a* defendere, defensare. *i. q. saepe, studiose defendere:* CIC. Brut. 100 causas -vit (off. 1, 121). ac. 2, 69 idem (*Antiochus*) haec non acrius accusavit in senectute quam antea -verat. 2, 71. 139 cuius ... sententiam Carneades ita studiose -bat (CLAVD. MAM. anim. p. 140, 16). GELL. 2, 25, 4 ille *ἀναλογίαν*, hic *ἀνωμαλίαν* -vit. AVG. catech. rud. 8, 12 id quod perverse ac prave opinati sunt, -antes. epist. 118, 7 corporis voluptatem (*cf.* 167, 4 in aucupandis ... et -andis [defensandis *pars codd.*] voluptatibus). CLAVD. MAM. anim. p. 20, 15 consilium tuum asserito et -ato. p. 33, 21 -andi erroris studio. AVG. div. daem. 10, 14 contra verum dei cultum vanitates pristinas -are audeant.

dēfēnsiuncula, -ae *f. a* defensio *deminutive.* CIC. Brut. 162 est etiam L. Crassi in consulatu pro Q. Caepione -a (*traditur* defensione iuncta) non brevis ut laudatio, ut oratio autem brevis.

dēfēnso, -āvī, -ātum, -āre *a* defendere, defensus. GLOSS. -at defendit. ad ulciscendum ad -andum. *cx scriptoribus a. Chr. n. invenitur tantum apud* PLAVT. SALL. OV.

1 *i. q. arcere:* STAT. silv. 5, 2, 105 -are metus. GELL. 7 (6), 16, 11 -bat invidiam. *accedit* a: IVL. VAL. 1, 39 supplicii merita cum a sese barbari -rent.

2 *i. q. tueri:* a *solum ponitur:* OV. met. 11, 374 pars quoque de nobis ..., dum -amus, leto est data. CLAVD. 18, 386 armenta ... -ante iuvenco defendere. VEREC. in cant. 1, 3 protectores ... sunt alios sua potentia -antes. 2, 9. *in re militari:* SIL. 12, 109 muri saxea moles officit audenti -antumque labores (*i. q. defensorum. cf.* TAC. ann. 2, 5 longum impedimentorum agmen opportunum ad insidias, -antibus iniquum). *in re iudiciaria:* AMM. 30, 4, 22 hoc ingenitum est ... litigantibus ... ut ... solis -antibus (*i. patronis*) irascantur. COD. Theod. 2, 1, 5 (*a. 365*) quo (*rationali*) -ante. CONC. Turon. a. 567 p. 126, 14 qui eum exceperit ad -andum. b *aliquem:* PLAVT. Rud. 692 moenia (*i. pro moenibus*) ego vos -bo. STAT. silv. 4, 8, 44 hilaris circumstat turba tuorum -atque patrem. AMM. 14, 5, 8 vicarium ipsum eos quibus praeerat -antem. COD. Theod. 9, 45, 3 (*a. 398*). CASSIOD. var. 5, 42, 8 sicut ille (*ericius*) ... revolutus in sphaeram naturalibus -atur aculeis. VEREC. in cant. 4, 24 *populum* decem signis et virtutibus -arit *deus.* PASS. Theclae C d 30 p. 83, 27. LEX Visig. 7, 2, 15 gladio se -are (*cf.* 9, 3, 1 armis). *in re militari:* TAC. ann. 12, 29 castellis sese -are. HEGES. 3, 23, 1 muris (DICT. 4, 20 moenibus). AMM. 26, 7, 9 cum suis animis -bant. OROS. hist. 4, 7, 11. *in re iudiciaria:* COD. Theod. 9, 7, 9 (*a. 393*) nec praerogativa militari -etur. CONC. Arelat. a. 524 p. 37, 17 Aspas. a. 551 p. 114, 13. Turon. a. 567 p. 126, 13 monachus ... si per cuiuscumque patrocinium se conatus fuerit -are. Paris. a. 614 p. 187, 15. c *aliquid:* PS. SALL. rep. 2, 10, 5 aut gloriam aut libertatem aut rem familiarem -at. PS. AMBR. serm. tess. 2, 2 nobilitatem Romani generis ... -vit. HIER. Didym. spir. 59 suum -are impudenter errorem (c. Lucif. 19). PELAG. in Phil. 1 p. 842[D] euangelium -ando. CORP. IX 2641 quod ordinem populumque ... dilexerit foverit iuverit -arit. PETR. CHRYS. serm. 40 p. 313[C] gregem -are. EPIST. pontif. Migne 66, 41[A] Agapet. 4 piissimo ... principi, beati quoque Petri privilegia -anti. CONC. Aurel. a. 541 p. 92, 18 minime ... talis coniunctio (*servi coniugium*) a clericis -etur. Turon. a. 567 p. 135, 11 res dei -are (*cf.* Paris. a. 556—573 p. 142, 26). Paris. a. 573 p. 150, 19 REMIG. REM. epist. 4. *in re militari:* SALL. Iug. 26, 1 Italici quorum virtute moenia -bantur (*cf.* 60, 3. AMM. 19, 6, 6 muri. 20, 11, 12). OV. met. 12, 376 umeros. TAC. Agr. 28 Britannorum sua -antium. HEGES. 5, 4, 3 patriam. HIER. in Is. 13, 14 p. 173 AMM. 17, 5, 14. 20, 11, 14. AVG. civ. 3, 17 Capitolium. GREG. TVR. Franc. 3, 13. *i. q. excusare:* HESYCH. in lev. 13, 1—17 p. 932[C] necessitates naturae condemnat, quas -are debuerat. *i. q. affirmare, sustinere:* GELL. 6 (7), 3, 47 ne disparilitas collationis evidens fieret, pluribus id propugnaculis -at. PELAG. in Rom. 2 p. 654[D] contentiosum hunc esse specialiter qui aliquid contra conscientiam suam nititur -are. AVG. civ. 18, 51 mortifera dogmata emendare nolunt, sed -are persistunt. epist. 167, 4 *v. p. 309, 44.* VICT. TONN. chron. II p. 202, 552, 1 damnavit quae sunt synodaliter atque universaliter -ata. d *accedit: ablativus* (*i. q.* ab): PLAVT. Bacch. 443 noster esto, dum te poteris -are iniuria. FVLG. myth. 1 praef. p. 6 quo (*arborei beneficio umbraculi*) me Phoebi torridis -ret optutibus (a torridis ... optutibus *pars codd.*). *praepositio:* ab: TERT. coron. 7 cerebrum ab heluco -are. IVL. VAL. 1, 4 ab omni culpa. COD. Theod. 7, 8, 5, 1 (*a. 398*) ergasteria ... ab omni hospitantium iniuria -ata (PS. ORIG. tract. 16 p. 176, 18 gentes ... ab omni iniuria et periculo -are). FVLG. myth. 1 praef. 6 *v. l. 20* CAES. AREL. suggest. p. 296 *bis.* *in re militari:* SALL. Iug. 97, 5 alios ab hostibus -bant. HIER. vita Malchi 3 pauxillulum ... viatici quod me ab inopia tantum -ret. DICT. 2, 1 regio ab incursione maritimorum hostium -retur (NOVELL. Theod. 4, 1 pr. ab incursione barbarica). adversus: HEGES. 3, 3, 4 sese adversum incursantes -rent. AVG. persev. 23, 63 de hac ... re quam ... adversus novos haereticos ... tueri et -are compellimur. pro: CONC. Aurel. a. 511 p. 4, 1 servus pro culpa sua ab ecclesia -atus (*i. excusatus*).

syn.: propulsare. tueri. *opp.:* condemnare, damnare.

deriv.: defensabilis, defensaculum, defensatio, defensator, defensito.

dēfēnsor, -ōris *m. a* defendere. PRISC. gramm. II 178 sunt ... quaedam quorum simplicia in usu frequenti non sunt, ut '-r'. CORP. XIV 2080 (*saec. III vel IV*) defesori. INSCR. Bulletino di archeologia et storia Dalmata 1907 p. 14 (*aetatis christianae*) defensuri. *graece:* δεφένσωρ: THEOPHIL. inst. Iust. 4, 11 pr. NOVELL. Iust. 15 pr. δηφήνσωρ: PAPYR. Lips. 34, 11. 35, 12. διφένσωρ (δεφ-, δηφ-): HESYCH. *nota femininum:* VLP. dig. 16, 1, 2, 5 si mulier -r alicuius extiterit. *adiectivum:* VEG. mil. 3, 7 pons ... -es milites debet accipere. SCHOL. Cic. Ambros. p. 370, 12 cognitor, id est -r et quasi procurator eius et patronus eius quam laudo sententiae. GLOSS. ἔκδικος, σύνδικος (*cf.* CHAR. dig. 50, 4, 18, 13), custodes, praesides. CORP. VI 309 (*ara marmorea*) Herculi -i Papirii (*in fronte*), Ἡρακλεῖ Ἀλεξικάκωι Παπείριοι (*in parte aversa*). *legitur inde a* TER. *praecipue apud pedestris orationis scriptores, dcest* CATVLLO PVBLIL. LVCR. NEP. VERG. buc. georg. HOR. (*praeter* sat.) TIB. PROP. MANIL. VITR. SEN. rhet. CELSO PHAEDRO CVRT. COLVM. PERS. PETRON. PLIN. nat. VAL. FL. STAT. MART.

I *is qui arcet:* CIC. div. in Caec. 11 Siculi ... me -em calamitatum suarum (*cf.* EXVP. 5 publicae calamitatis) ..., me actorem causae totins esse voluerunt. Verr. 5, 143 periculorum (Mur. 3 periculi. SER. SAMM. 189). Mil. 58 conservatores domini, ultores sceleris, -es necis. SEN. dial. 7, 1, 5 -r mali sui populus.

II *is qui tuetur:* A *generatim* (*cf.* ISID. diff. 1, 138 -r curat, ne fiat iniuria; ultor id facit, ne impune sit iniuria): 1 *solum ponitur:* TER. Andr. 813 arbitror iam aliquem esse amicum et -em ei[us]. AFRAN. com. 323 nunc (non *codd.*) amatore[m] olim -e ut⟨i⟩ per eum volet. CIC. Sest. 43 cui ... erat dubium, quin ille sanguis tribunicius ... consules ultores et -es esset habiturus? Att. 4, 2, 7. PLANC. Cic. epist. 10, 7, 1 nec te magis in culpa -em mihi paravi. SALL. Iug. 31, 2 quam ... inulti perierint vestri, *Quirites,* -es. LIV. 36, 35, 5 ego apud consulem -r deprecatorque vobis adero. TAC. dial. 25 quod ad Servium Galbam ... attinet, et si quos alios antiquiorum agitare non destitit, non exigit -em. hist. 3, 31 datis -bus *Caecinam* ad Vespasianum dimisit. AMBR. epist. 22, 10 tales ego ambio -es. CLAVD. 8, 433 quem (*Stilichonem*) fratribus ... clipeum -emque dedisti. AVG. civ. 3, 20 stulte creditur diis illis -bus Romam ... non perisse. INSCR. christ. Rossi I p. 102, 30 -r magnus (*de Siricio*). *de bestiis:* VARRO rust. 2, 9, 1 has (*oves*) enim lupus captare solet, cui opponimus canes -es. *cognomen deorum:* INSCR. Revue archéol. 4. sér. IV 1904 p. 451 n. 188 (*a. 240*) I. O. M. def. sacrum (*cf.* INSCR. numm. Cohen III² p. 261 n. 245 Iovi defens. salutis Aug.). INSCR. numm. Cohen IV² p. 26 n. 210 Herculi defens. (*cf. supra l. 49*). INSCR. Fortschr. d. röm.-germ. Forsch. *ad* Corp. XIII p. 77 n. 109 d(eo) Me⟨rcurio⟩ defensor(i) s(acrum).

2 *alicuius:* LVCIL. 1335 *virtus est* -em *esse* hominum (*cf.* VARRO ling. 7, 82 *Hercules* -r ... hominum) morumque bonorum. CIC. Verr. 5, 80 non est pudoris mei ... me propugnatorem [monumentorum]

P. Scipionis -emque profiteri. Mnr. 50 miserorum fidelem -em. Sest. 97 optimatium. epist. 1, 1, 2 se acerrimum tui -em fore ostendit. 13, 4, 4. VAL. MAX. 6, 3, 8 quarum innocentium -es fuissent, sontium mature vindices extiterunt. TAC. dial. 24 neque enim -em antiquorum exigimus. RVFIN. apol. ad Anast. 7 Origenis ego neque -r sum neque assertor. AVG. civ. 1, 24 terrenae patriae -es deorumque licet falsorum (3, 7). 3, 7 adulatores felicium potius quam infelicium -es. SVLP. SEV. dial. 3, 12, 1 illum iam non -em haereticorum esse, sed vindicem. CARM. epigr. 797, 11 inop⟨um et v⟩iduarum -r.

3 *alicuius rei*: CIC. Verr. 4, 64 cur universa provincia -em suae salutis eum quaesiverit (*cf.* p. red. in sen. 3. 26 p. red. ad Quir. 15 Sest. 4. 144 Pis. 80 Planc. 76. 93 VAL. MAX. 5, 2 ext. 2). 4, 217 me omnium provinciarum -em esse profitebor. 6, 12 hic custos -rque provinciae (*cf.* 6, 81). Rab. perd. 12 popularis vero tribunus plebis ⟨es⟩, custos -rque iuris (*cf.* de orat. 1, 244 paterni iuris) et libertatis (*cf.* Phil. 3, 28 ad Brut. 1, 16, 11 CORP. X 1256). Sest. 136 rei publicae (Att. 8, 3, 3 AMM. 15, 8, 5 IORD. Rom. 315). Balb. 43 diligentissimum -em commodorum suorum. Mil. 39 -r vestrae voluntatis. 81 sui ... capitis quam vestri -em. Phil. 2, 109 actorum Caesaris -r. or. frg. A VII 33 iudiciorum. A IX 6 honestissimarum rerum. fin. 2, 44 eius (*Epicuri*) sententiae. Att. 1, 13, 2 partium studiosus ac -r bonarum (BELL. Hisp. 35, 2 Pompeianarum partium. SEN. dial. 5, 30, 5. AVG. civ. 2, 17 partis). epist. 4, 1, 1 pacis (CORP. XI 6625). Q. CIC. pet. 52 auctoritatis suae. MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 acerrimum pueritiae tuae bonorumque patris tui -em. VAL. MAX. 9, 2, 4. TERT. scorp. 8 *veritatis* (PASS. Andr. long. 8 Petr. Paul. 39). IVST. 16, 4, 10 ex -e senatoriae causae . . . patronus plebis evasit. FIRM. err. 2, 6. AMM. 16, 12, 15 laris sui -r. HIER. epist. 49, 1 -em meorum opusculorum paro. VVLG. II Macc. 4, 2 provisorem ... civitatis ac -em (κηδεμόνα) gentis suae. PSALT. Rom. 26, 1 dominus -r (*v. l.* protector) vitae meae (VVLG. protector). RVFIN. Adamant. prol. ecclesiastici dogmatis -r (hist. 5, 13). hist. 3, 32 ubi nullus iam divini census -r existeret. CLAVD. MAM. anim. p. 100, 12 ut nec falsi lateret -r nec veri vacaret assertor. CASSIOD. in psalm. 1, 6 -r rectae fidei (*passim apud* ECCL., *sicut etiam* ecclesiae -r). LEX Burg. Rom. 44, 2 *syn.* assertor. CORP. III 6585 -i quietis publicae ... invictissimoque Constantino. INSCR. numm. Cohen VI² 71, 29 -r orbis (*Victorinus*).

i. q. excusator: SEN. dial. 5, 3, 1 stat Aristoteles -r irae. IVV. 8, 163 culpae (GREG. M. epist. 9, 203). SCHOL. Cic. Bob. p. 15 coniurationis. AVG. civ. 6, 34 tantae impietatis. *accedit* contra: SCHOL. Cic. Bob. p. 161 -r senatus contra plebem.

B *speciatim*: 1 *in re militari*: a *solum ponitur*: CAES. Gall. 2, 6, 2 murus -bus nudatus est (*cf.* 3, 4, 2 pars castrorum nudata -bus. LIV. 21, 11, 7 ENNOD. epist. 1, 22, 2 p. 32, 20). 2, 12, 2 *oppidum* vacuum ab -bus (*cf.* BELL. Afr. 62, 4. 5 LIV. 9, 43, 15. 23, 30, 7. 28, 20, 2. 42, 63, 6 AMM. 31, 9, 3). 5, 45, 1 res ad paucitatem -um pervenerat. 6, 38, 5 in munitionibus consistere audeant speciemque -um praebeant. 7, 15, 6. civ. 3, 24, 3 unam ex his quadriremibus cum remigibus -busque (*cf.* BELL. Alex. 16, 6) suis ceperunt. 3, 40, 3. BELL. Afr. 31, 7 vel sine -bus aditum adversariis prohibebant (*cf.* LIV. 32, 12, 9 castra ... etiam sine -bus difficili aditu). VERG. Aen. 2, 521 non tali auxilio nec -bus istis tempus eget. OV. met. 13, 274. LIV. 36, 24, 5 -r nemo aderat. SEN. dial. 3, 12, 5 pro parentibus liberis amicis civibus prodire -em. TAC. hist. 3, 30 ann. 15, 4. IVST. 18, 1, 2 quo (*Alexandro*) -e idem Tarentini adversus Bruttios usi fuerant. AMM. 18, 6, 2 publicum -em. *de rebus*: CAES. Gall. 4, 17, 10 sublicae ... agebantur ..., ut his -bus earum rerum vis minueretur. b *alicuius*: FLOR. epit. 3, 10, 9 *Rhenus* receptator hostium atque -r. c *alicuius rei*: CIC. Sest. 116 rei publicae -i. Balb. 49 si quisquam huius imperi -r mori potest (SEN. benef. 3, 33, 3 Romani imperi). CAES. civ. 3, 63, 6 interioris munitionis. BELL. Afr. 56, 1 muri. SALL. Iug. 23, 1 moenium (VEG. mil. 4, 7 AMM. 19, 1, 3). OV. fast. 6, 188 pugna cecidisset in illa -r solii Iuppiter alte tui. SEN. Tro. 471 Troici -r et vindex soli. *al.*

2 *in re iudiciaria*: a *solum ponitur*: TER. Eun. 770 huic ipsist opus patrono, quem -em paro. RHET. Her. 1, 11, 18 constitutio est prima deprecatio -is cum accusatoris insimulatione coniuncta. 2, 2, 3. 2, 3, 4. 2, 6, 9 communes loci sunt cum accusatoris, tum -is. 2, 27, 43. 4, 35, 47 officium ... -is *est crimina* diluere et propulsare. CIC. inv. 1, 19 firmamentum est firmissima argumentatio -is. 2, 28. 44. 51 *certus locus est* -is, per quem calumnia accusatorum cum indignatione ostenditur. *al.* Verr. 3, 12 quattuor ... quaestores studiosissimos -es . . . habuerit. 3, 81 utrum malit meis testibus an tuis -bus credere. Caecin. 14 -is nimium litigiosi. Font. 3. 158. QVINT. inst. 5, 13, 3 bonus -r nemo nisi qui eloquentissimus fuit. TRYPH. dig. 34, 9, 20 ille est accusator, is -r et quasi patronus. VLP. dig. 15, 1, 3, 11 si quasi -r condemnatus est, idem putat. 17, 2, 63, 1 si hic fideiussor quasi -r socii iudicium susceperit. PAVL. dig. 26, 1, 1, 1 appellantur tutores quasi tuitores atque -es. MARCIAN. dig. 20, 1, 13, 4 si cum -e in personam egero. CHAR. dig. 50, 4, 18, 13 -es quoque, quos Graeci syndicos appellant, et qui ad certam causam agendam vel defendendam eliguntur. *et saepe* ICTI. LAMPR. Alex. 33, 2 corpora omnium constituit ... artium idemque ex sese -es dedit. CAPITOL. Maximin. 10, 6 sine delatore, sine -e omnes interemit. RHET. min. p. 533 -r *utitur* extenuatione ad minuendam causam. CASSIOD. var. 3, 46, 2 -um ... patrocinia. *t. t. iuris publici* (*cf. l. 25 sqq.*): COD. Theod. 8, 5, 59 (*a. 400*) periculo curatoris sive -is. DIG. 3, 3 rubr. de procuratoribus et -bus. COD. Iust. 1, 55, 8 pr. NOVELL. Iust. 23, 1 sancimus omnes appellationes, sive per se sive per procuratores seu per -es vel curatores et tutores ventilentur. *cf.* CORP. IX 7685 Leoni viro laudabili ... praestantis⟨simo et d⟩efensori ob ⟨merita⟩.

b *alicuius*: RHET. Her. 2, 15, 22 -r eorum peccati atrocitatem proferet. 4, 36, 48 *miramini* quod se nemo vestri -em profiteatur? CIC. div. in Caec. 23 magnus ille -r ... eins. Verr. 5, 82 Siculorum. HOR. sat. 2, 5, 30 illius esto -r. POMPON. dig. 12, 2, 42, 2 -r absentis vel praesentis (PAPIN. dig. 20, 6, 1, 2 VLP. dig. 16, 1, 6). VLP. dig. 1, 18, 6, 2 ne ... -es eorum (*potentiorum*) calumniosis criminibus insectentur innocentes. 12, 2, 34, 1 -r municipum, vel cuiusvis corporis. PAVL. dig. 11, 1, 20 pr. quasi -r eius qui admisit, vel heredis litem subiit. *al.* COD. Iust. 5, 37, 21 pupillorum seu minorum -es. CORP. III 1438 defens(or) lecticar(iorum). IV 1094 -bus colonorum. *cf. infra l. 53.* XIV 2516 -i clientium fidelissimo. -r senatorum *v. infra l. 53.*

c *alicuius rei*: CIC. div. in Caec. 20 -em esse fortunarum suarum. 54 sui iuris. Verr. 2, 16 causae communis -r (Sest. 75 RHET. min. p. 533. AMM. 22, 10, 4 causarum). Sest. 99 harum rerum (AMM. 27, 6, 13). QVINT. inst. 4, 1, 46 idoneus suae rei quisque -r (*cf.* GAIVS inst. 4, 101 alienae rei). GAIVS dig. 3, 3, 46, 2 alienae litis idoneus -r. *adde*: COD. Theod. 3, 17, 3, 1 (*a. 389*) testamentarii -es. *al.* CORP. IV 768 -em coloniae (*cf.* 1032). *t. t. iuris publici* (*cf. Seeck, PW. IV 2365*): -r civitatis: COD. Theod. 1, 29 rubr. de -bus civitatum. 5, 13, 33 (*a. 393*) magnitudo iudicibus, officiis ac -bus (*i. civitatum*) eam poenam constituet. 11, 7, 12 (*a. 383*) INST. Iust. 1, 20, 5. COD. Iust. 1, 9, 18 (19) pr. -is civitatis fungi ... officio. 1, 55 rubr. de -bus civitatum. NOVELL. Iust. 75, 2 pro -bus vel patribus civitatum. EPIST. procos. ad Amphiss. (Corp. III 568) praesentibus utriusque civitatis -bus. CORP. XIV 2080 defesori abitatori cibitatis. X 4863 civitatis Venafranae -r. PAPYR. Marini. *passim. ex. gr.* 74, 5, 12 apud Melminium Andream v. c. def. civ. Rav(ennatis). *cf.* EPIST. procos. ad Amphiss. (Corp. III 568) curator et -r Amphissae. COD. Iust. 2, 7, 11, 1 apud -em sui oppidi. -r rei publicae: VLP. dig. 49, 4, 1, 13 tutores, item -es rerum publicarum, et curatores adulescentium. PAVL. dig. 50, 5, 10, 4 -es rei p. ab honoribus et muneribus . . . vacant. CORP. V 4459 -i rei p. IX 2354 (*cf.* 3685). XI 4389 IIIIvir(o) i(ure) d(icundo) ... -i r. p. -r plebis (*cf.* GLOSS. V 567, 14 idem sunt et tribuni, dicti -es, quod plebem sibi commissam contra insolentiam improborum defendant. GLOSS. Werth. p. 337 Gallée qui defenderunt plebem contra nobiles et senatores): COD. Theod. 1, 29, 3 (*a. 365*) cum multa pro plebe ... statuta sunt, nihil providisse nos credidimus, nisi -es idoneos dederimus. 1, 57, 1 (*a. 469*) -em plebis. 8, 12, 8, 1 (*a. 415. cf.* 1, 29, 4 [*a. 368*] diversarum urbium plebibus constituantur patroni). -r provinciae: COD. Theod. 1, 55, 4 (*a. 385*) in -bus universarum provinciarum erit administrationis haec forma. CORP. X 1201 -i provinciae Campaniae. -r locorum: COD. Iust. 1, 55, 3 peculiaris patrocinii, id est -is locorum. COD. Theod. 10, 4, 3 (*a. 365?*) in civili vero causa -em domus nostrae adesse debere. COD. Theod. 1, 28 rubr. de -bus senatus. -r colonorum: LEX Manc. tit. ⟨h⟩ec lex scripta a Luc(i)o Victore Odilonis magistro et Flavio Geminio -e. *cf. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte² p. 132.* -r ecclesiae: COD. Iust. 1, 3, 40 (41) -es ecclesiarum huius almae urbis. 6, 23, 23. IVLIAN. epit. novell. 67, 243 -i ecclesiae vel oratorii. *ibid.* subscribant -r et clerici. GREG. M. epist. 5, 26 officium ecclesiae -is accipias. 9, 97 *et saepe.* GREG. TVR. vit. patr. 6, 6 Iulianus -r, presbiter deinceps. *cf.* GREG. M. epist. 1, 79a de rebus alienis ab ecclesiasticis -bus occupatis

III *i. q. ultor*: ITALA psalm. 8, 3 (Sulp. Sev. Mart. 9, 6) ut destruas inimicum et -em (ἐκδικητήν, VVLG. ultorem. *cf.* AVG. in psalm. 102, 14 quod nonnulli codices '-em' habent, sed verius 'vindicatorem'). CLAVD. DON. Aen. 3, 55 -em . . . emersurum credebat nullum, qui ultionem moliretur occisi. VVLG. Sirach 30, 6 reliquit enim -em (ἔκδικον) domus contra inimicos.

fem. **dēfēnstrīx**, -īcis: CIC. Prisc. gramm. III 463 -x quoque Cicero in Timaeo protulit addita t. PROB. cath. gramm. IV 13 -x (*traditur* defensatrix) rationabiliter debet dici. *cf. p. 310, 44.*

synonyma: adiutor (CIC. Mur. 83), assertor (RVFIN. apol. ad Anast. 7), custos, deprecator (LIV. 36, 35, 5), excusator (AVG. civ. 3, 20), patronus, propugnator, protector (PSALT. Rom. 26, 1 *et* VVLG.), tutator (CORP. III 1590. 8024), tutor, ultor (CIC. Sest. 43), vindex, vindicator. *opposita*: accusator, auctor (CIC. fin. 5, 20), debellator (CASSIOD. inst. div. 22), delator (CAPITOL. Maximin. 10, 6), hostis (LVCIL. 1334 CIC. dom. 7), intercessor (RVFIN. Basil. hom. 3, 5. *cf.* GREG. M. epist. 9, 203. 204), oppugnator (AVG. civ. 2, 27), petitor (QVINT. inst. 4, 2, 152), vexator (CIC. Pis. 84), vindex (VAL. MAX. 6, 3, 8).

derivatum: defensorius.

dēfēnsōrius, -a, -um *a* defensor. *i. q. ad defensorem pertinens*: TERT. adv. Marc. 2, 14 p. 354, 15 quae quidem illis mala sunt, quibus rependuntur, ceterum suo nomine bona, qua iusta et bonorum -a et delictorum inimica atque in hoc ordine deo digna. GREG.

M. epist. 9, 22 pervenit ad nos tonsuratos ... prava sibi praesumptione -um (*i. officium ecclesiae defensoris*) sumere. *Jachmann.*

***dēfero,** -tulī, -lātum, -ferre *a* de *et* ferre. *perf.* detolerit: LEX repetund. (Corp. I 198) 21. 76. 78. ditulit: CORP. X 2752, 4/5. deferet *pro* -rt: APRING. in apoc. 1, 5 VEREC. in cant. 4, 14. *imp.* defer: VERG. Aen. 4, 226. 5, 730 PERS. 5, 126 CARM. epigr. 44 GLOSS. *notatur* d(elatum) *p. 314, 25*; de(tulit) *p. 315, 81.* PAVL. FEST. p. 70 dedicare... proprie est dicendo -rre (*cf. p. 316, 44*). NON. p. 289 -rre est adferre (*cf. p. 314, 21*). abducere (*cf. p. 316, 22. 321, 26*). APRING. in apoc. 20, 9/10 porro Tubal, quod est 'deferens' vel 'delatus' intellegitur, aut qui malum semper inferat (*cf. p. 316, 44*) aut qui deferatur ad mortem. GLOSS. καταφέρομαι. -rt deportat. deducit. negat (?). -r κατήνεγκε. διακόμισον. -rre ἐπάγειν. -lit ἤγαγεν. -erat brohte (*anglos.*). -isse παρεσχηκέναι. -untur meldadun. -endum esse παρασχηματιαῖον εἶναι. -entes παρέχοντες. -latus ἐπενεχθείς. κατενεχθείς. καταγγελθείς. adductus. devectus. deductus. deportatus. *adhibetur per totam latinitatem inde ab* ENNIO *et* PLAVTO, *imprimis a rerum scriptoribus et* ICTIS. [*in codd. saepius pro* differre, *ex. gr.*: VICTRIC. 5 ORIBAS. eup. 2, 1 M 15.]

I *i. q.* ***ex superiore loco ferre,*** *deicere, deducere* (*accedit*: ab, de, ex, *abl.* [*v. l. 43. 57. p. 314, 18. 20*]; ad, in *c. acc.*; ibi *l. 72*): CATO agr. 52 quae (*sc. poma*) diligentius propagari voles, in aullas aut in qualos pertusos propagari oportet et cum iis in scrobem -rri oportet (CAES. Gall. 7, 82, 1 Galli ... in scrobes -lati. *cf.* CVRT. 5, 14, 18 in foveas). ACC. trag. 530 in quos -latus locos dicitur alto ab limine caeli *Vulcanus.* VARRO rust. 1, 40, 4 tertium genus seminis, quod ex arbore per surculos -rtur in terram (*cf.* TERT. nat. 2, 12). 1, 55, 3 percussa olea secum -rt de ramulo plantam. CIC. inv. 2, 149 in quem (*culleum*) coniectus in profluentem -rretur. S. Rosc. 71 non sic nudos in flumen deicere, ne, cum -lati essent in mare, ipsum polluerent. CATVLL. 68, 108 tanto te absorbens vertice amoris aestus in abruptum -erat barathrum. LVCR. 1, 118 Ennius ... primus amoeno -lit ex Helicone ... coronam. 5, 272 qua via secta semel liquido pede -lit undas (= 6, 638). 5, 1092 fulmen -lit in terram mortalibus ignem. 6, 821 quo simul ac primum pennis -lata sit ales. 6, 1136. CAES. Gall. 5, 44, 12 Vorenus, dum cupidius instat, in locum -latus inferiorem concidit. VERG. Aen. 9, 19 Iri, ... quis te mihi nubibus actam -lit in terras? 12, 417. CVLEX 210 quis ... meritis ad quae -latus (*sc. ad inferos*) acerbas cogor adire vices (*cf.* 260 Elysiam tranandus agor -latus ad undam. VELL. 2, 48, 2 ad inferos. MELA 3, 19. SIL. 10, 8 sine vulnere terga ad manes -rte, viri. STAT. Theb. 7, 820 rectos -rt in Tartara currus *Amphiaraus.* silv. 5, 3, 270 TAB. devot. Audollent 98, 7 *cf.* 137). OV. met. 8, 645 faces ... tecto -lit. 9, 117 obsequio -rri spernit aquarum (*de aqua et fluminibus*: OV. met. 14, 601 hunc [*sc. Numicium flumen*] iubet Aeneae, quaecumque obnoxia morti, abluere et tacito -rre sub aequora cursu. fast. 6, 228 purgamina ... in mare. LIV. 5, 46, 8 impiger iuvenis ... secundo Tiberi ad urbem -rtur. 8, 24, 14. 21, 5, 15 quidam verticoso amni -lati in hostes. 21, 28, 7 ne secunda aqua -rretur *ratis.* 23, 19, 8. 25, 12, 6. 27, 18, 10 vallis, per quam -rretur amnis. SEN. nat. 2, 24, 1 aqua naturā -rtur. 3, 7, 3 pluviae, quae per nudas rupes -untur nec habent terram, cui insidant. 3, 11, 6 non esse enim pluvialem hanc, quae vastissima flumina a fonte statim magnis apta navigiis -rt. 3, 15, 8 si aqua pondere suo se tantum -lit. 3, 26, 3 omnis autem natura humor ad inferius et ad inane -rtur. 3, 29, 8. 4, 2, 16. 6, 7, 3 *v. p. 314, 15.* PLIN. nat. 4, 4. 27. 5, 103 amnis Glaucus -ens Telmedium. 5, 115 *saepius.* SIL. 9, 396 silicem scopulo avulsam, quem montibus altis -erat torrens. STAT. Theb. 11, 277 PLIN. epist. 4, 30, 8 paneg. 82. NERAT. dig. 47, 9, 8 VLP. dig. 39, 2, 9, 1. SOL. 2, 25 *Padus* triginta flumina in Adriaticum -rt mare. 37, 6. *cf.* LVCAN. 8, 439 nostra cadavera Tigris -lit in terras ac reddidit. *cf. p. 315, 35*). LIV. 1, 59, 3 Lucretiae corpus in forum (ASCON. Mil. p. 33). 2, 7, 11 -am non in planum modo aedes (*i. in plano aedificabo*), sed colli etiam subiciam (22, 24, 2 castra. SEN. dial. 9, 10, 6 [*in imag.*] fortunam). 5, 47, 5 ruinaque tota prolapsa acies in praeceps -rri (*cf.* SIL. 5, 309 e specula praeceps -latus opaca. STAT. Theb. 2, 581 saltu praeceps -rtur. QVINT. inst. 1, 10, 33 GELL. 2, 30, 4. VEN. FORT. vita Radeg. 35, 81 nam quae credebatur -rri praeceps ad tumulum, levat ad cursum de lectulo). LIV. 3, 69, 8 signa in campum (7, 23, 3 signa eodem ex aerario. 7, 37, 17). 26, 45, 3 quidam stantibus scalis ... ad terram -lati sunt. 44, 5, 7 ruina ... pontis -bantur. MANIL. 5, 440. PAVL. FEST. p. 107 de qua *amphora* subinde -rrentur vina. p. 118 ibi infantes ... -bant. CELS. 2, 3 in imum. SEN. Herc. O. 1237 arcus ... astris ab ipsis -lit Stymphalidas. nat. 1, 3, 6. 2, 57, 4 fulmen. 4, 3, 5 grando. 4, 4, 2 nimbi. 5, 10, 3. 6, 4, 1 *natura* -rt montes. 6, 12, 1 venti in concava terrarum -untur. 7, 29, 3. epist. 72, 9 hic deprimitur alternis *vicibus* et extollitur ac modo in caelum allevatur, modo -rtur ad terram. 90, 9 nec in hunc usum pinus aut abies -batur. LVCAN. 4, 101 palus ... tecta ferarum -lit. 7, 157. PERS. 5, 126 strigiles Crispini ad balnea -r. PETRON. 65 assurgere et nudos pedes in terram -rre. PLIN. nat. 31, 3. VAL. FL. 1, 122 undique cernit -latum nemus (*i. decisum*). 2, 523 magnus Eryx, -rre velint quem vallibus imbres. 4, 17. HOMER. 125 -latus ab aethere *Somnus.* STAT. Theb. 2, 670 iam sublata manus cassos -rtur in ictus. QVINT. inst. 1, 12, 10 ut corpora infantium nec casus, quo in terram totiens -untur, tam graviter affligit. TAC. ann. 1, 35 ferrum ... elatum -bat in pectus. TERT. spect. 20 sol et in cloacam radios suos -rt. ieiun. 10 corpus *Christi de cruce.* AVIEN. Arat. 1618 cum proni procul ad confinia caeli -rri picco spectaris nubila tractu. VVLG. num. 11, 31 trans mare coturnices -lit et demisit in castra. I Esdr. 3, 7 ligna cedrina de Libano ad mare Ioppe. BARNAB. 14, 2 tabulas -bat ad populum (κατέφερεν). *in imag.*: CIC. de orat. 1, 202 ut id ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos -latum videtur. PETR. CHRYS. serm. 70 p. 399[A] carnis tunc naturam transtulit in divinam, deitatem quando humanam -lit ad naturam. *usus medialis* (*cf. p. 313, 44 sqq.*): VERG. ecl. 8, 60 praeceps aerii specula de montis in undas -ar. HOR. epist. 2, 1, 269 in vicum. LIV. 9, 37, 2 in campos -lata acies. SEN. nat. 3, 20, 5 ebrietas ... dementia est et nimia gravitate -rtur in somnum. 6, 7, 3 illic quoque aliae *aquae* vasto cursu -untur et in praeceps volutae cadunt. epist. 76, 2 in theatrum senex ibo et in circum -ar. VAL. FL. 2, 135. 4, 434 *al.* SIL. 3, 631 ductor Agenoreus tumulis -latus iniquis. 7, 699 celer in pugnam dorso -latus ab alto. PAVL. NOL. carm. 7, 47 rectas agamus semitas firmo pede nec -amur lubrico latae viae.

dēfrico, -uī, -ātum (-ictum), -āre *a* de *et* fricare. -ictum *traditur* Sen. epist. 87, 10 Colvm. 6, 13, 1. 7, 5, 8 (*aliis locis* -atum) Apvl. met. 3, 22. defrigare *scribitur* Pass. Felicit. 10 *cod. B*, defricito *imperat. l. 64.* Hier. in Os. 2, 8 p. 84 ἀποτρίψεται, id est -et (Gloss. -a ἀπότριψον). [Gloss. -at deficat. deficat vel colat, *corrupt., ut videtur, pro* defaecat.] *legitur verbum inde a* Rhet. Her. *et* Catvllo, *sed adv. part. perf. pass.* defricate *iam apud* Naev.

1 *proprie i. q. perfricare, detergere sim.*: **a** *corpora animantium vel partes corporis*: Rhet. Her. 4, 10, 14 coepit, postquam perfusus est, -ari (*sc. strigili in balneo.* Spart. Hadr. 17, 7 alium *senem* ab alio invicem -ari *iussit*). Sen. benef. 6, 12, 2 boves saginat ac -at. epist. 84, 10 equum ab ipso Catone -ctum (Colvm. 6, 32, 1 Vopisc. Aurelian. 7, 7). Colvm. 6, 6, 29 caput atque os (Cael. Avr. acut. 1, 11, 91). 6, 8, 1 sole tuto ... vulnera. 6, 14, 5 medicamento -atur *bos* et illinitur. 6, 30, 1 nec minus cotidie corpora pecudum quam hominum -anda sunt (Cael. Avr. acut. 2, 7, 33. 2, 40, 232). Svet. Vesp. 20 fauces ceteraque membra. Apvl. met. 3, 22 -ctis adeo diu pupulis (*sc. post somnium*). Pelagon. 402 posca os *equi* -bis (Chiron 138). Hier. epist. 43, 2, 1 manu faciem. Theod. Prisc. log. 36 articulos eorum oleo. 49 *aures* fortius -bo. 58 inferiora. 64 aqua frigida ... -andi sunt. Pass. Felicit. 10 me ... oleo -are. **b** *res corporeas i. q. detergere, deterere, necnon linire, perpolire*: Cels. 5, 28, 18 *papulam.* 5, 28, 19 genus id vitiliginis. Colvm. 6, 2, 7 palatum sale. 6, 7, 4 vulnera bubula. 6, 13, 1 scabies extenuatur trito allio -cta. 6, 31, 2 impetigines. 6, 33, 1 cicatrices oculorum ... sale -atae (defricta *S, an* -ato?). 11, 2, 70 dolia partim picata, partim -ata et diligenter tota marina. 12, 52, 14. 12, 58, 1 radicem -ato (defrictam *S*). Plin. nat. 26, 21 -ant (*lichenes*) etiam pumice. 28, 188 prius -atis maculis *fellis.* Itala lev. 14, 42 (Lugd.) -bunt domum (ἐξαλείψουσι, Vvlg. liniri). Veg. mulom. 2, 49, 5 aceto ozaenas. mil. 2, 14 ut arma omnium -entes ac splendeant (*i. perpoliantur.* Itala lev. 6, 28 [Lugd.]. -bit illud *vas aeneum* [ἐκτρίψει, Vvlg. -bitur]. *cf.* Hesych. *ad loc.* p. 855[c] quicunque autem fortis est ut aes ... neque confringitur, sed -atur sive extergitur, id est diluitur). Avg. in psalm. 136, 18 lenticula. Apic. 4, 170 oleo -ato coques. 4, 180 tisanam (5, 209). Vict. Vit. 3, 25 lapidibus acutissimis -atus (*i. degluptus*). Ven. Fort. vita Radeg. 17, 39 -ans ... crustam, scabiem, tineam. *nota figuram etymol.*: Chiron 216. 332 *p. 373, 63.*

2 *translate vel in imagine i. q. acriter vituperare, irridere*: Hor. sat. 1, 10, 4 sale multo urbem -uit. *i. q. purgare*: Hier. in Os. 2, 8 p. 84 ut quos multo tempore coluerat, paulatim a se -et et emundet. hom. Orig. in Ier. 13 p. 867 qui -et et purget animae vitia.

part. perf. pass. pro adv. **dēfricātē** *i. q. salse*: Naev. com. 80 facete et -e.

[**dēfrictum**] *v.* defrutum.

dēfrīgēsco, -xī, -ere *a* de *et* frigescere. *i. q. gelidum fieri*: Colvm. 12, 20, 4 dum -at. 12, 21, 1 cum -xit.

καταψύχω **dēfrīgero** Gloss. III 76, 48. Corp. VIII 8191 bono ispirito Mariniani deus -et. *a* de *et* frigerare *vel* frigus.

dēfrīgidātio, -ōnis *f., cf.* defrigescere. *i. q. actus defrigescendi*: Soran. app. 18 ad -em matricis. 21 ubi nimia fuerit -o.

dēfrigis confectio est Gloss. III 559, 40 (diphryges *coni. Götz*).

dēfringo, -ēgī, -āctum, -ere *a* de *et* frangere. Prisc. gramm. II 525, 20 -o -actum. *traditur* defrango: Plac. med. 2, 12 Gloss. II 237, 44 -o ἀποκλῶ. *inde a* Catone, *nam apud* Plavt. Mil. 156. 722 Stich. 191 defringo *praebent codices pro* diffringo. [*dubium*: Colvm. 4, 27, 6.]

1 *proprie i. q.* ἀποτέμνειν: Cato agr. 88, 1 -cto collo *amphorae.* 161, 3 si -es *radicem asparagi*, stirpes fient (Plin. nat. 19, 149). Novivs Atell. 50 omnes digitos -egi meos. Varro rust. 1, 40, 4 quae de arbore transferas, ut ea deplantes potius quam -as. Rhet. Her. 4, 55, 67 pedem subsellii (Svet. Claud. 41). Cic. Caecin. 60 ramum ... arboris (Colvm. 5, 5, 12 ramuli vitium. Plin. nat. 17, 123. 23, 138. 26, 63. Boeth. herm. pr. 2, 14 p. 221, 20 ex arbore ... ramum). de orat. 3, 110 surculo (Plin. nat. 17, 163). Verg. georg. 2, 300 ex arbore plantas. Aen. 11, 748 summa ... ab hasta -it ferrum. Plin. nat. 21, 38 quaedam *herbae* nonnisi -cta aut ex attritu olent. 24, 68 virgam. 34, 41 membris. Gaivs inst. 4, 17 ex nave et columna aliqua pars -batur (*i. frangendo auferre*). Apvl. flor. 16 p. 67 articulum a crure. Plac. med. 2, 12 liquescit lapis (*i. calculus*) quem -anget (*i. contundet*) et eiciet. Lex Visig. rec. 8, 3, 13 pars campi vel vinea sive prati aut messis ... -cta fuerat *ab animalibus.* **2** *translate i. q. imminuere, detrahere*: Sen. epist. 92, 2 id autem unum bonum est quod numquam -itur. Apvl. flor. 16 p. 68 si nihil ex gratia eius petitio mea -isset. *Gudeman.*

dēfritum *v.* defrutum.

dēfrondo, -āre *a* de *et* frons. Serv. Aen. 1, 552 stringere remos: aut -are ut 'agricolae stringunt frondes' (*ecl. 9, 61*).

dēfrūdo *sim. v.* defraudo.

dēfrūmentum, -ī *n., cf. c.* defrui *et* frumentum. Plin. Val. 5, 24 omnia alia -a fugienda sunt.

✖**dēfruor**, -ī *a* de *et* frui. Pavl. Fest. p. 70 -i dicebant antiqui, ut deamare deperire, significantes omnem fructum percipere. Porph. Hor. epist. 2, 2, 197 exiguo vitae tempore raptim voluptatibus -aris (res fruaris *codd.*). Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 171, 19 diuturnis gaudiis salutis -imur. Symm. *saepe, ex. gr.* epist. 1, 51. 101. 3, 23, 1. 7, 1.

dēfrusto, -ātus, -āre *a* de *et* frustum. *i. q. in frusta concidere*: Amm. 20, 2, 4 -andae Mesopotamiae opitulari. 31, 2, 5 *vestis* -ata. *translate*: Sidon. epist. 9, 9, 8 lectito, excerpo, maxima ex magnis capita -ans.

dēfrūstror, -ārī *a* de *et* frustrari. *i. q. defraudare*: Plavt. Most. 944 aut quidem iste nos -atur senex.

dēfrutārius, -a, -um *a* defrutum. *quod ad defrutum pertinet*: Colvm. 1, 6, 9 cellam vinariam, -am. 12, 19, 3 vasa. 12, 19, 6. *subst. n.* dēfrutārium, -ī (*sc. vas*): Colvm. 12, 20, 2. 3.

dēfruto, -āre *a* defrutum. *i. q. ad defrutum decoquere*: CATO agr. 24 quidquid vini -bis (defrudabis *trad.*), partem tricesimam defruti addito. COLVM. 2, 21, 4 defrutum quoque facere et vinum -are licet.

✖**dēfrutum,** -ī *n.* [*cf. c. gr.* ἀπέφρυσεν· ἀπέζεσεν, ἀπέβαλεν (HESYCH.), *theodisc.* briuwen *anglosax.* brēowan 'coquere', *theodisc.* prod, brot *anglosax.* brod 'ius', *hibern.* bruth 'fervor', *thrac.* βρῦτον *vel* βρῦτος· τὸ ἐκ κριθῆς ποτόν *et c.* defervescere. *Th.*]. -ŭ- *poetae, sed cf. l. 9.* PALLAD. 11, 18, 1 -um a defervendo dictum (*cf. l. 10. 26*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 24, 15 in -o apicem secundae syllabae imponere debetis, nam defervendo et decoquendo fit tale ⟨vel⟩ quod defrudetur, id est fraudetur coctura et minuatur. *cf.* SERV. georg. 2, 93 hinc -um dictum est, quod defraudatur et quasi fraudem patitur (SCHOL. Ter. p. 152, 30 ISID. orig. 20, 3, 14 GLOSS. V 188, 21. 653, 21. 22. *cf. p. 372, 65*). GLOSS. V 188, 26 -a quod aruit: graece enim dicitur ἕψημα, unde et defretum, eo quod coquendo arescat minusve fiat. *formae*: defritum: CORP. IV 5586. 5588 (*sed* INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 78 [*Ateste*] defrutu). *dub.* EDICT. imp. Diocl. 2, 16 ⟨def⟩ritis *genet.* (ἑψέματος). *traditur* CATO agr. 23, 2 PALLAD. 11, 18, 1. 12, 22, 1 NON. p. 551 PELAGON. 372. 396. 466 CHIRON 428. 448 DIOSC. 1, 107 GLOSS. defrictum: CHIRON 160 VEG. mulom. 2, 91, 4 *cod. L* APIC. 1, 19. 34. 2, 51. 3, 67. 4, 165 GLOSS. defructum: PLAVT. Pseud. 741 *B* COLVM. 12, 11, 1 *S* GLOSS. defretum: NON. p. 551 LIB. geneal. chron. I p. 174, 291[a] ORIBAS. syn. 4, 2 defretus. GLOSS. *notatur* def.: CORP. IV 5585.

i. q. vinum decoctum: VARRO frg. Non. p. 551 sapam appellabant quod de musto ad mediam partem decoxerant; -um, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant defervefaciendo (*cf.* COLVM. 12, 20, 2. 12, 21, 1). *sed* PLIN. nat. 14, 80 quod (*decoquere*) ubi factum ad dimidiam est, -um vocatur. GLOSS. ἕψημα (*l. 14. 17.* CHAR. gramm. I 34, 30 EXC. Bob. gramm. I 550, 31). ἀφέψημα. ἀπόβρασμα. frixum. vinum squamaticum (V 481, 18 spumatum). sapa. passum. coerin (*anglos.*). chrodidon (*dub.*). *cf. Marquardt-Mau I*[2] *459.* PLAVT. Pseud. 741 murrinam, passum, -um, mellam (*res dulces. cf.* VARRO Men. 40 PLIN. nat. 14, 93. PROC. dig. 33, 6, 16, 1 mulsum, passum, -um et similes potiones *inter dulcia legata.* PAVL. sent. 3, 6, 77). CATO agr. 7, 4 *oleas* sine sale in -um condito (VARRO rust. 1, 60, 1). 23, 2 *sq.* 24. VERG. georg. 4, 269 igni pinguia (*i. condensata*) multo -a (*pluralem notant* DIOM. gramm. I 328, 23 PHOC. gramm. V 427, 23. *cf.* GLOSS. II 321, 39 *al.* CHAR. gramm. I 34, 30). CELS. 1, 6. 2, 18 -um quo magis incoctum. *et saepius.* COLVM. 1, 6, 19 ubi -um fiat. 2, 21, 4. 7, 7, 4. 9, 13, 7 -o vetere. 12, 20 *passim.* PLIN. nat. 14, 75. 129. 135. 136. 18, 318. 19, 91. 21, 82. 22, 155. STAT. silv. 4, 9, 39 dulci -a vel lutosa caeno. MART. 4, 46, 9 nigri Syri -i lagona. VLP. dig. 33, 6, 9 pr. *vini appellatione* -um non continebitur. 33, 7, 12, 10. TERT. ieiun. 17 lenticulam -o inrufatam (*in historia Esau et Iacob.* LIB. geneal. chron. I p. 174, 291[a]). adv. Marc. 3, 5 p. 382, 17 ut . . . -um de rupibus speres. PALLAD. 12, 22, 2 AVG. conf. 10, 8, 13.

dēfuam *v.* desum.

dēfuga, -ae *m.* [*cf. c.* defugere *et c.* per-, transfuga *sim. Th.*]. *i. q. desertor*: PRVD. perist. 1, 42 ductor . . . iusserat *milites christianos* esse Christi -as (refugas *pars codd.*). COD. Theod. 12, 19, 3 (*a. 400*) curiae vel collegii -as (*i. qui se muneribus subtrahunt. cf.* NOVELL. Maior. 7, 8 -as curiales).

dēfugio, -ī, -ere *a* de *et* fugere. *perf.* defugiit *v. l. 74.* GLOSS. περιφεύγω. *legitur inde a* PLAVTO.

transitive (proprie et translate) i. q. fugere, vitare, se subtrahere: PLAVT. Poen. 147 si auctoritatem postea -eris (TER. Eun. 390. CIC. Sull. 33 auctoritatem consulatus mei). CIC. Planc. 56. 77 nullas . . . sibi ille neque contentiones neque inimicitias . . . -endas putavit. 78. Vatin. 34 iudicia. prov. 45. de orat. 1, 106 eam disputationem. 2, 292. rep. 2, 34 patriam. 6, 15 munus humanum assignatum a deo. Tusc. 5, 118 iniurias fortunae. CAES. Gall. 6, 13, 7 civ. 1, 82, 2. OV. am. 3, 9, 28 -unt avidos carmina sola rogos. GERM. 606. SEN. Herc. O. 672 quisquis medium -it iter. SIL. 9, 427 Sidonium . . . ensem. HOMER. 260 arma. PLIN. epist. 1, 8, 17 assentationem vulgi acclamationemque. VLP. dig. 50, 4, 4, 3 -endi oneris municipalis gratia (COD. Theod. 13, 5, 11 *a. 365* munia). GELL. praef. 13 non oportet ea -ere quasi . . . perceptu difficilia. 15, 2, 6 (*ibid.* respicere). LACT. inst. 5, 4, 3 COD. Theod. 12, 1, 13 (*a. 326*). HEGES. 5, 22, 1 l. 35 quis hostem non -it? AVG. epist. 22, 1. CYPR. GALL. Ios. 583 -ens dominum terrae *populus.* *intransitive proprie*: LIV. 5, 38, 8 quo . . . sinistrum cornu -it. ITALA Ios. 10, 27 (Lugd.) in spelunca in qua -erant (κατεφύγοσαν, VVLG. latuerant). ARNOB. nat. 4, 5 in hostilia castra -erat. SCHOL. Cic. Bob. p. 112, 7 ad Prusiam in Bithyniam. VVLG. gen. 39, 18 -iit foras (*Amiat*, fugit *cett.*). GRATT. 459 *ignis* -⟨g⟩it ab sacris. *translate i. q. recusare*: CIC. Planc. 84 et tu, qui potes, et ceteri, qui -unt. de orat. 2, 233 ut, si -erim, tibi causam aliquam recusandi dem. CAES. civ. 1, 32, 7 IVLIAN. dig. 21, 2, 39, 5 VENVL. dig. 45, 1, 139 PAVL. dig. 45, 1, 85, 5 MART. CAP. 9, 898. *seq.* quin: VARRO rust. 2, 4, 2 nec tamen -o quin dicam. *seq. infin.*: BOETH. mus. 3, 10 p. 284, 21 non est -endum . . . ostendere.

dēfugo, -āre *a* de *et* fugare. *i. q. depellere*: THEOD. PRISC. eup. faen. 11 capillos locis propriis -bis. *L.*

dēfulguro *v.* diff-.

dēfūnctio, -ōnis *f. a* defungi. GLOSS. τελευτή. καθοσιότης. *i. q. mors*: IREN. 1, 21, 5 alii sunt qui mortuos redimunt ad finem -is. 1, 24, 1 hanc . . . scintillam vitae post -em recurrere. FILASTR. 27, 1 post Mosi -em. VVLG. Sirach 1, 13 in die -is suae benedicetur (MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 1). FACVND. defens. 2, 1. 10, 7 post tantos suae -is annos. c. Mos. p. 860[B]. PASS. Bonif. 15 Ruinart p. 331 glorificantes dominum super -e sancti martyris. [SALV. gub. 1, 8 *v.* definitio]

dēfūnctōrius, -a, -um *a* defungi. *i. q. levis, cf.* GLOSS. -um est quidquid ita dicitur vel fit, ut ad finem alicnius rei aut terminum spectet. transitorium. PETRON. 132 rogo te, mihi apodixin -am redde. 136 nec satiatus -o ictu, morte me anseris vindicavi. *adv.* **dēfūnctōriē,** GLOSS. opere levi, transitorie: SEN. contr. 10, 2, 18 -e causam meam egi. PAPIN. dig. 29, 5, 21, 2 non -e debitum officium impleverant. VLP. dig. 38, 17, 2, 32 -e petiit *tutorem.* COD. Iust. 5, 69, 1 (*a. 205*) si tres tutelas vel curas eodem tempore non -e susceptas administras. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 36 simulacrorum sigilla . . . arte non -e facta.

dēfūnctus, -ūs *m. a* defungi. *i. q. mors*: TERT. adv. Val. 26 quo congressui et contactui et -ui ingratis subiaceret.

dēfundo, -fūdī, -fūsum, -fundere *a* de *et* fundere. GLOSS. μετακενῶ. *legitur inde a* LVCIL. *et* VERG.

1 *proprie i. q. effundere, libare*: a *de rebus liquidis*: VAL. MAX. 2, 6, 8 -sis Mercurio delibamentis. CELS. 6, 6, 1 ovi et album et vitellus in vas -endum est. SEN. Thy. 1055 ex vulnere ipso sanguinem calidum in tua -ere ora debui (SIL. 5, 453 abundanter -so sanguine. VINDIC. gyn. p. 439[D]). COLVM. 9, 16, 1 cera per stramenta vel iuncos -sa colatur. 12, 26, 1 mustum in cortinam. 12, 49, 6 omne ius. LVCAN. 4, 82 *arcus caelestis* raptos ad nubila fluctus pertulit et caelo -sum (diffusum *codd. plurimi*) reddidit aequor. STAT. Theb. 1, 352 imbres. PRVD. perist. 11, 194 balsama. *de aquis*: CATO agr. 156 aquam (157 VITR. 8, 4, 1. COLVM. 12, 11, 1 aqua . . . in vas plumbeum -sa decoquatur. AMM. 24, 1, 11 cataractis ad -endas reprimendasque aquas structis). GERM. 387 dextra -it Aquarius undas (SEN. Phaedr. 513). HIL. Macc. 327 *deus* qui potis est virga hac amnem -ere saxo. *de vino*: LVCIL. 1155 -sum e pleno chrysizon vinum (HOR. sat. 2, 2, 58. PAVL. FEST. p. 15 amicinum utris pediculum, ex quo vinum -itur. PAVL. sent. 3, 6, 61 vasa in quibus vinum -itur. PORPH. Hor. carm. 3, 19, 9 in poculum. epod. 13, 6 praecipit vina proferri Mallio Torquato consule -sa. PALLAD. 1, 18. PS. RVFIN. in Am. 6, 3—6 usque ad temulentiam vina -itis). COPA 11 est et vappa cado nuper -sa picato. HOR. carm. 4, 5, 34 te prosequitur mero -so (diffuso *R F*) pateris. GRATT. 474 subsiduasque fraces -saque Massica prisco sparge cado. *de statuis, i. q. fundendo facere*: TERT. apol. 50 statuas -itis et imagines inscribitis. nat. 1, 12 omne simulacrum seu ligno . . . desculpitur seu aere -itur. *cf.* patient. 5 *Israhel* de Aaron deos sibi duces postulat, . . . in idolum auri sui collationes -it. scorp. 3 sapiens ignis effigiem vituli -it. *de vasibus sim., i. q. evacuare*: GERM. 562 urnam (MANIL. 1, 272). IVV. 1, 277 patulas -ere pelves. TERT. scorp. 5 sanguinis fluxus -sa insuper venula revocat. b *de rebus non liquidis*: VERG. georg. 4, 415 liquidum ambrosiae -it (diffundit *M*, perfundit *P*, depromit *R*) odorem. HOR. epist. 1, 12, 29 aurea fruges Italiae pleno -it Copia cornu. AETNA 335 *in Aetnae cacumine* obscura semper caligine nubes pigraque -so circumstupet humida vultu. TERT. adv. Val. 15 maestitia quoque eius (*dei*) tam necessarium instrumentum -⟨d⟩erit (defluxerit *G R*[3]) saeculo. APIC. 9, 442 ciminum, piper . . . unces tritas . . . salsario (salsare *cod.*) -es. NOVELL. Valent. 18, 2 ut promissa summa, quae ad arcam -enda est, impleatur (*i. q. deferre*). DRAC. laud. dei 3, 77 qui sibi, non aliis proprium -ere (defendere *B*, *fortasse* diffundere) curant (*i. q. luxuria perdere*). CORIPP. Iust. praef. 7 -sis crinibus.

2 *translate*: OV. epist. 8, 61 flendo -imus (diff- *vulgo*, dispargimus *G*[1]) iram. PETRON. 5, 22 flumine largo plenus Pierio -es (diffundes *vel* diffundens *cett.*) pectore verba. 121, 102 Fortuna levi -udit pectore voces. CARM. epigr. 271, 3 laeta serenifico -ere carmina caelo. TERT. patient. 5 *impatientia* si prima deliquit, consequens est, ut . . . sola sit matrix in omne delictum -ens de suo fronte varias criminum venas. VEN. FORT. vita Radeg. 6, 17 quis credat qualiter se orationi -ret *sancta Radegundis.*

deriv.: defusio.

✖**dēfungor,** -ctus sum, -ī *a* de *et* fungi. ISID. orig. 17, 10, 18 alii dicunt fungos vocatos quod sint ex eorum genere quidam interemptorii, unde et -cti. *de formis: infin. praes.* defungier: TER. Phorm. 1021. *part. fut.* defuncturus: LIV. 29, 21, 6. *forma generis activi* defungerem: CIC. Att. 8, 3, 4. *cf.* -ctus *passive*: TER. Ad. 508. *part. perf.* defuntus: CORP. VI 13457 INSCR. Notiz. degli scavi 1903 p. 121 (*Romae*) Nuovo bull. crist. 1905 p. 303 (*Romae*) CORP. XIV 1946 (*Ostiae, a. 408*). 2934 (*Praeneste, a. 385*). IX 6192 (*Canusii, a. 393*). XII 1416. 2736. VIII 2402 (*Thamugadi*). III 2137 (*Salonis*). 8934. XIII 714 (*Burdigalae, litteris bonis*). 783. 851. 1111 (*agro Santonum*). 8111 (*Bonnae*). VII 126 (*Iscae*). defuctus: CORP. II 4173 (*Tarraconе*). III 2100 (*Salonis*). 2360. 2698 (*Nedini*). XIII 625 (*Burdigalae*). 806. 816. 826 *p. 377, 5.* 855. 4166 (*Treveris*). 6162 (*Germania sup.*). XIII 761 defúc. (*dub. lect.*). defutus: CORP. III 9438 (*Sa-*

lonis). XIII 819 (*Burdigalae*). difunctus: INSCR. christ. Rossi I p. 147 (*inter a. 339 et 360*) ⟨Ar⟩cadius v. c. dif⟨unctus est⟩. *cf.* CORP. XIV 3416 (*Praeneste*) dif. difuctus: CORP. XIII 848 (*Burdigalae*).

notatur: def.: CORP. XII 1703. dif.: CORP. XIV 3416. df.: INSCR. christ. Rossi I p. 371. *cf.* CORP. XIII 826 dfucta. *cum apice*: CORP. V 1326 défúnctis. XIII 761 *p. 376, 84.* III 8786 defúnctae. *de notione*: ISID. diff. app. 124 fungi agere est, -i peragere est (*cf.* AGROEC. gramm. VII 118 GRAMM. VII 272, 21. 301, 26) unde et mortui -cti vocantur, eo quod peregerunt vitae istius cursum. CLAVD. DON. Aen. 9, 98 -ctum mortuum dicimus ... -i est enim complere (*cf.* ISID. orig. 9, 4, 20 -ctos dicimus mortuos, qui compleverunt vitae officia. 11, 2, 36). GLOSS. V 17, 11 -i enim finire significat, ut de morientibus dicimus. SERV. Aen. 6, 83 'defuncte' autem liberate ... et -ctos mortuos dicimus (*cf.* 9, 98 NON. p. 287 SCHOL. Ter. p. 95, 12. GLOSS. V 285, 8. 551, 23 deliberatus) NON. p. 287 -ctum dicimus consuetudine mortuum. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 36 qui decidit: qui -ctus est. IDIOM. cas. gramm. IV 572, 3 -or officium et officio λειτουργῶ τῇ τάξει. *cf.* GLOSS. ἀπολειτουργήσας. *legitur inde a* TER. *et* CIC.

1 ***sine obiecto***: a *solum ponitur*: *i. q. peragere, perficere, (perficiendo) liberari*: TER. Phorm. 1021 cupio misera in hac re iam -ier. Eun. 15 -ctus iam sum. VERG. Aen. 9, 97 ubi -ctae *carinae* finem portusque tenebunt. OV. am. 2, 9, 24 me ... qui totiens merui sub amore puellae, -ctum placide vivere tempus erat. LIV. 5, 11, 12 -ctos se esse satisque poenarum dedisse. 39, 46, 4. MIN. FEL. 25, 11 in ... lupanaribus flagrans cupido -itur. *i. q. desinere, deficere, perire*: CALP. ecl. 1, 87 nec prius ab meritis -ctos Roma penates censeat. TERT. apol. 48, 8 sidera -cta vivescunt. adv. Marc. 1, 29 p. 331, 28 conubii res non ut mala ... falcem admittit sanctitatis, sed ut matura -i. uxor. 1, 7 -cto viro etiam matrimonium -itur. HILARIAN. pasch. 5 glacialis hiemis torpore -cto. CLAVD. carm. min. 27, 41 conscius aevi -cti. PS. AVG. quaest. test. I 111 -cta ... hac vita ascendit in caelum. *i. q. mori* (GLOSS. τελευτῶ. -itur moritur. *cf. l. 8 sqq.; ante* ITALAM *perfectum tantum legitur*): CIC. Att. 13, 6, 4 hic Spurius qui nuper ⟨-ctus⟩ est. ELEG. in Maecen. 1, 39. PLIN. nat. 9, 170 e piscina ea -cto illo veniere pisces. 10, 18. 34, 37. 36, 107 omnium ita -ctorum corpora. QVINT. inst. 5, 3, 2 afuisse vel prius esse -ctus. decl. 332 p. 308, 14 FRONTIN. strat. 3, 18, 2. PS. FRONTIN. strat. 4, 3, 5 in maxima paupertate. IAVOL. dig. 36, 1, 48 (46) antequam impleret annos, -ctus est. TAC. hist. 5, 9 -ctis regibus aut ad modicum redactis. PLIN. epist. 3, 21, 6. 9, 1, 2. SVET. Aug. 99 cito ac nullo cruciatu -ctum. 100 quod hoc (*mense*) genitus Augustus, illo -ctus esset. ITALA deut. 33, 1 (Aug. quaest. hept. 5, 56) priusquam -retur (πρὸ τῆς τελευτῆς, VVLG. ante mortem). Ios. 1, 1 (Lugd.) postquam -ctus est Moyses (μετὰ τὴν τελευτήν, VVLG. post mortem). *cf.* 1, 2 iud. 1, 1 (Lugd.). TERT. anim. 31 ut senex -ctus infans revertatur. AVG. civ. 5, 18 in suo -ctus est consulatu. 6, 7. 22, 16. SIDON. epist. 6, 4, 2. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 311 (*in imagine*) iusta precor toto -ctus corde (*opp.* mens viva). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 136 contigit patrem ... cum aegrotasset ... -i. 1, 207. INSCR. christ. Leblant II 665 -i ... qui voluere prius. CORP. XI 307, 3 corpore -ctus tamen e⟨s⟩t tua fama superstes. *passim in titulis sepulcralibus, ex. gr.*: CORP. II 379, 5 -cto et sepulto. VIII 22899, 5 -ctus in pugna. XII 1413 C. Iucundio Severo -cto annor(um) XXVIII. XIII 3448 Vrsicina ... -cta annorum XXV in pace dormiam (*sic saepissime*). *accedit dativus*: CASSIAN. coul. 24, 9, 3 ignoras ... hic ... huic mundo esse -ctum (inst. 4, 34 noveris ... te huic mundo et actibus ac desideriis eius esse -ctum. PALLAD. hist. mon. II 20, 7). inst. 4, 35 se, cum adhuc spiret in corpore, cunctis elementis credit esse -ctum. PETR. CHRYS. serm. 36 p. 303[C] ut sicut sibi et legi, ut Christo viveret, -cta est synagoga: ita et nos peccatis moriamur et carni. 113 p. 511[B] etsi peccatum ipsum actu operis sanctis et fidelibus est -ctum, vivit tamen. b *cum ablativo instrumenti*: LIV. 3, 5, 13 ceteram multitudinem ... nequaquam pari -ctam esse caede (*i. confectam*). 5, 5, 7 perseverare -ique cura. 8, 19, 17 humilium poena -i velle Fundanum populum (*cf.* 29, 21, 6 non levi -urum poena qui non restituisset. SEN. contr. 1, 3, 12 una ... poena. 9, 4, 2). 10, 29, 3 vicisse Romanos, -ctos consulis fato (*i. evadere*). 45, 41, 9 -ctam esse fortunam publicam mea ... calamitate spero. SEN. contr. 2, 6, 11 iuvenali lege -or. 9, 4, 12 nec taxatione -i damnatum aut iniuriarum poena. CVRT. 6, 2, 3 parco ... victu ad implenda desideria -i. 8, 1, 18 prospero eventu -ctus erat (*i. evasit*). SEN. Phoen. 328 scelere -i haut levi, haut usitato. dial. 4, 14, 3 qui primis -i malis potuimus, in maiora devolvimur. nat. 6, 1, 2 Campaniam ... totiens -ctam metu ... vastavit. PLIN. nat. 25, 9 nudis plerumque hominibus -cti (*i. contenti*). PLIN. paneg. 93 nec -ctos (deiunctos *Dübner*) nos et quasi dimissos consulatu, sed quasi astrictos et devinctos. IAVOL. dig. 9, 2, 37, 1 noxae potius deditione (*cf.* INST. Iust. 4, 8, 21) -i quam litis aestimatione. VLP. dig. 18, 1, 11, 12 emptorem noxali iudicio condemnatum ex empto actione id tantum consequi, quanti minimo -i potuit. 47, 6, 1, 1 nec una aestimatione ... -i poterit. IVST. 9, 2, 8 turpius putare parvo -i quam totum abnuere. *accedit* pro: CIC. Verr. 4, 42 maximo se affectum beneficio putavit, cum tribus decumis pro una -retur. PLANC. Cic. epist. 10, 24, 1 pro maximis tuis beneficiis tam vili munere -or orationis. adversus: SEN. benef. 4, 16, 1 adversus illos mercede -or.

2 ***cum obiecto***: a *ablat.*: CIC. Verr. 6, 175 honoribus (*cf.* Planc. 52 VAL. MAX. 3, 2, 7. 4, 5, 1. 5, 9, 1). Sest. 74 ut omni populari concitatione -rer. PS. CIC. exil. 14 iis hominibus consuluistis quorum animus religione (-i *codd.*) pietatis (religionis pietate *Kayser*) -ctus ⟨est⟩. LIV. 1, 4, 5 imperio. 2, 35, 3 unius poena -endum esset patribus. 3, 8, 2 -cta morbis corpora (*cf.* 4, 52, 4 -cta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus). VAL. MAX. 7, 1, 1 Metellum ultimae senectutis spatio -ctum. CVRT. 4, 4, 21 *Tyrus* multis ... casibus -cta. 8, 4, 16 omni discrimine iam -ctos se esse crediderant. SEN. Phaedr. 128 nulla Minois levi -cta amore est. dial. 11, 16, 5 necessario maerore cito -ctam iubebunt exsurgere. QVINT. decl. 372 p. 410, 9 parricidio (-cidam *codd.*) -i. SVET. Nero 40 -ctum se fatalibus malis existimabat. TERT. orat. 22 mulieres ... nuptas iam et virginitate[m] -ctas. VLP. dig. 50, 14, 3 operula ista -cti sunt. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 6 munere accusandi. IVST. 1, 5, 5 somnio. OPTAT. 5, 11 p. 141, 14 sorte sua -cti sunt. PS. RVFIN. in Am. 9, 2—4 putentque se ita ferenda captivitate -i, ut. AVG. civ. 5, 25 grandaevus aegritudine et senectute -ctus est. periculis: CIC. S. Rosc. 21 cum ... iam cunctis esse periculis arbitraretur. CAEL. Cic. epist. 8, 1, 4. VERG. Aen. 6, 83 magnis pelagi -cte periclis (CARM. epigr. 675, 2). SEN. contr. 7, 3 (18), 1 CVRT. 4, 6, 16. laboribus: HOR. carm. 3, 24, 15 -ctumque laboribus ... recreat ... vicarius. ELEG. in Maecen. 1, 69 multo -cte labore. OV. fast. 6, 541. bello *sim.*: HOR. carm. 3, 26, 3 arma -ctumque bello barbiton hic paries habebit (LIV. 25, 35, 5. 32, 21, 18). LIV. 1, 25, 9 proelio (22, 47, 9). 10, 13, 4 pari -endum esse certamine (33, 6, 3). vita, aetate: VAL. MAX. 2, 1, 10 -cta (-ctura *Gertz*) viri (vitae *Vahlen*) cursu aetas. CVRT. 5, 5, 13 olim vita -cti. SEN. dial. 6, 22, 3 brevi aetate (brevitate *A*) -ctos. epist. 120, 14. SPART. Sept. Sev. 15, 7 brevi vita -ctus est. *i. q. mori*: VERG. georg. 4, 475 -cta corpora vita magnanimum heroum (*cf.* Aen. 6, 306. OV. epist. 14, 125). SEN. epist. 99, 10 qui ⟨cito⟩ vita -itur. GELL. 13, 5, 12 Aristotele vita -cto. PAVL. dig. 24, 3, 45. ARNOB. nat. 3, 39 sunt vitae mortalitate -cti. VVLG. II Macc. 14, 46. AVG. c. Faust. 14, 1 quotquot similis passionis exitu -cti sunt vita. MARCELL. chron. II p. 83, 449, 3 Ariobinda et Taurus patricii communi vita -cti sunt. p. 90, 472, 2. p. 99, 516, 3. tempore: HOR. epist. 2, 1, 23 nisi quae ... suis temporibus -cta videt, fastidit et odit. LYGD. 3, 9 permenso -ctus tempore lucis. morte: LIV. perioch. 133 Cleopatra voluntaria morte -cta. CVRT. 3, 11, 9 egregia morte. 5, 8, 11 honesta morte. 8, 7, 5 simplici. SVET. Iul. 88 sua morte. PS. QVINT. decl. 12, 1 damnatus quoque vel morte -retur. SCHOL. Cic. Bob. p. 47 repentina morte. AVG. civ. 15, 24 tali morte. CORP. XIII 2027 (Lugduni) acerbissima morte.

paraphrases vocis quae est mori: OV. met. 9, 254 -ctum terra caelestibus oris accipiam. SEN. dial. 12, 11, 4 sorte -ctos inexorabili. COD. Iust. 6, 15, 2 (*a. 290*) rebus humanis ... -ctum. COMM. instr. 1, 20, 4 adoratis ... malo leto -ctos. VRAN. epist. 2 glorioso fine -ctus atque sepultus est. CARM. epigr. 400, 3 morte gravi raptus taetra -eris ⟨h⟩ora. b *accusativus* (*cf. l. 13. p. 377, 17*): TER. Ad. 508 utinam hic sit modo -ctum. CIC. Att. 8, 3, 4 non quo munus illud -rem. AVIEN. Arat. 763 illa (*Argo*) marinas iam -cta vias. VEREC. in cant. 4, 16 popularem turbam infidelitatem (-tate *coni. Pitra*) -ctam.

oppos.: gigni (SVET. Aug. 100 CORP. XIII 2027), vivere (PETR. CHRYS. serm. 113 p. 311[B]).

deriv.: defunctio, defunctorius, defunctus.

part. perf. pro adi. ✖**dēfūnctus**, -a, -um. *de formis v. p. 376, 76.* *i. q. mortuus* (GLOSS. mortuus. ἀποβιώσας. τελευτήσας. -ο ἀποθανόντος): a *substantive*: OV. am. 1, 8, 108 rogabis, ut mea -ae molliter ossa cubent. HYG. Gell. 10, 16, 9 animae -orum (TERT. orat. 29). PAVL. FEST. p. 79 iusta facere -o. CVRT. 3, 12, 15 -orum corporibus (TERT. anim. 8). SCRIB. LARG. 16 de calvaria -i. SEN. dial. 6, 6, 2 nullis planctibus -a revocantur (*cf.* PLIN. nat. 2, 27 ARNOB. nat. 2, 11). 6, 13, 2. 12, 5, 2 si quis -is sensus est. epist. 58, 31. 122, 10 isti ... mihi -orum loco sunt. rem. fort. 5, 3 non -orum causa sed vivorum inventa est sepultura. LVCAN. 6, 825. PETRON. 111 prosecuta est -um (QVINT. inst. 5, 11, 38 TAC. ann. 2, 71). 141. PLIN. nat. 8, 154 -o ei duxit exequias. 9, 33. 20, 113 id -orum epulis feralibus dicatum esse. 35, 6 MART. 4, 73, 5. 8, 57, 5. SIL. 13, 714 tibi -o tumulum ... constituit. QVINT. inst. 4, 1, 28 -os excitare (12, 10, 61. *cf.* VVLG. II Macc. 7, 9 rex mundi -os ... suscitabit). decl. 261 p. 70, 22 honorem supremis -i tabulis habuerunt. 299 p. 181, 11 morienti terram, -o sepulcrum negat. 308 p. 210, 2 -orum testamento (IAVOL. dig. 28, 5, 66 (65) FRONTO p. 16 N.). p. 210, 12 bona. p. 212, 18 voluntas -i (PLIN. epist. 2, 16, 2 *et saepius, praesertim apud* ICTOS). FRONTIN. strat. 2, 5, 12 cum ... in modum -orum strati iacerent. TAC. Germ. 27 monumentorum ... honorem ut gravem -is aspernantur. ann. 4, 8 -o nondum sepulto. 6, 24. PLIN. epist. 2, 4, 2. 3, 9, 5. 6, 16, 20 habitus corporis quiescenti quam -o similior. SVET. Aug. 61 -ae honores maximos tribuit. Dom. 12 audisse se ex -o, cum viveret. Tit. 4 in -ae locum (*cf.* Vesp. 21 GAIVS inst. 4, 34) Marciam *uxorem duxit.* 8 vetuit ... quaeri de cuiusquam -orum statu. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 16 ut ⟨e⟩xitus -orum honeste prosequamur. GAIVS dig. 31, 55, 1 videndum est utrum heredis an -i persona ... spectari debeat. 42, 5, 7. ITALA deut. 25, 6 (Lugd.) ex nomine -i (τοῦ τετελευτηκότος, VVLG. *aliter*). TERT. anim. 28 quae de posteris -is ... esset relaturus. 57 hanc fallaciam spiritus nequam

sub personis -orum deliteseentis . . . probamus. adv. Marc. 5, 9 vulgus . . . -os eolit. VLP. dig. 49, 14, 29, 2 qui -i mortem non defendit. *al.* VVLG. II Maec. 12, 46 pro -is exorare. b *adiect.*: CVRT. 4, 10, 20 -o assidens corpori (PLIN. nat. 7, 77. 11, 231 SIL. 9, 259 SOL. 1, 95 *al.*). SEN. Oed. 789 genitor sine ulla caede -us iaeet. epist. 63, 5 amicorum -orum memoria (APVL. met. 4, 22 LACT. inst. 1, 15, 4. 4, 28, 13). LVCAN. 3, 720 hoc habet ex magna -um parte cadaver (6, 621. 631). 8, 481. PLIN. nat. 11, 63 *apes* -as progerunt. 16, 52 corpora hominum -orum (TAC. Agr. 1. TERT. spect. 21 cadaver hominis communi lege -i). 20, 154 *puleium* -os partus eicit. MART. 9, 73, 3 patroni. STAT. silv. 1 praef. testis. 5 praef. SIL. 6, 670. SVET. Aug. 8 Iuliam -am pro contione laudavit (Cal. 10 Claud. 1 *saepius*). Nero 32 e libertorum -orum bonis (GAIVS inst. 2, 167). GAIVS inst. 2, 147 -us testator. ITALA lev. 21, 11 (Tert. adv. Marc. 4, 23) super omnem animam -am (τετελευτηκυία, VVLG. ad omnem mortuum) sacerdos non introibit (*cf.* AVG. civ. 7, 33). TERT. resurr. 55 Moyses et Helias, alter in imagine carnis nondum receptae alter in veritate nondum -ae, . . . docuerunt. VVLG. Luc. 7, 12 (τεθνηκώς). CLAVD. 3, 128 -as vident migrare eatervas. COMM. instr. 1, 26, 27 cum semel exisset, animum perisse -um. *Jachmann.*

dēfūntus *v. p. 376, 76.*

dēfuro, -ere *a* de *et* furere. *i. q. furorem remittere*: HEGES. 4, 9, 5 ubi -ere visi. *i. q. furere*: HIER. in Gal. 5, 17 p. 502 contra se invicem -entes seque mordentes.

dēfūsio, -ōnis *f. a* defundere. *i. q. effusio*: PASS. Montan. 13 sanguinis (DAMIG. lapid. 32). *cf.* diffusio.

dēfusto, -āre *a* de *et* fustis. *i. q. verberare*: GLOSS. ξυλοκοπῶ, ὅ ἐστι τύπτω ξύλῳ.

dēfutūtus, -a, -um [*a* de *et* futuere. *Th.*]. *i. fututione lassus*: CATVLL. 41, 1 puella -a.

dēgelo, -āvī, -āre *a* de *et* gelare. *i. q. algere*: ORIBAS. syn. 6, 42 aliqui . . . cum -verint, singultiunt. *L.*

✱**dēgener,** -is *adi.* [*a* degenerare *derivatum esse videtur. Th.*]. PRISC. gramm. III 478, 6 *tribuit derivatis voeis quae est* gens. *de forma, declinatione, genere*: PROB. cath. gramm. IV 15, 36 unum reperi ner correpta terminatum declinationis tertiae, ris faciens genetivo (PRISC. gramm. II 230, 14), hie et haec et hoc -er, huius -eris. PRISC. gramm. II 152, 13 *inter adiectiva communia.* 343, 25 in er communia, quae non exeunt in is, per e solam invenio proferentia ablativum: hie et haec et hoc -er, a -ere (*hoc contra usum v. infra l. 44*). *in libris commune est, pro fem. inde a* SEN. Ag. 406 clem. 1, 16, 5 *haud raro ponitur, pro neutro*: STAT. silv. 3, 2, 41 GELL. 12, 1, 17 APVL. met. 7, 16 SALV. gub. 4, 26 ENNOD. epist. 7, 31, 1. *nota*: BACHIAR. fid. 8 p. 1036 sonum -e (*v. p. 381, 8*). *abl. omnium generum in libris in* -i *exit,* -e: SVLP. SEV. Mart. 20, 1 *V*, -i *al.* (*contra* PRISC. *supra l. 40*). *gen. plur. et n. plur. non leguntur. versus heroici occupat saepissime pedem primum, deinceps quintum; bis in anapaestico versu usurpat* SEN. Thy. 931 Ag. 406, *5ies in iambico senario* SEN. Phaedr. 493. 908 Herc. O. 1387. 1836 PRVD. cath. 7, 12, *semel in iambico dimetro* PRVD. cath. 12, 199, *semel in pentam.* PAVL. NOL. carm. 31, 52. *augetur addito* longe: AVG. civ. 2, 2. tam: PS. PROSP. vocat. gent. 1, 20 COD. Iust. 5, 27, 12, 5. ita: COD. Iust. 7, 6, 1, 4. valde: GREG. M. in I reg. 4, 4, 25. *nota additum*: iam: LIV. 38, 17, 9 CVRT. 4, 12, 11. paulatim: CVRT. 7, 5, 29. *erebra est litotes velut*: OV. met. 11, 315 non -r (Pont. 3, 5, 7 SEN. Ag. 406 VAL. FL. 1, 164 SIL. 12, 287 TAC. hist. 3, 85 AVSON. Mos. 355 PAVL. NOL. carm. 26, 284 epist. 44, 5 CYPR. GALL. Ios. 437). SEN. Thy. 931 nec -em victumque (SIL. 7, 291 STAT. Theb. 6, 337. 9, 619 silv. 3, 2, 41 TAC. ann. 1, 40). SIL. 4, 515 -r haud (TAC. ann. 12, 19. 51). GLOSS. ἀγενής (*cf. p. 380, 51 et 381, 28*). δυσγενής. ignobilis (-es ignobiles. IV 437, 30 *cf. p. 380, 70*) indignus genere. IV 437, 29 -e⟨m⟩ genere suo dissimile⟨m⟩ (*cf. infra l. 70*). *adde p. 380, 72.* ISID. orig. 10, 73 aut ignobilis aut quod sit impari genere aut si, dum sit optimo genere natus, inhoneste tamen vivit (*cf.* GLOSS. IV 49, 23. 502, 42). *legitur inde a* VERG. OV. LIV., *prae reliquorum usu usurpant crebro* LVCAN. (*13ies*) PLIN. nat. (*11 vel 12ies*) TAC. (*13ies*).
[*dub.*: MAXIMIN. c. Ambr. 18 degenere. *cf. p. 383, 43 et 382, 82.*]

I ***recedens a genere,*** *sive natura sive moribus, vel aliud genus recipiens*: A *strictiore sensu*: 1 *de hominibus*: VERG. Aen. 2, 549 -emque Neoptolemum (*per ironiam. cf.* 2, 540. SERV. *ad l.* non respondentem moribus patris). LVCAN. 8, 693 ultime Lageae stirpis perituraque proles, -r (*vocat.*). SIL. 5, 598 STAT. Theb. 8, 602 (*cf.* 8, 601 iuventus terrigenas mentita patres *et* SCHOL. *ad l.*). APVL. apol. 24 *patris* locum . . . nequaquam -r pari spero honore et existimatione tueor. CYPR. epist. 39, 3 nec -r . . . esse nec minor poterat (*ibid.* familiae . . . generosa nobilitas). CLAVD. 20, 203 totum qui -r exuit Histrum, qui refugit patriae ritus. SIDON. epist. 1, 7, 7 abite -es . . . et praefectoriis patribus indigni. OP. imperf. in Matth. 14 p. 711 -r filius ad opprobrium pertinet generosi patris (*cf. p. 380, 2*). LIV. 38, 17, 9 cum haud dubiis Gallis in sua terra genitis . . . ; hi iam -es sunt, mixti et Gallograeci vere, quod appellantur (CVRT. 4, 12, 11 iam -es et patrii moris ignari). GERM. 127 patrum soboles oblita priorum -es semper semperque habitura minores *natu* (SEN. Ag. 406 tuam non -em . . . prolem. IVVENC. 1, 333. PAVL. NOL. epist. 44, 5 non -es sanctitatis heredes. carm. 26, 284. PRVD. cath. 12, 193 propago). *per imaginem de hominibus dei filiis*: CYPR. patient. 3 filios non decet esse -es. VITA Cypr. 9 PELAG. in Phil. 2 p. 846c. *de Christo dei filio*: HIL. trin. 3, 22 quia verus unus est filius *Christus*, non fiat -r, ut natus ex nihilo sit. 5, 39 -em et nobilem. AMBR. hex. 2, 5, 18 inaequalem et -em. fid. 1, 6, 43 *syn.* dissimilis, discretus. NICET. p. 14, 7 *al.* *de ratione inter discipulum et praeceptorem intercedente*: ENNOD. epist. 5, 14, 2 ne -i te credas ecclesiasticum germen filio commisisse. 2 *de bestiis*: PLIN. nat. 10, 10 velut adulterinum atque -em (TERT. anim. 8 *opp.* generositatem). 3 *de herbis*: COLVM. 4, 22, 7 -es . . . renovatae *vites* (degeneri sit viam *SA*) pristinum servabunt ingenium. 4 *de rebus*: SEN. Phaedr. 908 redit ad auctores genus stirpemque primam -r sanguis refert (*cf.* 905 unde ista venit generis infandi lues). SOL. 1, 87 corruptam -i successione subolem. HIL. syn. 51 naturam (*de Christo.* AMBR. hex. 2, 5, 18). CLAVD. 6, 9 visum, *i. oculum* (*de aquila ut supra l. 9 sqq.*).

B *latiore sensu, i. q. diversus, alienus, expers*: 1 *eum casibus: genet.*: OV. met. 11, 315 patriae non -r artis (Pont. 3, 5, 7 patrii non -r oris [*i. eloquentiae*]. SIL. 7, 291 altae virtutis patrum. STAT. Theb. 9, 619 sanguinis. AMBR. Noe 30, 114 naturae et eruditionis -r. PAVL. NOL. epist. 27, 116 generis . . . mei. PS. AVG. serm. 70, 2 non decolorem non -em patris *filius Christus.* SVLP. SEV. chron. 1, 2, 7 naturae suae originisque -es *angeli*). PLIN. nat. 5, 44 Atlantes -es sunt humani ritus. SIL. 7, 291 belligeri ritus. 12, 287 gestorum *meorum.* TERT. adv. Val. 30 p. 206, 14 -em nec legitimum veritatis, qui. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 2 quarum laudum et gloriae. AMBR. lac. 2, 11, 47 fratris. PAVL. NOL. carm. 31, 52 nostrae -es animae *nos* (*syn.* immemores). *dat.*: SIL. 4, 515 -r haud Gracchis consul (*cf.* 5, 598 dissimilem . . . avis). BOETH. cons. 2, 4, 42 est pudori -r sanguis. 2 *e. praep.*: ab: CVRT. 7, 5, 29 paulatim a domestico sermone -es (PAVL. NOL. epist. 20, 5 nos ab originis primae generosa institutione -es. 23, 40 a quo *patre* . . . -em [PS. PROSP. vocat. gent. 1, 20 *syn.* alienus]. COMMENT. Lucan. 1, 365 a maioribus. AVG. civ. 2, 2 ab eis ipsis Romanis). CYPR. domin. orat. 11 nec sit -r actus noster ab spiritu (PAVL. NOL. epist. 10, 2 sensum a corde tuo -em. 23, 11 ab illo magistro [*syn.* mollis]). de: STAT. Theb. 6, 337 nec -r (*color*) illo de grege. ex: HIL. trin. 7, 14 -em ex deo . . . naturam.

II *i. q.* ***non generosus***: A *proprie de genere, i. q. loco non eodem, ignobili, obscuro natus*: 1 *de hominibus singulis*: OV. epist. 15, 171 non ego coniugium generosae -r opto (*cf.* 173 in gente nostra). TAC. ann. 6, 42 materna origine Arsaciden, cetera -em (*se. origine, potest etiam n. pl. esse*). 12, 51 dignitate formae haud -em reputantes *Zenobiam* (15, 59 -em et sola corporis forma commendatam *uxorem*). 12, 62 cui ut -i Pseudophilippi vocabulum impositum (*cf.* AMPEL. 16, 5 Pseudophilippus, vir plebeius et -r). CYPR. GALL. gen. 508 -r heres . . . , quem serva creavit (*opp.* nobilibus thalamis). NOVELL. Theod. 2, 22, 1, 3 naturali ac -i soboli (*opp.* legitimae proli) (COD. Iust. 5, 27, 12, 5 si quid saltem huiusmodi vocabuli (*velut* 'avi') in tam -es homines extendere maluerint). ORIG. in Matth. 13, 16 similes se praebent pueris -bus (ἀγενέσι) *pueri generosi.* GREG. M. in I reg. 4, 4, 25 et velut valde -es urbanae consuetudinis gestum nesciunt *homines saeculares. in imagine de fluvio quasi homine*: AVSON. Mos. 355 Sura tuas properat non -r ire sub undas (*cf.* 357 nobilius permixta tuo sub nomine). 2 *de populis*: LIV. 25, 40, 12 -em Afrum imperatori Carthaginiensi *imperare.* PLIN. nat. 4, 80 Scythae -es et a servis orti (VAL. FL. 6, 85 -es . . . Sindi . . . paterno crimine . . . metuentes verbera. *cf.* CLAVD. 18, 1, 509 servilis . . . pubes). STAT. Ach. 1, 901 an gens humilis -esque videmur? SOL. 30, 3. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 102A iste alienigenae et obscurae gentis homo et -is, id est populus gentium. 3 *de herbis*: COLVM. 7, 9, 7 -is harundinis, quam vulgus cannam vocat. PALLAD. 1, 7, 1 -es surculos (*opp.* meliores). 4 *de bestiis*: COLVM. 9, 8, 5 non sunt -es intermiscendae, quae infament generosas *apes.* 5 *de rebus*: GELL. 12, 1, 17 hominis corpus . . . et animum bene ingeniatis primordiis incohatum insitivo -ique alimento lactis alieni corrumpere. APVL. met. 7, 16 adulterio -i (*de asino et equa*). SALV. gub. 4, 26 per -is contubernii vilitatem. ENNOD. carm. 2, 148, 4 -i . . . nobilitate.

B *latiore sensu, i. q. vilis, humilis*: 1 *de rebus*: VERG. Aen. 4, 13 -es animos timor arguit (MART. CAP. 5, 494 *ad l.* timor est causa, ut -r sit animus, quod timoris effectum est). LVCAN. 6, 417 -es trepidant animi (GLOSS. V 88, 29 *ad l.* -es timidi). *cf.* TAC. hist. 3, 85 una vox non -is animi. ann. 4, 38 APVL. Plat. 2, 14. CAPITOL. Maximin. 8, 11 conscientia -is animi. AVIEN. Arat. 329 -r in vobis animus. HEGES. 1, 31, 3 -is animi virum (*cf.* Ios. bell. Iud. 1, 18, 3 ἄξιος τῆς ἀγεννείας πέλεκυς). PAVL. NOL. carm. 29, 195 animos. *cf.* PRVD. psych. 248 num humilis quem -em trepidatio prodit. anima *p. 381, 34.* SEN. clem. 1, 16, 5 trepidatione -i (LVCAN. 3, 149 metus. PS. PROSP. carm. de prov. 204. AVIEN. Arat. 343 terror. CASSIOD. in psalm. 146, 11 timore. *cf.* SVLP. SEV. Mart. 20, 1 -e inconstantiā). PRVD. cath. 7, 12 socordia. SEN. Herc. O. 137 clamor. VAL. FL. 1, 164 questus. TAC. hist. 3, 65 Vitellii proiectus et -r *vultus.* ann. 12, 19 prece haud -i (12, 36). ENNOD. epist. 7, 31, 1 silentio -i (*i. indecoro*). LVCAN. 9, 4 rogum (COMMENT. *ad l.* pro indigno

meritis suis. *cf.* ADNOT.). 10, 441 latebras (COD. Theod. 7, 18, 4, 2 *a. 380* = COD. Iust. 12, 45, 1). STAT. silv. 3, 2, 41 nec cano -i Phoebeum Amphiona plectro. TAC. ann. 11, 19 nec irritae aut -es insidiae fuere. PANEG. 9, 13 foeda et -r talis conversio. SYMM. rel. 4, 2 -em praefecturam. HEGES. 5, 16, 98 consortium -is societatis. RVFIN. Orig. in Ios. 21, 1 ignobilem et -em vitam (in gen. 16, 1 PRVD. apoth. 159). ENNOD. dict. 13, 1 paupertate. COD. Iust. 7, 18, 14, 3 -i morte (12, 45, 3). *adde*: BACHIAR. fid. 8 p. 1036[A] solum (*errore pro* sonum *positum esse videtur*) -e (*sc. aereum pro aureo*) reddit et confessione tinnitum. **2** *de hominibus, imprimis imbellibus*: LIV. 38, 49, 4 -em et emollitum amoenitate Asiae *hostem* (LVCAN. 4, 344). LVCAN. 1, 365 -em potiere togam (COMMENT. *ad l.* pro imbello. togam . . . hoc est senatum -em a maioribus suis). 2, 523 Romamne petes pacisque recessus -r? 3, 367 si solus eam dimissis -r armis (*cf.* 9, 268 SIL. 11, 524 STAT. Theb. 1, 639). 8, 676 -r atque operae miles Romane secundae. SIL. 10, 422 mala bello pectora -emque manum. STAT. Theb. 10, 209 -r aut . . . trepidus. 10, 333. AMM. 23, 6, 44 -es et ignavos (31, 2, 22). 26, 7, 16 HEGES. 3, 16, 22. *de fractis aut humilibus*: SEN. Thy. 931 non inflexa cervice nec -em victumque malis rectum . . . ferre ruinas [Herc. O. 1836 fortes vetant maerere, -es iubent *del. Leo*]. dial. 6, 12, 4 -em aliquem et numerum tantum nomenque filii expleturum. epist. 92, 26 -es et humillimae mentis *philosophi*. 107, 11 ille pusillus et -r. LVCAN. 2, 116 populus (COMMENT. *ad l.* oblitus dignitatis suae). VAL. FL. 7, 430. AVSON. 257, 8 mollis Otho infami per luxum -r aevo. SYMM. rel. 3, 15 -es trapezitas. SCHOL. Verg. Veron. ecl. 8, 32 digno coniuncta viro: -is viri carpit societatem. AMBR. *v. infra l. 43.* RVFIN. hist. 5, 1, 35 in multo opprobrio expositi erant tamquam -es (ἀγεννεῖς) et ignavi. SVLP. SEV. dial. 1, 26, 6 infelices, -es, somnulenti. COD. Theod. 11, 1, 18 (*a. 381*) ingratus et -r civis (COD. Iust. 2, 6, 6, 5 velut abiecti atque -es inter vilissimos numerabuntur. 7, 6, 1, 4 -r et impius). PETR. CHRYS. serm. 132 p. 562[A] -r petitor (*i. qui* 'vilia et indigna precatur'). ENNOD. carm. 1, 8, 11 -em . . . rectorem *i. Phaethontem.* *nota*: SIL. 15, 76 animas (ARNOB. nat. 2, 44 -es futuras locorum immutationibus). *de partibus corporis*: CYPR. GALL. iud. 167 -e⟨m⟩ multo sensit sub pondere laevam. **3** *de bestiis*: SEN. epist. 90, 4 -r taurus, sed qui magnitudine actoris ceteros mares vicit (*opp.* maximus, vehementissimus). COLVM. 6, 37, 9 -r ac vulgaris asellus (*opp.* pretiosus, *syn.* vilis). PLIN. nat. 8, 179 *boves.* 10, 8 imbellis et -r *oripelargus.* 11, 265 *canes.* STAT. Theb. 11, 31 *lupi* (12, 740. SCHOL. *ad l.* timidos). SOL. 15, 7 offensus -i praeda (*canis fortiores expectans feras*). **4** *de herbis*: PLIN. nat. 17, 33 atrae -esque herbae *vitis* (*in imagine de homine*). AMBR. hex. 2, 5, 21 radicis -is fructus deterior. THEOD. PRISC. eup. faen. 16 fruges -es alit (*humor terrae, variant codd.,* degenerant *B, antea ibid.* fructus cum raritate progenerat). *de lapidibus*: PLIN. nat. 37, 58 ut -es nominis (*adamantis*) tantum auctoritatem habent.

notabilia de structura: indicatur qua re aliquis -r factus sit.: c. abl. instr.: LIV. 38, 49, 4 *v. supra l. 11.* SEN. Thy. 931 *v. supra l. 19.* CYPR. GALL. Ios. 437 non -r aevo (VVLG. Ios. 14, 11 valens). *indicatur ad quam rem pertineat -is vitium: c. abl. lim.*: PLIN. nat. 14, 41 -r vino *vitis.* TAC. ann. 4, 61 claris maioribus quam vetustis vitaque non -r. ad: TAC. ann. 1, 40 se divo Augusto ortam neque -em ad pericula. circa: EVGIPP. Sev. 43, 5 circa observantiam mandatorum -es inveniamur et reprobi. *adv.*: TAC. ann. 11, 17 privatim -es (*cf. l. 52*), in publicum vitiosi.

III *sine sensu vituperationis i. q.* **ortus** *ex: c. gen. subi.*: PLIN. nat. 11, 61 naturae eiusdem -es vespae atque crabrones. 18, 93 traduntque eam ⟨ac⟩ tiphen, cum sint -es redire ad frumentum. *inde pro subst.*: AVG. civ. 2, 29 -es tuos *i. posteros.*

syn.: abiectus, adulterinus, alienus, decolor, discretus, dissimilis, diversus, emollitus, foedus, humilis, ignavus, ignobilis, imbellus, immemor, impius, inaequalis, indignus, ingratus, insitivus, mixtus, mollis, naturalis, pusillus, remissus, reprobus, timidus, trepidus, victus, vilis. *oppos.*: dignus, fortis, generosus, ingeniosus, intrepidus, legitimus, magnus, melior, praestans, pretiosus, rectus, sanctus, timendus, vehemens.

dēgenerāscere degenerare GLOSS. V 188, 28.

dēgenerātio, -ōnis *f. a* degenerare (*cf. p. 383, 5*). AVG. beat. vit. 35 nulla -e impediente perfectum *deum.* ord. 2, 5, 16 quidve inde (*ex principio*) in nostram salutem sine ulla -e manaverit.

✖**dēgenero,** -āvī, -ātum, -āre [*a* de *et* genus, *cf.* degener. *Th.*]. *passive* (*praeter usum transitivum*): VAL. MAX. 2, 7, 7 -atum erat. SERV. Verg. georg. 2, 59 modo -ant vertuntur in peius (*sic plerumque*), alias in melius (*v. p. 382, 6*). AMBROSIAST. in Ephes. 2, 3 -are . . . est ab auctore recedere. GLOSS. -at a genere suo dissimilat. -et desimulet. parentes -are ἐξευγενίσαι ἀποκάμψαι. -bo ἐλαττοῦμαι. -verat misthâh (*anglosax.*). *legitur inde a* CIC., *apud poetas (dactylicos) inde a* VERG., *nota*: PLIN. nat. *20ies* TAC. *10ies. utuntur scriptores praesente, ubi expectamus perfectum* (*Madvig. ad* CIC. fin. 5, 13), *quasi* degenerem esse *significet, velut*: CIC. Tusc. 2, 60 Phil. 13, 30 LIV. 22, 14, 6 SIL. 15, 745 TAC. Germ. 42. *nota crebram negationem.* [*corrupte*: SEN. dial. 7, 13, 4 qui voluptatem sequitur, videtur enervis fractus, -ans viro. *ex coniectura legitur* LAMPR. Alex. 8, 5.]

I *intransitive*: **A** *recedere a genere suo ad aliud: accedit abl. instr.,* in *c. abl.*: **1** *sensu strictiore: de prole sim.*: **a** *de hominibus a sua vel paterna indole recedentibus*: CIC. Verr. 4, 159 ut etiam si natura puerum a paternis vitiis atque a generis similitudine abduceret, consuetudo tamen eum et disciplina -are non sineret (*sc. ad melius. cf.* ENNOD. opusc. 1, 17 p. 266, 8 -are nobiliter. 10, 5 p. 420, 20 feliciter. dict. 9, 20 p. 455, 17 sublimiter. *cf.* opusc. 2, 138 p. 329, 21 quos -asse claritas fuerat). SEN. contr. 9, 4, 22 Murredius non -vit (*a se*) in hac controversia; nam colorem stultissimum induxit. FRONTO p. 218, 5 N. si Marso quis patre natus viperas . . . timeret, nonne -are videretur? AVSON. 111, 2. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 4, 179 -ar⟨e solere ulti⟩mos partus. AVG. in psalm. 84, 4 si filii promissionis in semen deputantur, offendendo deum Iudaei -erunt (*opp.* de genere Abrahae facti sumus). PS. PHOEBAD. fid. 7 p. 44[C] ut deus . . . -aret in filio, non modo potestate, sed condicione mutata (NICET. p. 14, 6). ENNOD. dict. 12, 7 p. 463, 5 ne optimi -ent et ut mali -ent. *de discipulis*: CIC. fin. 5, 13 horum posteri . . . ita -ant, ut ipsi ex se nati esse videantur. **b** *de herbis*: LIV. 38, 17, 13 generosius in sua quidque sede gignitur: insitum alienae terrae in id, quo alitur, natura se vertente, -at (*cf.* QVINT. inst. 12, 10, 19 velut sata quaedam caelo terraque -ant. FLOR. epit. 2, 11, 4 uti frugum semina mutato solo -ant. TERT. anim. 20 alia -ant pro condicione caeli et soli *semina*). PLIN. nat. 15, 84 mespilis tria genera . . .; tertium -at, anthedoni tamen similius. 18, 115 alica adulterina fit . . . e zea, quae in Africa -at. *cetera v. sub I A 2, I B* (*p. 383, 23*).

II ***translate***: A *generatim i. q. rem depromere, detrahere, auferre, frui, gustare sim.*: CIC. Cato 78 numquam dubitasse *Pythagoreos*, quin ex universa mente divina -atos animos habuisse. OV. fast. 1, 169 cuiusque suas artes ob idem -at agendo. LIV. 5, 12, 12 ad novum -andum honorem (PLIN. paneg. 54, 3 eos quoque honores qui -are parcissime aut omnino soleas recusare). *huc traham*: COLVM. 12, 1, 5 quae domum autem inferuntur . . . inspicere ne -ata sint et ita . . . inviolata recipere. APVL. met. 6, 20 quae nec tantillum quidem indidem mihi -o. EMPOR. rhet. p. 573, 7 (*in imag.*) *haec* ex facto et persona -ata generalia coniunge in unam sententiam quaestionis. CYPR. GALL. gen. 612 dulcia sanctificis -at gaudia dictis. B *speciatim*: 1 *i. q. partem ex toto vel integro detrahere, deminuere, imminuere, detrectare, violare, perstringere sim.*: RHET. Her. 4, 55, 68 ille nulla voce -ans insitam virtutem concidit tacitus. CIC. inv. 2, 174 *quod* de honestate -atum. PLANC. Cic. epist. 10, 21, 2 nec de laude ieiuni hominis -are quidquid. LVCR. 3, 24 neque ulla res animi pacem -at. 3, 1088 nec . . . demimus hilum tempore de mortis nec -are valemus. VAL. MAX. 9, 1 ext. 2 cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis -asset. SEN. dial. 10, 7, 4 eminentis viri est nihil ex suo tempore -ari sinere. 12, 3, 4 domum (*praecedit* imminuere). SVET. Aug. 68 pudicitiam (LACT. inst. 1, 20, 36). FLOR. epit. 2, 6, 40 ne quid de virginitatis integritate -asse. BASS. gramm. VI 268, 15 ex hemistichio pentametri heroi -ata (*i. deminuta, ablata*) syllaba compositum est. GELL. 1, 3, 23 leve damnum -atae honestatis. TERT. anim. 58 -ari putas iudicium an incipi? SYMM. epist. 9, 104 si religio tua usui suo a me -ata susceperit. SERV. auct. ecl. 10, 57 quod ibi virginitas Callistonis -ata sit. AMBR. Iac. 1, 7, 28 neque de eius aliquid suavitate -ant. *huc pertinet tit.* PROSP., *nisi serioris aetatis*: sententiarum ex operibus Augustini -atarum (*i. excerptarum*) liber. *nota de persona*: LVCR. 6, 70 -ata (*i. detrectata*) deum per se tibi numina sancta saepe oberunt. 2 *i. q. leviter attingere in oratione*: QVINT. inst. 4, 2, 55 personam, causam, locum, tempus, ... occasionem narratione -bimus. PLIN. paneg. 38 quod -asse quaedam seu potius demonstrasse contentus. TERT. nat. 2, 7 -anda enim nunc est species ista. EMPOR. rhet. p. 572, 20 generalis *gradus* est, in quo veluti summatim -atis partibus... disserimus. OROS. hist. 1, 1, 4 paucis . . . breviter -atis. BOETH. syll. categ. 1 p. 793[C] mediocriter quidque -ans, ita, ut si quid brevius dictum sit *eqs.* FVLG. RVSP. ad Thras. 1, 1 voluminis principia citatae -ans lectionis excursu (*i. excerpens*). FACVND. fid. p. 870[A] verba non quidem in ordinem prolixitatis vitandae gratia, sed admodum -ando posuerimus. 3 *i. q. libare, sacrificare, immolare*: *cf.* GLOSS. *et* PS. PRIMAS. in II Tim. p. 678[D] -or, hoc est immolor. PAVL. FEST. p. 104 Ianual libi genus quod Iano tantummodo -atur. MELA 3, 18 ubi devotos altaribus admovere, -ant. ITALA act. 15, 29 (cod. g) ut abstineatis vos a -atis simulacrorum (εἰδωλοθύτων, VVLG. immolatis). II Tim. 4, 6 (codd. d e *et* VVLG.) -or (σπένδομαι, ITALA cod. g immolor, *cf. l. 3*) et tempus resolutionis meae instat. LACT. mort. pers. 37 nihilque prorsus mensae apponeretur, nisi aut -atum aut perfusum mero. VVLG. prov. 3, 9 de primitiis omnium frugum tuarum -a ei (*Tolet.*, da *rell.*). RVFIN. hist. 2, 13, 6 libamina impura -ant. 10, 8, 9 tyrannidis suae prima sacrilegia nostrorum cruore -at. COMPVT. Carth. 1, 8 olei primitiis -andis. APON. 3 p. 61 corpus eius et sanguinem -ando. PASS. sept. dorm. 2 diis immortalibus sacrificia... -ant. *nescio an huc per imaginem pertineat*: ENNOD. epist. 8, 1 p. 199, 5 decet vestris fascibus hac praefatione -ari. *nota singulare, nisi fortasse* deliberа *potius legendum*: CHALC. transl. 27[C] ergo age... -a coeptum (*i. incipe. Plato σὸν οὖν ἔργον λέγειν ἂν εἴη*).

deriv.: delibamentum, delibatio, delibatus. *Gudeman.*

dēlibrātio, -ōnis *f. a* delibrare. *i. q. decorticatio*: SERV. auct. Aen. 2, 225 a -e corticis.

1. dēlibro, -ātus, -āre [*a* de *et* lĭber. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 73 delubrum dicebant fustem -atum hoc est decorticatum (PS. ASCON. div. in Caec. p. 101. *cf.* NON. p. 62 -atum decorticatum. GLOSS. V 649, 25 -atum a libro decorticatum). GLOSS. διαλεπίζω δένδρον. CAES. Gall. 7, 73, 2 *ramorum* -atis ac praeacutis cacuminibus. COLVM. 4, 24, 6 cortex . . . corpore tenus -andus est (12, 58, 1). 5, 6, 9 radix ulmi. 5, 6, 16 truncus. 5, 11, 1. 10 arb. 26, 1. 8 PALLAD. 3, 17, 7.

2. dēlĭbro *v. p. 439, 20.*

dēlibuo, -uī, -ūtum, -ere [*conferri potest aut c. gr.* λείβειν, λιβάς *aut c. theod.* slīfan '*labi*', slipf '*lapsus*', *hibern.* slemon '*lēvis, glaber*', *nisi haec quoque ita inter se iungenda sunt, ut subsit significatio* '*lubricandi*', *aut c. gr.* ἀλείφειν. *v. Walde, Lat. etym. Wörterb. s. v.* libo. *Th.*]. dēlĭbuta: PRVD. psych. 312. *praeter part. perf. pass. non legitur nisi* -o (GLOSS.), -itur (TERT. coron. 12 GLOSS.), -it *perf.* (SOL. 12, 9 CAPER gramm. VII 105, 13. 269, 23. GLOSS.). dilib-: GLOSS. *idque commendat* CAPER gramm. VII 105, 23. 269, 23. GLOSS. καταβρέχω. ἐλαίῳ βρέχω. βρέχω. -it unxit. -itur unguitur unguento. -utus κατάρρυτος. unctus (DON. Ter. Phorm. 856), contactus, perfusus. delicatus. bene unctus. perunctus. infusus. de oleo unctus ut athletae solent vel in cereumate (*leg.* ceromate) pueri, hinc et -utum gaudio (*v. l. 77*) id est perfusum vel plenum (ISID. orig. 10, 70). -utum diligenter unctum. *cf.* V 496, 16 delibatum perfusum, oblitum. gisalbot (*theod.*). gesmirwid (*anglosax.*). *legitur inde a* PLAVTO *et* TER.

i. q. unguere, perfundere: *proprie*: PLAVT. Poen. 267 schoeno -utas (*i. unguento. cf.* TITIVS or. frg. Macr. sat. 3, 16, 14 -uti unguentis. CIC. rep. 4, 5 Homerum . . . -utum unguentis. SEN. contr. 2, 6, 4 VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 PHAEDR. 5, 1, 12 APVL. flor. p. 2 lapis unguine -utus. p. 94 os ipsius unguine odoro -utum. TERT. coron. 12 SOL. 12, 9 SCHOL. Hor. carm. 1, 4, 9 ars 277 HIER. epist. 49, 12, 3 VVLG. Am. 6, 6 RVFIN. Clement. 9, 22 *al.* APON. 5 p. 96 *al.* *sine abl.*: CIC. S. Rosc. 135 composito et -uto capillo. SIDON. epist. 1, 7, 11 accuratum -utumque lautumiis inferri. 8, 3, 5. GLOSS.). PACVV. trag. 201 reliquias... per terram sanie -utas foede divexarier. RHET. Her. 3, 22, 37 si cruentam aut caeno oblitam aut rubrica -utam inducamus. CIC. Brut. 217 multis medicamentis propter dolorem artuum -utus (QVINT. inst. 11, 3, 129). HOR. epod. 3, 13 hoc *veneno* -utis ulta donis paelicem *Medea.* 17, 31 atro -utus Hercules Nessi cruore (*cf.* PORPH. Hor. epod. 3, 17). SEN. contr. 1, 2, 9 humano sanguine. SEN. dial. 5, 33, 1 (*in imag.*) *pecunia* est sanguine nostro -uta. COLVM. 7, 4, 8. PLIN. nat. 4, 89 *mors Hyperboreis* epulatis -utoque senio luxu . . . in mare salientium (SOL. 16, 5 epulati -utique). MART. 11, 98, 6. APVL. met. 3, 1. 7, 17 vulnus sanguine -utum. 9, 38 ARNOB. nat. 3, 24. 5, 23. 7, 24 ZENO 2, 8, 2. HIL. in Matth. 5, 2 (*in imag.*) nos in splendorem bonae conscientiae elutos et in gratiam misericordis operis -utos (*sc. oleo*). AVSON. epist. 407, 1 (*in imag.*) *epistula* velut suco nectaris -uta (*cf.* PAVL. NOL. epist. 40, 1). SERV. auct. Aen. 1, 727 funes pice -uti. HIER. epist. 45, 5, 1 -uta melle vina. tract. in Luc. p. 380, 14 -utos cibos. RVFIN. hist. 1, 3, 7 *reges* sacrato quodam chrismate -uti (GREG. TVR. Franc. 2, 31). MACR. somn. 1, 12, 7. PAVL. NOL. epist. 1, 1 -utis melle sermonis . . . praecordiis. MARCELL. med. 8, 181. 9, 92. 11, 20. ISID. epist. 7, 6 vasa . . . oleo. *cum accus. q. d. gracc.*: PRVD. psych. 312 Luxuria . . . -uta comas. *translate i. q. replere*: TER. Phorm. 856 -utum gaudio (EVGRAPH. *ad l.* repletum et madentem laetitia. *cf. supra l. 43.* APVL. met. 7, 13. 10, 17. 11, 17. *cf.* 3, 10 laetitia -uti). PS. SALL. in Tull. 2 uxor sacrilega et periuriis -uta. FRONTO p. 122, 1 N. verba... amore et desiderio -uta. *nota*: AVSON. 419, 19 melleo . . . -utus eloquio . . . Nestor. *adde*: CORP. VI 736, 9 (*a. 391*) -utus sacratissimis misteriis *Mithrae.*

κατάβρεξις **dēlibūtus** GLOSS. II 340, 5. *m. a* delibuere. *L.*

dēlicā(ti)tūdo, -inis *f. a* delicatus. *i. q. deliciae*: CASSIOD var. 12, 14, 5 exormiston colostrea -titudine praeditum. MVTIAN-

Chrysost. hom. 29, 4 aegritudine . . . -tudines corporis generantur, quae deliciis constant.

*dēlicātus, -a, -um [*orig. inc., fortasse cf. c.* delicus. *ad significationem mutandam vocabulum* deliciae *plurimum contulit. Th.*]. Pavl. Fest. p. 70 -a dicebant dis consecrata, quae nunc dedicata (*cf. p. 258, 5*): unde adhuc manet -us, quasi lusui dicatus. Hier. quaest. hebr. in gen. p. 60, 28 Hebraei tradunt patrem tenerum ex hoc sermone (*sc. abrech*) transferri: ab quippe dicitur pater, rech -us sive tenerrimus. Isid. orig. 10, 70 -us quod sit deliciis pastus, vivens in epulis et nitore corporis. Gloss. σπαταλός, καθάριος, ἁβρός, τρυφερός. wrast (*i.* wraest *anglos.*) dilicatus dilici⟨i⟩s pastus. V 356, 38 -is et querulosis urastum (*anglos.*). 405, 37 -is et querulis wrastum end seobgendum (*anglos.*). *legitur inde a* Plavto, *comp. et superl. inde a* Cic. [*francog. vet.* deugié, *hisp.* delgado. *M.-L.*]

I ***proprie:*** *de forma, gustu, tactu, auditu; i. q. tener, mollis, subtilis:* **A** ***res:*** **1** *corporeae: cibi, herbae, aqua sim.:* Sen. epist. 95, 32 cibus (Plin. nat. 17, 220 Apvl. met. 6, 29 Svlp. Sev. chron. 2, 1, 3 Pomer. 2, 17, 2. 2, 22, 1). Cvrt. 5, 2, 9 aqua. Plin. nat. 15, 70 fici cognomine -ae. 19, 137 -ior teneriorque cauliculus. Mart. 4, 30, 16 pisces (Sidon. epist. 2, 9, 9) *al.* Tert. anim. 32 p. 608 (*in imag.*) liberalibus et -is atque curatis educata *pabulis anima.* Hier. epist. 52, 12, 2 sorbitiunculae. Avg. serm. ed. Mai 72, 1 *unda paradisi* -as inebrians herbas. Oros. hist. 4 praef. 10 nutrimenta. Pomer. 2, 23, 1 -ioribus et pretiosioribus carnibus (*bis*). Anthim. 56 -ae cucurbitae elixae. Isid. reg. monach. 21, 1 aegrotis -iora sunt praebenda alimenta *sim.* Petr. Chrys. serm. 121 p. 531[c] ad coquinam satis -am sollicitus addixit uxorem. *adde:* Marcell. med. 9, 122 afronitrum. 19, 51 scobis eburneae. 22, 26 pulvis (30, 56. 33, 10). *corpus et corporis partes:* Plin. epist. 3, 7, 9 corpus (Vindic. med. 11 Theod. Prisc. eup. faen. 18. 67 Mvtian. Chrysost. hom. 29, 3 Schol. Hor. epod. 5, 13 Nicet. vigil. 3 Corp. X 2804, 5). Apvl. apol. 4 capillus. met. 5, 10 manus. 5, 22 extimae plumulae tenellae ac -ae. 10, 20 pluma. 10, 28 -a ac tenera praecordia. Lact. opif. 12, 12 artus. Rvfin. hist. 5, 1, 21 -iora (τρυφωτάτους) membrorum. Cael. Avr. acut. 2, 8, 35 membranas quoque cerebri -as. *adde:* Mart. 3, 82, 16 -ae sciscitator urinae. *vestis sim. i. q. subtilis, pretiosus:* Varro frg. Non. p. 542 vestitus. Plin. nat. 4, 62 vestis (Fronto p. 22, 2 N. Tert. pall. 4 Firm. err. 4, 2 Hier. tract. in Marc. p. 322, 11 Evstath. Bas. hex. 8, 8 p. 954[c] Op. imperf. in Matth. 3 p. 648). Mart. 3, 2, 10 purpura. *adde:* Marcell. med. 8, 79 linteum. *cantus, sonus sim.:* Cic. de orat. 3, 98 quanto molliores sunt et -iores in cantu flexiones. *sim.* Qvint. inst. 9, 4, 31 refugit teneram -amque modulandi voluptatem. 9, 4, 139. Apvl. met. 6, 28 virgini -as voculas adhinnire temptabam. Mvtian. Chrysost. hom. 29, 3 sonitus molles et -i. Schol. Hor. sat. 1, 10, 44 versus. *regiones, flumina, domus, supellex sim., i. q. amoenus, gratus, ad luxuriam pertinens:* Afran. com. 224 baccillum -um (deligatum *pleriq. codd.*). Cic. Verr. 6, 104 litus. Mur. 20 Asia. Att. 2, 8, 2 Cratera *sinum.* Vitr. 6, 6, 5 si quid -ius in villis faciundum fuerit. Phaedr. 4, 3, 26 domum politam et -os hortulos. Sen. contr. 3 praef. 13 assueta clauso et -ae (*Gronov.*, dilectae *codd.*) umbrae corpora. Sen. dial. 7, 25, 2 apparatus (epist. 87, 9). 7, 25, 4 currus. Phaedr. 210 domus. Mart. 1, 49, 7 -i dulce Boterdi nemus. 1, 104, 1 iuga -a *pardi.* 4, 64, 10 celsae culmina -a villae. 10, 62, 3 mensa. Plin. epist. 4, 14, 1 merx (Sen. benef. 6, 38, 3). 8, 17, 3 Auio, -issimus amnium. Svet. Vit. 10 navigiis (*cf.* Paneg. 7, 13 vectatio). Apvl. met. 6, 20 sedile. Cet. Fav. 21 p. 304 camerae. *adde:* Spart. Hadr. 10, 7 -a omnia summoveret. Schol. Hor. ars 109 delectat nos natura, cum -a videmus. *motus sim.:* Phaedr. 5, 1, 13 veniebat gressu -o et languido. Apvl. met. 10, 32 molli tibiarum sono -is respondere gestibus. *subiectum est infinitivus:* Qvint. inst. 11, 3, 132 reclinari etiam ad suos et manibus sustineri . . . -um *est.* 11, 3, 146 sinum vero iu dextrum umerum ab imo reicere solutum ac -um *est.* **2** *incorporeae:* Sen. contr. 1 praef. 2 memoria est res ex omnibus animi partibus maxime -a et fragilis. Colvm. 1, 4, 8 cuius (*matronae*) ut sexus ita animus est -ior. Plin. nat. 34, 145 acies *ferri* (*cf. p. 429, 50*). Chalc. comm. 21 *ignis* est tener et -a quadam subtilitate. Theod. Prisc. eup. faen. 81 est enim loci (*i. ani*) natura -ior (coctura diligentior *B*).

B ***animantia:*** **1** *homines: i. q. infirmus, tener, pulcher:* Plavt. Curc. 691 -um (*i. mansuetum*) te hodie faciam. Cic. nat deor. 1, 102 pueri. Catvll. 50, 3 lusimus..., ut convenerat esse -os. Tert. spect. 15 spiritum sanctum . . . tenerum et -um. Porph. Hor. epod. 5, 7 puer. Vvlg. deut. 28, 56 tenera mulier et -a. I par. 22, 5 filius meus puer parvulus est et -us. Ier. 6, 2 speciosae et -ae assimilavi filiam Sion. 31, 20. 49, 4. Dan. 13, 31 Susanna erat -a nimis et pulchra specie. Schol. Hor. carm. 1, 4, 19 epod. 11, 24. Ps. Soran. 80 infans (*opp.* validus). Vict. Vit. 3, 23 filium tenerae aetatis et -um. Cassiod. or. frg. p. 473 virgines. Oribas. syn. 1, 9 qui molles habent carnes et -i sunt. 1, 19 faeni . . . Graeci decoctio inicienda est feminis et -is hominibus. Bened. reg. 48 fratribus infirmis aut -is. Lampr. Diad. 3, 2 puer fuit fortis naturaliter, exercitio -ior. Avell. p. 13, 3 quod esset corpore -ior. **2** *bestiae:* Verg. catal. 2, 10 capella (*cf.* Catvll. 17, 15 puella tenellulo -ior haedo). Plin. nat. 33, 140 iumenta. Plin. epist. 2, 11, 25 oves (*cf.* Plin. nat. 8, 189 ovium genus). Tert. anim. 33 p. 610 appetendae *animae* in -issimis animalibus.

II ***translate:*** **A** *i. q. fastidiosus, elegans:* **1** *res: aures, oculi, mens sim.:* Sen. contr. 10, 1, 1 non offeres -is oculis sordidam vestem. Sen. dial. 12, 6 nimis -i animi languore solvuntur (11, 2, 3 mentes. Cypr. mort. 1 -ae mentis ignavia). Qvint. inst. 3, 1, 3 aures (Paneg. 11, 13) Ps. Qvint. decl. 1, 13 oculi. *mores, vita, disciplina sim.:* Cic. fin. 1, 5 fastidium (Symm. epist. 8, 41). 1, 37 voluptaria, -a, mollis disciplina (Gell. 14, 4, 5). 5, 12 ratio. Tusc. 2, 27 vita umbratilis et -a. Att. 2, 14, 1 convivium (2, 12, 2 ἀσελγής. Sen. suas. 6, 7). Val. Max. 2, 6, 1 vitae genus (6, 8, 5). 9, 2 pr. cultus (Sen. dial. 3, 18, 2 epist. 92, 33 Svet. Aug. 65). *sim.* Sen. dial. 3, 4, 2 iracundiae genus. 9, 2, 13 epist. 5, 5. 95, 32. 107, 2. Colvm. 1, 8, 1 artes. Petron. 33. Plin. nat. 15, 8 sententia. 33, 3 vita (Porph. Hor. epod. 1, 34). Ps. Qvint. decl. 6, 16 lucis desiderium. 12, 14 lacrimae. Mart. 9, 11, 10 nomen. Ps. Frontin. strat. 4, 1, 1 usus. Plin. epist. 8, 4, 4 audentia. Gell. 8, 3 mentis et corporis halucinationes. Apvl. apol. 19 opulentiae. met. 9, 33 subsidium. Cypr. mort. 12 -a iactatio est, cum periculum non adest (Avg. serm. ed. Mai 55, 1). Capitol. Maximin. 20, 1 mores. Ivl. Val. 1, 43 fuga. Paneg. 5, 15 felicitas. Hier. tract. in Luc. p. 378, 7 aegrotatio semper -a est et indelicatas res accipere non potest. tract. in psalm. I p. 236, 17 nihil molle, nihil -um, nihil tenerum, nihil effeminatum habet in mente sua. epist. 49, 12, 3 -a doctrina est pugnanti ictus dictare de muro. Sidon. epist. 1, 2, 1 laudans tam -ae sollicitudinis ingenuitatem. Canon. Migne 56, 700[b] post -um propositum *cum virginibus sacris* incesta foedera miscere. *adde i. q. sanctus, inviolatus:* Tert. adv. Marc. 4, 12 p. 456 *sabbata* vera et -a et non profananda (*cf.* Vvlg. Is. 58, 13 sabbatum -um et sanctum domini). Bachiar. repar. laps. 13 verecundiae nostrae et -ae castitatis forma.

2 *personae:* Plavt. Men. 119 nimium ego te habui -am (*cf. Archiv 2 [1885] 389*). Mil. 984 vah, -us es. Most. 947 puerum nimium -um. Cic. Verr. 5, 126 tam -i esse non possumus (*cf.* Petron. 45 non debemus -i esse). Vitr. 6, 7, 4 fuerunt Graeci -iores et fortuna opulentiores. Sen. contr. 2, 5, 4 -a es, cruciatus puerperii times? Sen. benef. 4, 2, 1 -a et umbratica turba *Epicureorum.* dial. 5, 8, 4. 5, 35, 3. epist. 7, 7 convictor. 104, 3. 114, 4. 24. 119, 15. Mart. 3, 20, 12 Europae. 3, 58, 32 -us opere fruitur eunuchus. 4, 55, 27 lector (Hier. in Ezech. 10, 32 p. 387 Sidon. epist. 7, 18, 2). *cf.* 7, 17, 11 ruris bibliotheca -i. 7, 17, 9. 12 praef. illa, quae -ati reliquimus. 12, 57, 19 Qvint. decl. 298 p. 177, 1. 17 Ps. Qvint. decl. 3, 4. 9, 10 adulescens (Apvl. met. 5, 25). 9, 29 debitor (Vlp. dig. 13, 7, 25). 9, 23. 12, 17. Plin. epist. 7, 24, 3 avia. 8, 21, 5. 9, 32, 1 Fronto p. 198 N. Gell. 6, 16 tit. Apvl. met. 10, 22 matrona (Cypr. mort. 15 Vict. Vit. 3, 33). Tert. spect. 28 Porph. Hor. carm. 2, 15, 14 sat. 1, 2, 25. 1, 10, 13 epist. 1, 18, 33 Lact. opif. 19, 10. Lampr. Alex. 48, 1 senator antiquae familiae -issimus (*cf.* Hil. in Matth. 16, 11 veteres -ae nobilitatis imagines). Treb. trig. tyr. 16, 1. Ivl. Vict. rhet. 26 p. 447 si ita demisse fabuleris, vix ut proximus audiat, hominis nimium -i est. Val. Cem. hom. 2, 4 Cael. Avr. acut. 1, 15, 133 Iord. Rom. 332. Pacian. paraen. 1 p. 100 gregi referens peccatricem -am (derelictam *Peyrot*). 11 p. 123 peccatoribus -is (*i. nimis fastidiosis*) et paenitentiam non agentibus. Hier. epist. 14, 1, 1 tu quasi parvulus -us contemptum rogantis per blandimenta fovisti. 14, 2, 1 quid facis in paterna domo, -e miles? 14, 10, 4. 22, 6, 2. *sim.* 22, 29, 6 non delumbem matronarum salivam -a secteris. 22, 31, 3 puella sum -a et quae meis manibus laborare non possum. *al.* Vvlg. II reg. 3, 39 adhuc -us et unctus rex. *cf.* Avg. civ. 5, 20 ubi voluptas in sella regali quasi -a quaedam regina considat. in psalm. 125, 13 tanto -ior, quanto ditior. epist. 211, 9 fiunt divites laboriosae, fiant pauperes -ae sorores. Soran. p. 11, 8 quae *mulieres* vacuae sunt et -ae et nihil agentes. Vict. Vit. 2, 10 viros ingenuos et admodum -os. 2, 35. Ps. Vict. Vit. pass. 6 -ae et nobilissimae feminae.

B *i. q. luxuriosus, libidinosus, lascivus, mollis:* **1** *res:* **a** *corporeae:* Cic. Pis. 70 ut omnes hominis libidines . . . -issimis versibus expresserit (Schol. Hor. ars 26 *syn.* enervatus. *cf.* Pavl. Fest. p. 101 hilarodos lascivi et -i carminis cantator). off. 1, 144 sermonem (*cf.* Mvtian. Chrysost. hom. 29, 3 per -am conversationem). Ps. Qvint. decl. 1, 13 quidnam isto -ius scelere? Itala I Cor. 11, 5 (Victorin. Poetov. 10, 6 p. 46) omnis mulier orans atque prophetans -o capite (ἀκατακαλύπτῳ, Vvlg. non velato) deturpat caput suum.

b *incorporeae:* Cic. nat. deor. 1, 111 quod (*bonum*) sit seiunctum a -is et obscaenis voluptatibus (1, 113. Schol. Cic. Bob. p. 24, 24). Qvint. decl. 301 p. 186, 23 cupiditates. Ps. Qvint. decl. 10, 9 -a matronae desideria. Symm. orat. 1, 16 -is negotiis frequentibus occupati. Rvfin. Orig. in gen. 7, 3 per singulas malitiae species etiamsi molles et -ae sint et ludo similes. Ps. Rvfin. in psalm. 9, 7 huius civitatis quasi plebs sunt omnes -ae affectiones. Avg. civ. 1, 32 ludorum scaenicorum -a subintravit insania. **2** *personae:* Cic. Catil. 2, 23 pueri tam lepidi et -i. Mur. 74 utrum lenocinium . . . a grege -ae iuventutis . . . petebas? (Att. 1, 19, 8). Mil. 28 muliebri ac -o ancillarum puerorumque comitatu. de orat. 2, 257 filius. Brut. 197 adulescens. Val. Max. 6, 9, 6 -us quaestor. Sen. contr. exc. 8, 6 -us dives,

qui amare etiam inter naufragia potest. contr. 10, 4, 17 his nemo succurrit -is et formosis debilibus. SEN. benef. 1, 11, 5. dial. 1, 5, 2 iniquum est... malos integris corporibus solutos ac -os incedere. CORP. IV 5258. MART. 10, 92, 11 Florae. SCHOL. Cic. Bob. p. 25, 2 ne vel superbus vel nimium -us habeatur. VVLG. deut. 28, 54 homo -us in te et luxuriosus valde. *subst. m. et f., i. q. homo effeminatus*: VITR. 1, 2, 9 beatis et -is. SEN. dial. 2, 5, 1. 2, 10, 2 -i et felices. 5, 8, 4 non feres ... a -o fastidiri. 10, 12, 7 nat. 3, 18, 3. 4, 13, 3. 5, 11, 1 epist. 23, 4. 47, 13. 66, 49. 71, 23. 78, 25. 80, 8. 82, 2. 114, 20 QVINT. inst. 9, 4, 113 decl. 260 p. 66, 24. 378 p. 422, 27 PLIN. epist. 9, 32, 1 SVET. Vesp. 3 Tit. 7 GELL. 3, 5, 1 LACT. inst. 3, 17, 5 PANEG. 12, 14 SPART. Hadr. 4, 5. VVLG. Is. 47, 8 et nunc audi haec, -a (τρυφερά). OROS. hist. 4 praef. 6. EPIST. pontif. 330 Migne 20 p. 660[A] otiosi et -i (AVELL. p. 107, 11). MVTIAN. Chrysost. hom. 5, 4 hoc non est athletae, sed -i.

C *i. q. blandus, amoris plenus*: ANTH. 200, 79 *Dione* -is educat osculis Amorem. HIER. in Abd. 10 p. 374 amplexibus -is captus (VITA Pauli 3 coepit -is stringere colla complexibus).

D *i. q. levis, lenis, non gravis, mitis*: VAL. MAX. 9, 1 ext. 7 imperium (SEN. epist. 92, 33 PORPH. Hor. carm. 4, 1, 7). SEN. clem. 1, 15, 2 exilium. PLIN. epist. 9, 37, 5 non -a causa. CYPR. hab. virg. 21 nec parva et levis et -a congressio. PANEG. 12, 18 querela. AVG. in psalm. 52, 3 quid -ius, quid lenius? *sim.* VAL. CEM. hom. 17, 4 corporis -a custodia (VITA Cypr. 15 Thaseium ... una nocte continuit custodia -a).

E *i. q. amatus, dilectus*: PORPH. Hor. carm. 2, 9 pr. morte -i pueri. MACR. sat. 2, 5, 4 duas se habere filias -as, rempublicam et Iuliam. *subst. m. et f., i. q. deliciae*: PLAVT. Rud. 465 sed ubi tu es, -a? PETRON. 63 ipsimi nostri -us. VVLG. Bar. 4, 26 -i mei ambulaverunt vias asperas (τρυφεροί). AVG. c. Pelag. 1, 20, 38 et inclinavit se *Esther* super caput -ae suae. c. Faust. 15, 5 ut blanda manu tua ... -ă ... alteri digitos, alteri humeros confricares. PASS. Perp. 18 ut dei -a. PASS. Paul. 3 invenietis iuvenem Caesaris -um ex alto cecidisse. *saepe* INSCR., *ex. gr.*: CARM. epigr. 1509. 1875, 3 vernae -o. CORP. III 1899, 7. 2130, 4. 8478, 6. 9379, 6. 9444, 4. 10004, 6. 12793, 5. 12817, 5. 14281[1], 2. 14321[32], 4. 14749, 1. 14832, 3. 14855, 5.

adv. **dēlicātē**. *comp. inde a* BRVTO, *superl. l. 50. 66.* **1** *i. q. eleganter*: COM. pall. inc. 34 ad te ludibunda docte et -e detulit coronam. **2** *i. q. luxuriose, leniter*: CIC. de orat. 3, 63 recubans molliter et -e. off. 1, 106 -e ac molliter vivere (ARNOB. nat. 1, 9 VEG. mil. 3, 4 SCHOL. Hor. sat. 2, 2, 83). VARRO rust. 3, 4, 3 cenitare. CIC. Att. 2, 10 non solum -e, sed etiam inepte peregrinantem. BRVT. frg. Quint. inst. 6, 3, 20 ne illi sunt pedes faceti ac -ius ingredienti molles. SEN. contr. 9 praef. 4 ingenia in scholasticis exercitationibus -e nutriuntur (*cf.* VVLG. prov. 29, 21 qui -e a pueritia nutrit servum suum). SEN. dial. 5, 9, 1 mollius -iusque tractetur *animus.* nat. 5, 18, 8 nimis -e fortuna nos tractat (*cf.* ISID. reg. monach. 21, 2 infirmi ... quod -ius aguntur). epist. 122, 8. COLVM. 1, 8, 9 cultam vestitamque familiam magis utiliter quam -e habeat (11, 1, 21). PLIN. nat. 14, 28 mediam temperiem -e quaerit uva. 17, 169. QVINT. decl. 276 p. 129, 1 quibus -e educatis (HIER. epist. 118, 7 -issime a matre educatus). CYPR. Fort. 11 filios suos non -e, sed fortiter diligentem (*cf.* VAL. CEM. hom. 18, 5 quem -ius amabat. GREG. M. moral. 25, 11 semetipsam -e non palpet infirmitas nostra). TREB. trig. tyr. 12, 7 lavandum mihi est frequentius, edendum -ius. LACT. inst. 7, 5, 9 ne immortalitatem -e assequerentur et molliter. mort. pers. 18, 6 -e imperare. SIDON. epist. 4, 9, 3 occulte -eque religiosus. **3** *neglegenter, segniter*: NEP. Alc. 2, 3 multa -e iocoseque fecit (SEN. epist. 51, 6 nihil -e, nihil molliter esse faciendum). SEN. benef. 2, 24, 2 nec -e accipiendum est nec submisse et humiliter. PLIN. epist. 10, 1, 2 Minervae tantum serviendum est, -e tamen, ut in secessu et aestate. SVET. Cal. 43 segniter et -e *subsequi.* VENVL. dig. 45, 1, 137, 2 -e progredi. GELL. 20, 1, 30 neque insterni tamen -e arceram iusserunt. HIER. epist. 21, 5, 2 quod (*talentum*) non est in sudario colligandum, id est -e otioseque tractandum (ISID. alleg. 231). **4** *i. q. subtiliter*: PLIN. nat. 18, 117 faba ... -ius fracta. MARCELL. med. 8, 184 tritus -issime cinis. **5** *i. q. commode, iucunde*: THEOD. PRISC. eup. faen. 52 vulnera -e permundat fimus canum.

deriv.: delica(ti)tudo. *comp.*: indelicatus.

1. dēlicia, -ae *f.* [*cf. c.* de *et c.* liqui, liquēre, colliciae, colliquiae. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 73 -a est tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigatum collocatur, unde tectum deliciatum et tegulae deliciares. VITR. 6, 3, 2 displuviata *atria* sunt in quibus deliquiae arcam sustinentes stillicidia reiciunt.

deriv.: deliciaris, deliciatus.

***2. dēlicia,** -ae *f.* [*cf. c.* delicere, delectare. *Th.*]. *singularis raro legitur, cf.* NON. p. 100 -a numero singulari, quod aut rarum est aut singulare (GLOSS. V 640, 49). *scribitur* diliciae: PRISCILL. tract. 4, 77 DIOM. gramm. I 327, 35 SCHOL. Hor. epod. 4, 14 PASS. Thom. 150, 3 GREG. TVR. Franc. 5 praef. CHAR. gramm. I 33, 9 copiae -ae dapes (EXC. Bob. gramm. I 549, 5 hae divitiae, hae -ae, hae dapes. PHOC. gramm. V 428, 9 compedes -ae divitiae dapes). DIOM. gramm. I 327, 35 crates, divitiae, -ae, exequiae. RVFIN. Orig. in psalm. 36. hom. 1, 4 in Graecis *exemplaribus* habetur τρυφῆς, quod est -arum. AVG. gen. ad litt. 8, 3 p. 233, 24 plantavit ergo deus paradisum in -is, hoc est enim in Eden (ISID. orig. 14, 3, 2). GLOSS. σπατάλαι, σπατάλη, τρυφή. -as ago σπαταλῶ. *legitur inde a* PLAVTO.

I ***proprie***: **A** ***generatim:*** *i. q. voluptas, delectatio, laetitia, luxuria:* *sing.*: PLAVT. Rud. 426 operam ludo et -ae dabo. *plur.*: PLAVT. Pseud. 173 vos, quae in munditiis, mollitiis -isque aetatulam agitis. Trin. 334 aliquantum animi causa in -is disperdidit. LVCIL. 705. CIC. S. Rosc. 120 omnium -arum atque omnium artium puerulos. Verr. 5, 126. Cael. 27. 44. 70 Caelii adulescentia ... ad mulieris libidinosae -as deposcitur. 76. Rab. Post. 26 -arum causa (Phil. 13, 26). leg. agr. 1, 27. 2, 36. Mur. 13 multarum -arum comes est extrema saltatio. Lael. 52 non ... erunt homines -is diffluentes audiendi. Tusc. 5, 78 Att. 1, 17, 9. 2, 10. 12, 2, 2 ad Brut. 1, 10, 3. CATVLL. 68, 26 animi. LVCR. 2, 22. 5, 1450. SALL. Catil. 31, 3 superbia atque -is omissis (HOR. epist. 1, 6, 31 omissis ... -is). HOR. carm. 4, 8, 10 animus -arum egens. PROP. 2, 15, 2 lectule -is facte beate meis. 4, 4, 76 cum pagana madent ferula -is (divitiis *codd.*). VITR. 9, 8, 4. 10, 7, 5. OV. am. 3, 14, 18 omnibus illum *locum* -is imple. 3, 15, 4 epist. 15, 192 EPIST. Sapph. 138 OV. ars 649. rem. 154 -ae (dilectae *R*) iam tibi terga dabunt. 374 -is illic quis locus esse potest? met. 13, 831 fast. 5, 334. 367. Pont. 1, 10, 16 -as ne mala nostra vocet. 1, 10, 18. 19 trist. 1, 2, 80 VAL. MAX. 2, 6, 1. 4, 4, 4. 4, 7 pr. 6, 1, 10 domesticae. 6, 9, 5 multi lusus, multae -ae. 7, 6, 2. 9, 1 ext. 1. 3. 6 CELS. 1, 8. SEN. contr. 1 praef. 5 necesse est ergo me ad -as componam memoriae meae. 2, 1, 12 ad -as dementis luxuriae lapis omnis eruitur. contr. exc. 5, 5 -is tuis, dives, ardebimus. contr. 7, 6 (21), 7 caput suum -is praesentibus praetulit. 9 praef. 5 puerilem animum scholasticis -is languidum. SEN. benef. 5, 25, 6. dial. 9, 2, 15 subiit illud tabidarum -arum. *al.* nat. 7, 31, 1 -arum dissolutio et tabes. epist. 16, 8 fortuna te ... eo -arum opumque perducat. 20, 13 -is permaduimus. *al.* COLVM. 1, 8, 11 somno potius quam -is operam dabunt. 8, 8, 10 oblectamenta -arum. 8, 16, 5 -ae popinales. PLIN. nat. 2, 157 *bis.* 3, 60. 5, 58. 12, 84. *sim.* 13, 102. 16, 1. 19, 20. 22, 118. 29, 20. STAT. silv. 1, 3, 93 luxuque carentes -ae. 2, 1, 200 MART. 1, 59, 2. 8, 26, 4. 10, 35, 9. 11, 13, 3 urbis -ae ... lusus et Voluptas. epigr. 2, 12. QVINT. decl. 298 p. 178. 179 *bis.* 301 p. 190 *al.* PS. QVINT. decl. 12, 18 nos ... vilia ac devota capita vicinorum -is morimur. PLIN. epist. 5, 19, 9 est ... tam parcus et continens, ut non solum -as verum etiam necessitates valetudinis frugalitate restringat. AMPEL. 11, 4 ob nimias -as et luxuriam. FRONTO p. 45, 20 N. -arum voluptatumque. VLP. dig. 15, 3, 3, 6 si quid ad -as vel si quid ad turpes sumptus sumministravit. 40, 2, 16 pr. non -is, sed iustis affectionibus dedit iustam libertatem lex Aelia. APVL. apol. 18 -as ventris et inguinum neque vult ullas neque potest. met. 4, 24. 7, 6. 15 TERT. adv. Marc. 2, 4. ITALA psalm. 67, 22 (Eucher. form. 6 p. 35, 10) praeambulantium in -is suis (πλημμελείαις, VVLG. delictis). *sim.* HERM. vulg. sim. 6, 2 pecora, quae -is quidem agebantur (τρυφῶντα, Pal. quae in -is quidem ⟨se⟩ gerebant). COMM. instr. 1, 26, 34 -as fruitur. ANTH. 459, 4. 873[e], 2. ARNOB. nat. 1, 1. 2, 3 ne -is marceat et corrumpatur mollitudine vitiorum. PANEG. 9, 14. LACT. mort. pers. 26, 5 milites summis -is excepti. CAPITOL. Ver. 2, 9. Gord. 15, 3 nobilitatis. 23, 3. MAR. VICTORIN. defin. p. 36, 13 in -as affluens, in libidines pronus. PRISCILL. tract. 1, 13 fornicati sunt et in -is eius vixerunt. 4, 77 abstinentiam -arum. AVSON. 164, 7 haec non -is ignoscere prompta pudendis. 412, 3 Mos. 71. HERM. Pal. mand. 6, 2, 5 cum desideraveris -as multarum et variarum voluptatum. AMBR. c. Aux. 15 -as mihi pro passionibus obtulerunt. PS. AMBR serm. 1, 2 -ae spiritales meliores sunt quam carnales. AMBROSIAST. in I Tim. 5, 6 si enim sub nomine viduae -is vacat aut luxuriae. HIER. epist. 22, 7, 1. 22, 8, 1 quid patitur puella, quae -is fruitur? (22, 38, 3). 22, 39, 4 in -is Salomon fuit (54, 8, 1). *al.* VVLG. gen. 49, 20 praebebit -as regibus. II reg. 1, 24 II par. 10, 10 II Esdr. 9, 25 Iob 22, 26. 30, 7. psalm. 138, 11 nox illuminatio mea in -is meis. prov. 8, 31 -ae meae esse cum hominibus. 19, 10 non decent stultum -ae. 29, 17. eccles. 2, 1 *al.* I Tim. 5, 6 quae in -is est (σπαταλῶσα), vivens mortua est. II Petr. 2, 13 voluptatem existimantes diei -as (τρυφήν). *ibid.* maculae -is affluentes. apoc. 18, 7 in -is fuit. 18, 9 in -is vixerunt (RVFIN. hist. mon. 20). RVFIN. hist. mon. 1 p. 398[B] ab omnibus -is corporalibus. *ibid. saepius.* p. 400[C] affluentes -as. 29 p. 453[B] quid sperabimus in futuro saeculo, si hic -is fruimur? hist. 4, 8, 5 qui humanis carnibus vesci -as putet. GENNAD. dogm. 55 PRVD. psych. 313 c. Symm. 2, 1098 AVG. civ. 2, 20 *bis.* 8, 14. 20, 7 spiritales (gen. c. Manich. 2, 9, 12). *al.* CLAVD. MAM. epist. p. 203, 17 -is et divitiis serviens. POMER. 3, 16, 3 delectationes puras castasque -as. PACIAN. paraen. 11 p. 124 -as exercuit. *et saepius.* *cum genetivo rei, unde manat voluptas*: CATVLL. 69, 4 perluciduli -is lapiduli. PLIN. nat. 16, 135 nardi. 18, 85 tritici. 21, 15 mensarum etiam -is perunguendis (SOL. 46, 3 odorum). 22, 16 -is *florum.* 23, 2. 33, 49 quibus -is *artis* pluris veneunt inaurata *vasa.* 36, 115 in Tusculanam villam reportatis quae superfluebant cotidiani usus -is. 37, 204 pigmentorum -is. *cf.* STAT. silv. 1, 5, 50 -as (divitias *Heinsius*) mirata *unda* suas (APVL. met. 5, 31 tuas artes tuasque -as in formoso filio reprehendes?). MART. 14, 198, 1 -as parvae si vis audire catellae. GELL. 6, 16, 1 ciborum exquisitas -as. 19, 1, 7 atque ipse erat multis

corporis animique -is affluens. APVL. met. 9, 16 dignus . . . solus omnium matronarum -is perfrui. 9, 32 post mustulentas autumni -as. TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 348 in -is paradisi dei tui natus es (HIER. epist. 21, 24, 1. *cf.* 22, 4, 3 in paradiso -arum. VVLG. Ezech. 28, 13 RVFIN. Adamant. 1, 17 hist. 1, 2, 18). PANEG. 9, 21 obliti -arum circi maximi. AMM. 30, 4, 14 cenarum ciborumque aucupantes -as exquisitas. HIER. epist. 8, 3 patriae. VVLG. Sirach 27, 14 peccati. *al.*

B *speciatim*: 1 *i. q. mollities, luxuria*: VARRO ling. 9, 10 si quis puerorum per -as pedes male ponere atque imitari vatias coeperit. rust. 3, 2, 5 -is sumptuosior *villa*. CIC. Verr. 5, 52 excussis -is (Cael. 67). par. 10 supellex ad -as. CIRIS 433 me non -is commovit regia dives. VITR. 1, 2, 5 his . . . deis propter virtutem sine -is aedificia constitui decet. LIV. perioch. 57 omnia -arum instrumenta recidit. OV. medic. 10 sectile -is India praebet ebur. SEN. suas. 2, 16 nos sine -is educamur. SEN. benef. 4, 5, 2 neque enim necessitatibus tantummodo nostris provisum est, usque in -as amamur. epist. 24, 11 de quorum languore et -is querimur. 86, 7 eo -arum pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus. 90, 16 simplici cura constant necessaria, in -as laboratur. 95, 37. 114, 2 disciplina civitatis . . . se in -as dedit. 119, 15. COLVM. 1 praef. 14 intellego luxuriae et -is nostris pristinum morem . . . displicuisse. 1, 4, 3 aut ubertatis illecebris aut -arum concinnitate decipi. LVCAN. 10, 478 quantum *scelerum* -ae fecere tuae. PETRON. 67 altera *iactat* -as et iudiligentiam viri. *cf.* 75 ad -as ipsimi . . . fui. BVC. Eins. 2, 10 -ae somnusque solent adamare querelas. PLIN. nat. 8, 226. 9, 112. 10, 54. 11, 126. 13, 17 cumulus ipse -arum. 22, 14 -ae luxusque. 22, 118. 33, 1 quaerente vita . . . -is gemmas. 35, 26 vir rusticitati propior quam -is. *al.* MART. 2, 6, 13 numquam -ae supiniores. 12, 15, 5 stupet superbi regis (*i. Domitiani*) -as gravesque luxus. 12, 75, 6 -as superbiamque . . . malo. QVINT. inst. 1, 2, 6 infantiam statim -is solvimus. 1, 8, 9 -arum vitia. decl. 276 p. 129 *al.* PS. QVINT. decl. 8, 6 perdiderunt legis huius auctoritatem, quae ad illas uxorias querelas matrimoniorum solent deferre -as. TAC. Germ. 18 muliebres. 20 educationis. hist. 1, 71. PLIN. epist. 1, 20, 23 quorum (*inertium*) -as desidiamque quasi iudicium respicere ridiculum est. 2, 5, 4 ad fastidium legentium -asque respicio. IVV. 4, 4 aegrae solaque libidine fortes -ae. 6, 260 quarum -as et panniculus bombycinus urit. IAVOL. dig. 30, 10, 11 magis -arum quam usus causa. VLP. dig. 32, 70, 6 valetudinis vel -arum gratia. GELL. 3, 5 tit. -arum vitium. APVL. met. 10, 15 mirati monstruosas asini -as. TERT. cult. fem. 2, 13 discutiendae sunt omnes -ae, quarum mollitia et fluxu fidei virtus effeminari potest. adv. Marc. 4, 15 p. 467 VEG. mil. 1, 3 *ter*. PANEG. 3, 3 in otiosa aliqua -isque corrupta parte terrarum. ARNOB. nat. 2, 41 in habitum feminarum -asque molliri. PANEG. 9, 24 -ae orientis. LACT. inst. 6, 11, 15 homines copiosi et usque ad -as abundantes. mort. pers. 21, 5 quid . . . -as eius referam? GALLICAN. Avid. 6, 2 -as omnes de castris summovit. FIRM. math. 3, 13, 3 luxuriosos et amoenis -arum voluptatibus deditos. VIR. ill. 42, 5 -is Campaniae elanguescere. AMM. 15, 11, 4 *Belgae* nec adventiciis effeminati -is. COMMENT. Lucan. 1, 162 praedae de hostibus factae -as ambitionemque suasere. HIER. epist. 42, 2, 2 vestes non ad usum tantum, sed ad -as conquiruntur (in Agg. 1, 3 p. 743 quae non tam ad usum sunt quam ad -as). in Is. 30, 9 p. 407 post luxuriam et -as pandatur nobis paradisus. VVLG. Esth. 15, 6 prae -is et nimia teneritudine. Mich. 1, 16 tondere super filios -arum tuarum. 2, 9 Luc. 7, 25 in veste pretiosa sunt et -is. apoc. 18, 3. PS. RVFIN. in Os. 2, 5 vestitum ad -as redundantem. 9, 13 civitati -is circumfluenti. in Ioel 1, 5 *bis*. MACR. sat. 2, 4, 22 eques Romanus -is diffluens. *al.*

2 *i. q. nugae, lusus*: PLAVT. Cas. 528 nimias -as facis (Men. 381 Poen. 280. 296 meo me lacessis ludo et -as facis. FRONTO p. 78, 13 N. *cf.* PVBLIL. A 30 anus cum ludit, morti -as facit. CATVLL. 45, 24 uno in Septimio fidelis Acme facit -as libidinesque. 74, 2 si quis -as diceret aut faceret). CIC. de orat. 3, 81 puerilis -as aliquas depingere (*cf.* orat. 39 longissime . . . ipsi [*Herodotus et Thucydides*] a talibus -is vel potius ineptiis afuerunt). MART. 1, 14, 1 -as lususque iocosque leonum. IVV. 6, 47 hominis. 10, 291 usque ad -as votorum. 3, 140. HIER. epist. 52, 5, 7 ceteras ineptias amatorum, omnes -as et lepores. *adde de libris, carminibus, de dicendi et scribendi forma*: OV. trist. 2, 78 -as legit qui tibi cumque meas. 2, 349 sic ego -as et mollia carmina feci. 5, 1, 15 -as si quis lascivaque carmina quaerit. SEN. epist. 114, 7 laudem suam corrupit istis orationis portentissimae -is. QVINT. inst. 11, 3, 24 quare vocem -is non molliamus. *cf.* FRONTO p. 159, 10 N. -as orationis (*cf.* CIC. epist. frg. 2). *sim.* QVINT. inst. 1, 11, 6 ne illas quidem circa s litteram -as hic magister feret. 10, 1, 43 alios recens haec lascivia -aeque . . . delectant. 10, 3, 19 quid de illis dictandi -is sentiam. 12, 8, 4 ne illas quidem tulerim -as. GELL. 19, 9, 7 tam fluentes carminum -as.

II *metonymice*: A *i. q. homo amatus, raro i. q. delicatus*: *sing.*: PLAVT. Poen. 365 mea voluptas, mea -a (meae -ae *A P*, *cf.* GELL. 19, 8, 6), mea vita, mea amoenitas. 389. Truc. 921 ad (at *B*) te ibam, mea -a. APVL. carm. frg. 3 (apol. 9) 1 Critias mea -i⟨a⟩ est. *plur.*: PLAVT. Most. 15 tu urbanus vero scurra, -ae popli. Persa 204 Paegnium, -ae pueri, salve. Pseud. 180 quibus vitae, quibus -ae estis. 227 Stich. 742. TITIN. com. 94 mein fastidis, meae -ae? LVCIL. 277. 896. 1140 CIC. Verr. 2, 64. 4, 27. 72. 176 dom. 62 Phil. 6, 12. 13, 26 redeo ad amores -asque vestras, L. Antonium. Tusc. 1, 77 div. 1, 79 Att. 1, 5, 8. 16, 6, 4 epist. 7, 1, 2 CAEL. Cic. epist. 8, 8, 1 CATVLL. 6, 1. 32, 2 meae -ae, mei lepores. VERG. ecl. 2, 2. 9, 22. PROP. 2, 34, 74 qui (*Corydon*) temptat Alexin agricolae domini carpere -as. OV. trist. 2, 368 nec tibi . . . nocuit, quod saepe legenti -as versu fassus es ipse tuas. PRIAP. 27, 1 populi. PETRON. 28. 64 ad -as suas respexit. PLIN. nat. 7, 109. 22, 99. STAT. silv. 2, 1, 71 tu modo -ae, dulces modo pectore curae. 3, 4, 57. 5, 5, 67 non ego mercatus Pharia de puppe loquaces -as (*Avantius*, aedituas *M*). MART. 4, 87, 2 infantem . . . lusus -asque vocat. 5, 34, 2. 6, 28, 3 cari -ae breves patroni. 7, 14, 2. 8, 63, 4. 9, 28, 2 ille ego sum, plausus -aeque tuae. *al.* QVINT. inst. 1, 2, 7 verba ne Alexandrinis quidem permittenda -is. PLIN. epist. 1, 3, 1. 8, 1, 2 Eucolpius quidem lector, ille seria nostra, ille -ae. SVET. Tit. 1 amor et -ae generis humani (*cf.* AVR. VICT. Caes. 10, 6 PS. AVR. VICT. epit. 10, 6. 16 EVTR. 7, 21, 1 AVG. civ. 11, 15 gen. ad litt. 5, 7 p. 150, 24 BACHIAR. repar. laps. 3). FRONTO p. 51, 6 N. qui (*amator*) -as suas videat currere. GELL. 1, 11, 7 feminas . . . tibicinas . . . lascivientium -as conviviorum. ANTH. 445, 6 SOL. 1, 118. 42, 2. *sim.* PANEG. 11, 11 turbae institorum ac -ae ministrorum. CAPITOL. Gord. 31, 6. CARM. epigr. 1570, 2 CORP. IV 1781. VI 10151 *et passim in* INSCR. in -is habere *aliquem* (*cf. l. 39. 50*): CIC. Att. 6, 1, 16 habeo in -is *publicanos*. SEN. dial. 1, 1, 6 bonum virum in -is non habet. epist. 96, 4 neque di neque deae faciant, ut te Fortuna in -is habeat. PLIN. nat. 7, 34 androgynos vocatos et in prodigiis habitos, nunc vero in -is. SVET. Vit. 12 adulescentulum. VLP. dig. 7, 7, 6, 3. GELL. 20, 4, 1 comoedos quispiam . . . dives adulescens . . . ut liberos homines in -is atque in delectamentis habebat. LACT. epit. 8, 6. GELL. 7, 8, 6 *puellam* retentam a Scipione atque in -is amoribusque ab eo usurpatam. in -is esse (*cf. l. 45. 53*): LVCR. 4, 1156 turpesque videmus esse in -is summoque in honore vigere. RVT. LVP. 2, 1 haec mulier nuper fuit . . . in amore atque -is necessariorum. CORP. VI 36525 quae (*virgo*) in delicieis fu⟨e⟩rat Vettiae. SEN. benef. 2, 29, 5 confitearis necesse est in -is te illi (*naturae*) fuisse. PLIN. nat. 7, 75. FIRM. err. 15, 2 Pelops in -is amatoris fuit. PROB. Verg. ecl. 6, 43 *Hylas* in -is Herculis ibat. ad -as esse *v. p. 447, 24. 52.*

B *de bestiis*: CATVLL. 2, 1 passer, -ae meae puellae. PETRON. 137 Priapi -as, anserem. MART. 1, 109, 5 Issa est -ae catella Publi. APVL. Socr. p. 110 -ae facundi dei *corvus*. in -is habere: CIC. har. resp. 50 etiamne . . . in -is quidam optimi viri viperam illam . . . habere potuerunt? div. 1, 76 quam (*simiam*) rex Molossorum in -is habebat. VAL. MAX. 1, 5, 3 SEN. apocol. 13 HYG. fab. 91 p. 87, 9. astr. 2, 13 p. 48, 24 Amaltheam autem habuisse capram quandam ut in -is. HIER. adv. Iovin. 2, 7 mullus et scaurus in -is computantur. in -is esse: SEN. nat. 3, 17, 3 cum multum in -is fuit *piscis*. *cf.* 3, 18, 3. HERM. Pal. sim. 6, 1, 6 eaque pecora velut in -is erant et satis luxuriabantur.

C *de rebus*: 1 *res dilectae*: VARRO Men. 85 alius domini -as phaselon . . . solvit. PLIN. nat. 19, 56 hortorum nomine in ipsa urbe -as agros villasque possident. in -is habere: PLAVT. Asin. 885 uxori meae subripiam in -is pallam quam habet. *adde*: MART. 7, 88, 2 fertur habere meos . . . libellos inter -as pulchra Vienna suas. in -is esse: CIC. Verr. 5, 3 quae (*civitas*) tibi una in amore atque in -is fuit. ARNOB. nat. 7, 36 in voluptatibus habere atque in -is res eas (*cf.* 7, 33 ea ab aliis fieri in amoribus atque in -is ducant). AVG. civ. 17, 20 caritas in -is tuis. PLIN. nat. 31, 123 quae (*spongeae*) et tinguntur in -is. *adde*: CIC. Phil. 11, 9 alteri a puero pro -is crudelitas fuit. 2 *i. q. res delicatae, saepe i. q. cibus delicatus*: ISID. orig. 20, 2, 6 -ae nuncupatae, quod iis delectentur homines easque suaviter appetant. LVCIL. 252 pluma atque amphitapoe et si aliud quid -arum. MANIL. 4, 655 terramque ferentem -as (*cf.* VAL. MAX. 4, 3, 2 fertilissimae -arum tot Graeciae urbes). PLIN. nat. 37, 30 proximum locum in -is . . . sucina optinent. 37, 49 taxatio in -is tanta. MART. 14, 59, 2 -as Cosmi vos redolete, nurus. FLOR. epit. 1, 11, 7 aestivae Praeneste -ae. 1, 18, 27 Tarentinae -ae. TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 519 de gazis et apothecis -arum suarum . . . gloriatus (*cf.* 4, 34 p. 538 gloriae -arum). mart. 3 nemo miles ad bellum cum -is venit. QVEROL. p. 38, 4. HIER. epist. 43, 3, 1 panis et holus . . . lac, -ae rusticanae. AVG. civ. 18, 5 *bovem* Aegyptus . . . -is affluentibus alebat. PAVL. MED. bened. 8, 1 -as . . . maris terraeque. GILD. Brit. 3 chron. III p. 28 transmarinae. MAR. VICTOR aleth. 1, 116 pelagi (*i. pisces*). PETR. CHRYS. serm. 163 p. 628[B] SALV. gub. 7, 85 RVRIC. epist. 1, 11. 2, 54 POMER. 2, 22, 1. 2. 2, 23, 1. 3, 16, 2 ANTHIM. 14 p. 11, 1 VEN. FORT. vita Radeg. 17, 41. 21, 25 ALC. AVIT. epist. 83 p. 94, 24. 86 p. 95, 17 DRAC. laud. dei 3, 73 satisf. 73 Orest. 401. 854. *in imag.*: GREG. M. moral. 2, 48 apostoli sacrae scripturae -is in solius Iudaici populi collectione vescebantur. PALLAD. hist. mon. I 25 p. 311[C] inter copias magnas atque -as. PASS. Firm. 5 mensam omnium -arum plenam. CAES. AREL. suggest. p. 304 non est iustum ut ancilla multis -is . . . satietur.

iuxta posita: amor *sive* amores et -ae: CIC. Verr. 5, 3 Phil. 6, 12 div. 1, 79 Att. 16, 6, 4 RVT. LVP. 2, 1 SVET. Tit. 1 *v. supra l. 14* GELL. 7, 8, 6 ARNOB. nat. 7. 36 AVG. civ. 21, 26 EVGRAPH. Ter. Phorm. 81. mel et -ae: CAEL. Cic. epist. 8, 8, 1. CATVLL. 45, 24 -as

libidinesque (ARNOB. nat. 1, 1). SALL. Catil. 31, 3 *superbia* atque -is omissis (MART. 12, 75, 6 FRONTO p. 111 N. AVG. civ. 2, 19). SEN. epist. 16, 8 -arum opumque. 24, 11 languor et -ae. BVC. Eins. 2, 10 -ae somnusque. PLIN. nat. 22, 14 -ae luxusque (MART. 12, 15, 5). MART. 1, 14, 1 -as ... lususque iocosque (4, 87, 2 lusus -asque. 7, 14, 2). 5, 34, 2 oscula -aeque. 9, 28, 2 plausus -aeque (10, 53, 2). 10, 35, 9 -ae facetiaeque. QVINT. inst. 10, 1, 43 lascivia -aeque. PLIN. epist. 1, 20, 23 -ae desidiaque. 2, 5, 4 fastidium -aeque. AMPEL. 11, 4 -ae et luxuria. FRONTO p. 45, 20 N. -arum voluptatumque (ARNOB. nat. 7, 33). GELL. 20, 4, 1 in -is atque in oblectamentis. COMMENT. Lucan. 1, 162 -as ambitionemque. divitiae et deliciae: *v. Wölfflin, Archiv 1, 383.*

deriv.: deliciare, deliciolae, deliciosus.

dēliciāris, -e [*a* 1. delicia, *cf.* colliciaris. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 73 *v. p. 445, 73.*

1. dēliciātus, -a, -um *a* 1. delicia. *v. p. 445, 73.*

2. dēliciātus, *v. sub* 1. delicio.

1. dēlicio, -ātus, -āre [*a* delicia(e). *Th.*]. *i. q. delectare*: MAX. TAVR. serm. app. 9 neque enim oblectationes domini scire quivisset, ni diu expertus esset, quibus dominum -asset. VEN. FORT. 11, 23[a], 2 et satiat vario -ante ioco. *passivum i. q. delectari, deliciis frui*: GLOSS. -atur epulatur. ITALA Am. 6, 4 (Ps. Aug. spec. 110 p. 638, 1) qui ... -amini super toros eorum (καταστραταλῶντες, VVLG. lascivitis). psalm. 36, 4 (Rufin. in psalm. 36, 4) -are in domino (κατατρύφησον, VVLG. delectare). Sirach 31, 24 (Ps. Aug. spec. 52 p. 527, 12) anima illius cum ipso -bitur (LXX *aliter*, VVLG. delectabitur). I Tim. 5, 11 (Cypr. test. 3, 74 Hil. in psalm. 67, 7) cum enim -atae fuerint in Christo (καταστρηνιάσωσιν, VVLG. luxuriatae). Iac. 5, 5 (Ps. Aug. spec. 110 p. 639, 13) -ati estis super terram (ἐτρυφήσατε, VVLG. epulati). RVFIN. Orig. in num. 21, 1 semper in domino ... -buntur. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 4 in carne. *ibid.* in domino. Orig. in cant. 1 p. 95[D] auditu -bitur. 3 p. 161[D]. PAVL. NOL. epist. 1, 8 in Christo -amur. AVG. epist. 109, 1 -atur anima mea (418, 38 MVTIAN. Chrysost. hom. 25, 3). c. Iul. 1, 5, 18 contristari ordinatus es, numquid -ari? ALC. AVIT. epist. 86 p. 96, 3 -atus maxime, tardissime satiatus. OP. imperf. in Matth. 5 p. 663 non temptatur in esca i. non inebriatur, non -atur. MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 4 in honore esse tantum est -ari. 24, 2. 25, 3. 26, 3. 29, 4 non itaque -emur deliciis corporis. *ibid. iterum.* ANNIAN. Chrysost. hom. 3, 5 -aris ac rides. *nota part. praes. sensu reflexivo*: AVG. serm. 299, 8 patientis verba sunt, non -antis. *seq. accus.*: RVRIC. epist. 2, 43 p. 427, 12 dum nos volatilia ... -amur.

2. dēlicio, -ere [*a* de *et* lacere, lacit. *Th.*]. NON. p. 277 -ere est inlicere. TITIN. com. 100 qui †lum (qui illum *det.*) sciat -ere. GRATT. 303 *fera* -ecta.

dēliciolae, -ārum *f. a* deliciae *deminutive.* CIC. Att. 1, 8, 3 Tulliola -ae nostrae.

dēliciolum, -ī *n.* [*a* delicium *deminutive. Th.*]. SEN. epist. 12, 3 filius, -um tuum. *Simbeck.*

dēliciōsitās, -ātis *f. a* deliciosus. *i. q. voluptas*: OP. imperf. in Matth. 3 p. 648 ne ... ipsa -s virtutem patientiae emolliret.

dēliciōsus, -a, -um *a* deliciae. *comp. et superl. v. infra l. 68.* GLOSS. IV 369, 48 nutricius -us vernaculus (*cf. l. 56*). 328, 50 -us nutricius. *i. q. deliciarum plenus.* **1** *de personis i. q. voluptuosus, luxuriosus, mollis*: HERM. Pal. sim. 6, 5, 5 actus deliciarum, quodcumque -us homo libenter facit. DON. Ter. Ad. 842 *psaltriam* -am esse oportet. SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 108 *vernae* -i sunt. AMBR. paenit. 1, 9, 42. Ps. AMBR. serm. 53, 6 (= MAX. TAVR. serm. 68) illa -a vidua (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 47, 8. Ps. AVG. serm. 303, 7 bonae viduae, non -ae. SALV. eccl. 2, 25. 26). HIER. hom. Orig. in Ier. 11 p. 839 quod a -is aegrotantibus medici patiuntur. RVFIN. hist. mon. 31 p. 459[B]. apol. 1, 8 nos caruales et -os dicitis. AVG. serm. 210, 10 sunt ... -i potius quam religiosi. VAL. CEM. hom. 2, 4 militibus. SEDVL. carm. pasch. praef. 8 divitias ... -us amas. POMER. 2, 21, 2. 2, 22, 1 CASSIOD. in psalm. 101, 10 PALLAD. hist. mon. I 6 p. 268[B]. *nota i. q. deliciae*: PASS. Paul. 2 -us (delicius *al.*) et pincerna regis. **2** *de rebus i. q. iucundus, abundans, lenis*: EXPOS. mundi 25 Berytus civitas valde -a (26 Caesarea civitas ... similiter -ior [-issima *rec. alt.*]. ITIN. Anton. Plac. rec. A 1. 33. *cf.* RVFIN. hist. mon. 29 p. 453[B] locus ... -us et abundans [*syn.* amoenus]). VEN. FORT. carm. 1, 6, 16 PALLAD. hist. mon. II 10 p. 361[C]. FILASTR. 9, 1 -as escas non sumentes (*cf.* SCHOL. Pers. 6, 33 cenam. PHILAGR. med. 3 p. 98 copia ciborum -a. COD. Theod. 7, 22, 5 [*a. 333*] nutrimentis. CASSIOD. in psalm. 125, 6 comessationes. CAES. AREL. suggest. p. 304 nimium sumptuosa et -a convivia. GREG. M. epist. 10, 16 pabulo). SCHOL. Hor. carm. 3, 9, 4 copiis. SCHOL. Pers. 2, 42 gulae -ae. Ps. AMBR. mor. Brachm. p. 1171[A] -as atque optimas auras. Ps. RVFIN. in psalm. 75, 6. AVG. conf. 10, 34, 53 lassitudines. gen. ad litt. 8, 10 p. 247, 2 per agriculturam non laboriosam, sed -am. gen. c. Manich. 2, 9, 12 -a quies. epist. 118, 13 -as et tenerrimas vestes (Ps. AVG. serm. 276, 2 victum et vestitum sufficientem et mediocrem, non pomposum nec -um). MART. CAP. 7, 727 mollitie. 9, 890 -a festinatione. COD. Theod. 1, 16, 11 (*a. 369*) deverticula. RVT. NAM. 1, 378 stagna ... saepto -a vado. PETR. CHRYS. serm. 54 p. 351[C] ut adulescentiae labores senectus -a compenset. SALV. eccl. 2, 67. 68 -am rem et voluptuariam. CASSIOD. var. 2, 39, 4 voluptas. 7, 9, 1 -a magis quam laboriosa militia est.

adv. **dēliciōsē**. *i. q. delicate*: SCHOL. Pers. 3, 111 panem non -e crebro discussum. MVTIAN. Chrysost. hom. 11, 3 -e et optime degere. ANTHIM. 23 -e viventes (MART. BRAC. iact. 3). ORIG. in Matth. 18, 61 large et -e nutriti.

deriv.: deliciositas. *L.*

✱**dēlicium**, -ī *n. et* **dēlicius**, -ī *m.* [*cf. c.* deliciae, delicatus. *Th.*]. *inde a* COPA *et* SEN. GLOSS. -us puer in deliciis amatus a domino. V 496, 53 dicius dilicius. *cf.* delictus (*fort.* delicius) verruclatus quem dicunt.

i. q. deliciae: **1** *i. q. persona dilecta; cf.* PLVT. Anton. 59 τῶν Καίσαρος παιγνίων παιδάριον, ἃ δηλίκια Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. SEN. epist. 12, 3 pupulus etiam -um meum factus est. ARNOB. nat. 4, 26 Catamitus rapitur delici[ar]um futurus et poculorum custos. LVCIF. non parc. 24 p. 261, 28 te tam fidelissimum -um suum. AVSON. 329, 1 -um. *cf. p. 449, 65. saepe in titulis, ex. gr.*: CARM. epigr. 238, 2 ⟨ut er⟩am ⟨d⟩elicio domus. 80, 3. 92, 5 dulcis pupa, delic⟨ium tuum⟩. 403, 3 -um domini (1075, 7). CORP. VI 1963. 4376. 4776. 5163. INSCR. suppl. pap. of the am. school in Rome II 270 (*Romae*) -us Matris Matutae sextae reg(ionis) Eucerus. *cf.* CORP. VI 800. 3967. 25375. **2** *i. q. bestia dilecta*: COPA 26 Vestae -um est asinus (*cf.* PHAEDR. 4, 1, 8). MART. 1, 7, 1 Stellae -um mei columba. 13, 98, 1 -um parvo donabis dorcada nato. TERT. anim. 24 leo ... cum toto suggestu iubarum -um fiet Berenices. **3** *i. q. res dilecta*: MART. 7, 50, 2 fons dominae ... gloria conspicuae -umque domus.

deriv.: deliciolum. *Simbeck.*

dēlico **1** *v.* dedico. **2** *v.* deliquo.

dēlictio (-ōnis *f.*) desinteria (δυσεντερία), distillatio GLOSS. *cf., ut videtur, c.* deliquescere, *nisi scrib.* deiectio, *cf. p. 401, 76.*

dēnūdātio, -ōnis *f. a* denudare. GLOSS. γύμνωσις. **1** *proprie*: ISID. in lev. 11, 16 *capitis.* VINDIC. gyn. p. 460[5] dentium -es (*sc. gingiva minuta*). **2** *translate*: ITALA I reg. 20, 30 (Legion. marg.) in confusionem -um matris tuae (εἰς αἰσχύνην ἀποκαλύψεως μητρός σου, VVLG. ignominiosae matris tuae). AMBR. Noe 29, 113 animae. VVLG. Sirach 11, 29 operum (ἀποκάλυψις). CASSIAN. inst. 7, 13 tit. vitiorum. EVGRAPH. Ter. Eun. 507 quorum (*argumentorum*) quidem causae -o (derivatio *prop. Wessner*) manifesta est.

dēnūdātor, -ōris *m. a* denudare. GLOSS. γυμνωτής. *de officio*: CORP. II 6328 -r gimnasius? (*i.* gymnasii?) Arescu(sae).

dēnūdo, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* nudare. GLOSS. γυμνῶ ἀπο-γυμνῶ. -at γυμνοῖ, ἐκδύει. *legitur inde a* PACVV. [*dub.*: INSCR. christ. Rossi I 493].

1 *proprie*: a *generatim*: *i. q. vestem sim. detrahere*: CIC. Verr. 6, 32 ne -etur a pectore. LIV. 5, 27, 9 -atum eum ... pueris tradidit. 45, 39, 19 Galba nitens et integrum *corpus* -et. SEN. contr. 2, 7, 4. PLIN. nat. 11, 76 ut -et feminas vestis *perlucida.* SVET. Aug. 69 APVL. met. 5, 30. TERT. orat. 22 quid -as ante deum, quod ante homines tegis? ITALA deut. 22, 30 (Lugd.) -bit operimentum patris sui (ἀποκαλύψει, VVLG. revelabit). Is. 47, 2 (Hier. epist. 22, 6, 2) -a crura tua (ἀνάσυρε, VVLG. revela). TREB. trig. tyr. 23, 5 convivio discumbere milites, ne[c] inferiora -rentur, cum sagis iussit. VVLG. Iudith 9, 2. Is. 47, 2 -a turpitudinem tuam (CYPR. GALL. exod. 1109 turpia). MVTIAN. Chrysost. hom. p. 11, 4 membra. PASS. Petr. 5 pectora. *c. abl.* (*cf. l. 30. 66*): ITALA lev. 10, 6 (Aug. quaest. hept. 3, 32) caput vestrum cidara non -bitis (ἀποκιδαρώσετε, ITALA Lugd. exuetis mitra, Hier. epist. 39, 4, 7 caput vestrum non -bitis, VVLG. nolite nudare). AVIAN. fab. apol. 5 tergum superbo amictu. VVLG. Ezech. 16, 39 te vestimentis tuis (23, 26). VEN. FORT. vita patr. 6, 18 mulier vestibus se -at. *cf.* FIRM. math. 4, 19, 7 caput capillorum raritate -at *Saturnus.* *i. q. desecare*: PACVV. trag. 200 -atis ossibus (*cf.* SEN. Thy. 763 -at artus durus atque ossa amputat, *dum comedit.* ZENO 1, 12, 8). Ps. SORAN. quaest. med. 249 per incisiones -atum patefacere vulnus. MART. CAP. 1, 9 -ata pecudum ... viscera. CHIRON 662 p. 210, 1 scalpello supra totas venas -as. *adde*: VVLG. Hab. 3, 13 fundamentum *domus* usque ad collum (*sc. fodiendo*). *i. q. decorticare*: VARRO rust. 1, 41, 2 cuius surculi corticem integrum servandum et eum sic exacuendum, ut non -es medullam. *i. q. tondere*: PETRON. 103 capitaque cum superciliis -anda tonsori praebuimus. CALP. ecl. 5, 73 tibi cum vacuas posito velamine costas -vit ovis. *de foliis arborum*: CIC. Arat. 119 -at foliis ramos et cortice truncos. Q. CIC. carm. frg. 10 effetos (et fetos *codd.*) ramos -at flamma Nepai. *i. q. aperire*: ITALA gen. 8, 13 (Ambr. Noe 20) -vit Noe tectum arcae (ἀπεκάλυψε, VVLG. aperiens). num. 22, 31 (Lugd.) oculos (*in imag.*; ἀπεκάλυψε, VVLG. apernit). Nah. 1, 5 (Weing. Cypr. testim.e 3, 20) -ata est universa (*om.* Cypr.) terra (ἀνεστάλη, VVLG. contremuit). b *speciatim t. t. rei milit. i. q. indefensum latus ostendre*: SEN. dial. 3, 11, 1 gladiatores quoque ars tuetur, ira -at. SIL. 16, 620 tu *Scipio* ... septem -as proditor arces. HOMER. 832 Troianus Apollo mentitos vultus simulati pandit Achillis -atque virum (*Patroclum*). VEG. mil. 3, 17 sive pedites sive equites de acie tuleris, dum alia vis defendere, alia periculosius -bis.

2 *translate*: a *i. q. explicare, apertum facere*: VARRO ling. 9, 112 suam inscientiam -at. LIV. 42, 13, 3 iudicia sua. 44, 38, 1 consilium (EPIST. syn. Arim. Migne 13, 507[c] VVLG. I Macc. 7, 31). SEN. dial. 9, 17, 1 multa incidunt, quae invitos -ent. ITALA Os. 2, 10 (Wirc. Priscill. tract. 1, 22) spurcitiam eius (ἀποκαλύψω, VVLG. revelabo). Sirach 1, 39 (Ps. Aug. spec. 15 p. 374, 9) absconsa tua (VVLG. revelet). Ps. CYPR. abus. 10. Ps. AMBR. laps. virg. 6, 26 in conspectu solis huius tenebrarum vestrarum opera -vit. RVFIN. apol. Orig. 2, 37 p. 616[B] turpitudinem (*syn.* nudare). hist. 4, 11, 3 immensum profundum Valentini erroris ... serpentis in modum caecis semetipsum latebris obtegentem in lucem protrahit ac -at. 4, 25 fallacias. 7, 28, 2 episcopi haeresin Pauli Samosateni ... assiduis disputationibus -antes (ἀπογυμνοῦν). Orig. in lev. 1, 4 qui de verbo dei abstrahit velamen litterae et interna eius, quae sunt spiritalis intellegentiae membra -at. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 8 nec tamquam in vagina nequitiam suam recondunt et contegunt, sed superbo et elato spiritu velut gladium quendam -ant *peccatores.* AVG. util. cred. 3, 9 p. 13, 13 sed velamen eius (*veteris testamenti*) ut per Christum intellegatur et quasi -etur. HESYCH. in lev. 20, 11, 12 p. 1046[A] similis autem impietas est filium patris sui -are sive diffamare peccatum. VVLG. Sirach 4, 21 absconsa tua. 6, 9. 19, 8. 27, 17. 19. 24 Ezech. 23, 18. OROS. hist. 4, 12, 8 cognovisse haec et -are. MAR. VICTOR aleth. 1, 441 corpore velato -ura pudorem. GREG. M. in Ezech. 1, 1, 1 in euang. 7, 3 moral. 6, 25 p. 743[D]. 8, 78. 16, 65 haeretici indoctos quosque a velamine fidei praedicatione pestifera -ant. b *i. q. privare aliquem* (*accedit abl.* [*cf. l. 14*]; de *l. 76*): CIC. de orat. 1, 235 (*in imag.*) ne ... suo quoque eam (*iuris civilis scientiam*) concesso et tradito *ornatu* spolies atque -es. epist. 12, 15, 1 civibus Romanis omnibus (*om. H D*) crudelissime -atis ac divenditis. Ps. QVINT. decl. 1, 17 p. 18, 31 quam facile decipi, quam facile -ari, quam sine labore falli potes. ZENO tract. 1, 4, 2 proprios *filios* -at affectu *Impudicitia.* 1, 5, 7 sacraria. RVFIN. symb. 15 hac eos potestate -vit. COMM. instr. 2, 29, 12 tunc [re]petit suppetium miser -atus a nobis. ENNOD. dict. 8 p. 449, 19 filii qui parentum suorum praesidio -antur (COD. Iust. 4, 20, 14 huiusmodi praesidio). GREG. TVR. Franc. 4, 44 *regionem* tam de pecoribus quam de hominibus -vit. 8, 30 ecclesias.

deriv.: denudatio, denudator. *Stöger.*

dēnumero *etc. v.* din-.

dēnūndinat omnibus notum facit aut divulgat GLOSS. (*fort.* din-). [*a* de *vel* dis *et* nundinare. *Th.*] *L.*

dēnuntiātio, -ōnis *f. a* denuntiare. PAVL. FEST. p. 66 condictio in certum eius rei quae agitur, -o. SERV. auct. Aen. 3, 107 'tertia lux' hoc quidam iuxta speciem auguralem positum tradunt,

quae appellatur condictio, id est -o, cum denuntiatur, ut ante diem tertium quis ad inaugurandum assit. GLOSS. διαλαλία. ἀπόφασις. παραγγελία. testatione -e. *legitur inde a* CIC., *deest poetis. pluralis*: VAL. MAX. 1, 1, 1 SEN. contr. 2, 5, 4 PS. QVINT. decl. 8, 21 PLIN. epist. 6, 8, 9 SVET. Aug. 66 VLP. dig. 40, 5, 26, 10. 48, 19, 5 PAVL. dig. 4, 4, 38 TERT. praescr. 44 scorp. 4 ARNOB. nat. 5, 3 LEO M. serm. 16, 3 p. 177. 29, 2 p. 228 PROSP. sent. 215 (214) COD. Iust. 8, 13 (14), 10 PALLAD. hist. mon. I 6 p. 267[D] ORIG. in Matth. 18, 55.

I ***generatim et latiore sensu*** *i. q.* ***nuntiatio, declaratio,*** *renuntiatio, promulgatio, postulatio, indicium, iussum, edictum sim., saepe cum* ***minandi*** *notione coniuncta*: **A** *absolute*: CIC. Phil. 6, 4 huic -i parebit. BELL. Alex. 34, 3 hanc -em cum maiorem vim habituram existimaret. LIV. 4, 36, 3 cum patres clandestina -e revocati ad diem certam essent. 38, 14, 13 hac -e conterritus (CVRT. 6, 5, 19 IVST. 5, 3, 8). SEN. contr. 2, 5, 4 instat ante -bus quam tormentis tyrannus et minando torquet. SEN. dial. 6, 17, 6 epist. 67, 14. 94, 36 -o (*i. minae*) et castigatio insanos coercuit. PETRON. 94 confusus hac -e. QVINT. inst. 4, 5, 5 si nulla -e in se conversum intrarit oratio. PS. QVINT. decl. 8, 21 post gravissimas -es redditus vitae. FRONTIN. strat. 1, 11, 6 qua -e concitati. 2, 8, 14 qua -e (*i. praecepto*) cum effecisset. PLIN. epist. 6, 8, 9 quid -bus et quasi minis ago? MARCIAN. dig. 40, 1, 5 sub ea -e (*i. comminatione*), ut is servus ... in opus metalli detur. TERT. scorp. 4 divinarum et -um (*i. minarum*) et executionum intentionem. ITALA act. 5, 28 *v. p. 554, 76*. CORP. VIII 23956, 6 ⟨n⟩ostramque -em initium honoris (*loco lacunoso*). CLEM. ad Cor. 63 secundum -em quam fecimus de pace et concordia. DON. Ter. Ad. 996 cum quodam stomacho et velut minaci -e profertur. Hec. 745 cum -e pronuntiandum est. Phorm. 127 a -e in personam, ne diceret 'non mihi denuntiasti'. MART. CAP. 9, 896 quae *lux* vias vestigia ... exitusque ignivagae -is agnoscit. OROS. hist. 3, 3, 2 cum post terribilem -em ... funditus terra tremeret. GILD. Brit. 62 chron. III p. 60, 11 quae adhortationem vel -em exprimant regibus non minus quam minas. GREG. M. epist. 2, 190, 5 scripta -e mandare.

B *cum genet.*: **1** *obiecti*: CIC. Planc. 87 *quem* consul proscriptionis -e terrebat. BRVT. Cic. epist. 11, 20, 2 iactatione verborum et -e periculi (CAES. civ. 3, 9, 2 neque pollicitationibus neque -e periculi. *cf. p. 553, 28*). LIV. 3, 36, 3 -e ingentis terroris. 42, 22, 3 rogationis -e. VAL. MAX. 1, 1, 1 ostentorum ac fulgurum -es. 7, 6, 6 indicti tumultus -e. 9, 12, 5 contumeliosae mortis. PS. QVINT. decl. 13, 4 notae impotentiae. TERT. pudic. 10 nec competere ethnicis paenitentiae -em. *cf.* adv. Marc. 4, 11 p. 450, 2 per -em et laudationem paenitentiae. DON. Ter. Ad. 127 sequitur -o discedendi. Phorm. 440 aliqua maior litigandi -e. IVL. RVF. rhet. 17 p. 43, 13 διαβολή (διαπειλή interminatio *Gesn.*, ἀπειλή *Halm dubitanter*) criminatio et quasi -o eorum quae futura sunt. HIL. trin. 4, 41 fuge confusionis -em. in Matth. 24, 7 poenae (in psalm. iustr. 5). SYMM. epist. 3, 15, 1 litteris meis -o ista certaminis est (*i. provocatio*). 7, 15 nec verearis ruris horridi -em. AMM. 26, 2, 1 sub exitii -e statutum est. AMBR. Iac. 1, 4, 13 per bonum -is suae peccati ipsius acervavit invidiam ... cumulatum est -e mandati. OP. imperf. in Matth. 3 p. 652 irae. *nota pro genet.*: CASSIAN. conl. 10, 2, 2 cum -e paschali disseruit (GREG. M. epist. 2, 190, 11 suscipienda paschalis -o). GREG. M. epist. 2, 365, 14 -o pro septiforma laetania. **2** *subiecti*: CIC. Sull. 52 ad M. Laecam Catilinae -e convenit. PLANC. Cic. epist. 10, 8, 4 praematura -e boni civis imparati. LIV. 24, 37, 11 ut sciretur, utrum paucorum ea -o (*i. declaratio*) an universae civitatis esset. perioch. 64 senatus. TERT. patient. 9 p. 14 apostoli. ARNOB. nat. 5, 3 *Iovem* mortalium sese -bus (*f. i. precibus, postulationibus in adiurando*) sistere. AQVILA rhet. 24 p. 30 neque minis et -e potentium perterritus (*v. p. 552, 13*). DON. Ter. Ad. 161 fides in concipiendis comminationibus -o comminantis est. ISID. reg. monach. 20, 2 ad ianitorem pertinebit -o advenientium. GILD. Brit. 105 chron. III p. 82, 15 quod vero item comprehendit, malorum hominum -o est. *adi. pro genet.*: LEO M. serm. 16, 3 paternis vos ... -bus admonemus.

C *seq. acc. c. inf.*: CIC. Phil. 7, 14 -o est paratum illi exitium.

D *seq.* ut, ne: LIV. 38, 32, 4 una -e, ut bello abstinerent. FVLG. myth. 3, 6 Apollinis -e, ne iubetur puella ... dimitti.

II ***speciatim*** *et technice*: **A** *i. q. praedictio, praesagium, vaticinatio*: CIC. div. 2, 54 a deis profecta significatio et quasi -o calamitatum. VELL. 2, 70, 1 manifesta -e quietis territo. VAL. MAX. 8, 11 ext. 1 interitum sibi caelesti -e portendi credentes. SEN. nat. 1, 1, 3 nec Germanici mors sine -e tali fuit. TERT. praescr. 44 si vero memores dominicarum et apostolicarum scripturarum et -um. HEGES. 5, 44, 1 -is perseverantia. PS. RVFIN. in Am. 3, 3/8 per -em prophetalem. AVG. civ. 18, 44 cuius (*sc. Ninevitarum excidii*) -o. MACR. sat. 1, 11, 4 post secundam -em *Iovis* ob eandem neglegentiam. PROSP. sent. 215 (214) stultus, qui non credit -bus prophetarum. ENNOD. dict. 8, 3 p. 446, 21 augurum. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 267[D] -bus futurorum (*cf. supra l. 46*). ORIG. in Matth. 18, 55 praeceptis et -bus *prophetarum. huc traham*: PS. QVINT. decl. 4, 12 parricidium dictus sum facturus ... quem mihi post hanc -em assignetis animum?

B *i. q. belli indictio*: CIC. Phil. 6, 4 non est illa legatio, sed belli -o. LIV. 21, 19, 1 CVRT. 4, 4, 18 addita -e belli. QVINT. inst. 3, 8, 20 citra hanc -em (*praecedit* bellum minitentur). IVST. 18, 6, 1 sub belli -e. *adde*: LIV. 45, 3, 7 *eum* alias *urbes* -e armorum terreret.

C *in re iudiciaria* (*cf. Daremberg-Saglio III 102; Kipp, PW. V 222—226*): VLP. dig. 24, 1, 1, 7 si contra testationem -emque fecerit. 50, 16, 40 detestatio est -o facta cum testatione. **1** *i. q. detestatio, antestatio*: CIC. Flacc. 14 ut eos ... testimonii -e terreret (18). SVET. Aug. 66 Gallo ... accusatorum -bus (*i. testimoniis*) ... ad necem compulso. *huc pertinere videntur*: PAPIN. dig. 48, 5, 40 (39), 3 -o ad domum mulieris missa. SCHOL. Cic. Bob. p. 40, 27 territos ab illo dicit -e veniendi (*v. p. 551, 61*). **2** *litis praeparandae causa i. q. indicatio consilii alteri detegendi, nuntiatio accusatoris, ut aliquis aliquid faciat vel facere desinat, ne in ius vocetur, necnon criminatio, accusatio*: CIC. de orat. 2, 82 attentum *indicem facere* non prima -e efficere possumus (*sed potest ad I A referri*). QVINT. decl. 350 p. 399, 12 personam non onero, -em dissimulo. CALP. decl. 5 quantum ausus est, quod ne post -em quidem creditum. CELS. dig. 21, 2, 62, 1 propter -is vigorem. IVLIAN. dig. 17, 1, 30 nisi -i procuratoris paruero. GAIVS inst. 4, 18 -o adversario facta, ut ad iudicem capiendum adesset (PAPIN. dig. 44, 3, 10 VLP. dig. 16, 3, 5, 2 PAVL. dig. 16, 3, 27). PAPIN. dig. 48, 16, 4 post interpositam -em (MOD. dig. 21, 2, 63). 49, 1, 23, 3 -em rumpere. *praecipue apud* VLP. *et* PAVL. dig.; *ex. gr.*: 25, 3, 1, 5 -o a marito incipit. 25, 3, 1, 8 si omiserit -em. 39, 1, 5, 10 -o est necessaria. 39, 2, 4, 6 exigere -em. 40, 5, 26, 10 -bus et edictis litterisque evocandi sunt. 43, 24, 5, 1 diem et horam -e complecti. 44, 6, 1, 1 litigiosam rem non facit -o. 48, 5, 18 (17) ut eius -o videatur electionem accusatori reservare. 48, 5, 18 (17), 2 in -e ... quasi -o praecesserit. 48, 5, 18 (17), 5 rata erit -o, ut. 48, 19, 5 neque -bus neque edictis praesidum obtemperassent. PAVL. dig. 4, 4, 38 -bus tutoribus saepe datis. 5, 2, 7 *si* usque ad -em vel libelli dationem processerit. 39, 1, 19 operis novi -em praetor denegat. PAPYR. Britt. 229 (*a. 166*), 9 simplam pecuniam sine -e recte dare stipulatus est (COD. Iust. 8, 13 [14], 10 debitores praesentes prius -bus conveniendi sunt. 8, 28 [29], 2 pr. debitoris -o, qui creditori suo ... -at, ita demum efficax est, si). APVL. apol. 60 potui -e impedire. SCHOL. Cic. Bob. p. 152, 4 ut alia *interrogatio* significaret accusationis -em. PS. ASCON. Verr. p. 164 comperendinatio est ab utrisque litigatoribus invicem sibi -o in perendinum diem.

dēnuntiātīvus, -a, -um *a* denuntiare. *i. q. ad denuntiationem pertinens*: SERV. auct. Aen. 4, 696 sunt fata quae dicuntur -a, sunt alia fata quae condicionalia vocantur. -a sunt quae omni modo eventura decernunt ... -o fato et mutationem omnino non recipit (*4[ies] ibid.*). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 67 quidam sine -o motu corripiuntur.

dēnuntiātor, -ōris *m. a* denuntiare. *de re cf. Kübler, PW. V 226*. GLOSS. παραγγελεύς. *i. q. magistratus minor imperii qui securitati regionis urbanae praefuit*: CORP. X 515, 12/13 (*a. 142*) lictores populares, -es Puteolani. 5917 decuriali decuriae lictoriae popularis -um. *nescio an huc pertineat*: CORP. VI 10095 L. Marius Auctus denunttiator (*sic*) ab scaena Graeca. *i. q. accusator*: COD. Theod. 16, 5, 9, 1 (*a. 382*) sublimitas tua det inquisitores ... indicet -esque sine invidia delationis accipiat.

dēnuntiātus, -ūs *m. a* denuntiare. *i. q. denuntiatio*: PS. RVFIN. in Am. 7, 4 huic quoque -ui audet obsistere. 8, 11 sub -u poenae.

×dēnuntio, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* nuntiare. *de formis*: denontio: LEX Bant. (Corp. I 197) 3 TAB. Trag. (Corp. III p. 961 *s. VI*). *imp. pass.* denuntiamino: LEX colleg. aq. (Corp. VI 10298 *ante Tiberium*) 15. -cio *in titulis nonnisi* LEX met. Vipasc. frg. 2, 15 *exhibetur, in libris utraque scriptura promiscue habetur. per tmesin* moneo praeque -o *apud* SIDON. epist. 1, 9, 7 (CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 10) *v. sub* praedenuntio. *de sensu*: DIFF. ed. Beck p. 31, 32 annuntiatur de futuro, nuntiatur de longinquo, -atur in praesenti (*quod usu non comprobatur*), renuntiatur de excusando vel etiam repudiando (= AGROEC. gramm. VII 121, 24 ISID. diff. 1, 25). GLOSS. ἀπαγγέλλω. παραγγέλλω. -at ἀπαγγέλλει. παραγγέλλει. ἀποφαίνεται. διαλαλεῖ. protestatur aut praedicit. detestatur nuntium fert. praedicat. -vi παρήγγειλα. -vit praedixit. *legitur inde a* LEGE Bant. (Corp. I 197) 3. *praeter* VERG. (*bis*) *et singulis locis* LVCID. PROP. OV. AETNAE CYPR. GALL. COMM. *vocem devitant poetae; frequentant* CIC. (*88[ies]*) LIV. (*48[ies]*) ICTI (*plus 160[ies]*), *deinde* SEN. rhet. *et* APVL. (*11[ies]*) SEN. phil. (*17[ies]*) CVRT. (*14[ies]*) SVET. *et* VVLG. (*12[ies]*). [*dubia*: CIC. de orat. 3, 144 SEN. nat. 2, 47 MART. CAP. 1, 9. *incertae et lectionis et interpretationis*: VVLG. Sirach 16, 31 anima omnis vitalis -vit ante faciem ipsius (τὴν ψυχὴν παντὸς ζώου ἐκάλυψε).]

I ***generatim*** *i. q.* ***nuntiando solemniter*** *vel graviter* ***declarare,*** *certiorem facere, praedicare, referre, renuntiare, enuntiare, proclamare sim., notione* ***minitandi*** *saepe subeunte.*

A *cum subiecto personae vel raro rei et plerumque quidem personatae, hic illic impersonaliter*: **1** *absolute*: CIC. Verr. 1, 36 moneo, praedico, ante -o (Rab. Post. 15 moneo et praedico ... -o ... omnes homines ... testor. Phil. 7, 20 monebo, praedicam, -bo testaborque ... deos. epist. 4, 3, 1 multo magis monente et -ante te).

leg. agr. 2, 94 quid praetor edixisset, ubi cenaret, quo -asset. dom. 117 cum tribunus plebis . . . -are potueris vel etiam cogere (*fortasse ad II D 1 trahendum*). Att. 11, 23, 3 ipse videtur -are. PAVL. FEST. p. 64 condicere est dicendo -are (GAIVS inst. 4, 18 condicere -are est prisca lingua). SEN. suas. 5, 2 non -ret, si venturus esset (*praecedit* si venturus esset, non minaretur. 5, 4). CALP. decl. 5 -vi . . . dii boni (*bis, i. minaciter dehortatus sum*). TERT. adv. Marc. 4, 16 proinde -ans 'non occides, non adulterabis' *eqs.* LACT. inst. 3, 30, 4 testificor, proclamo, -o. VVLG. num. 18, 26 praecipe Levitis atque -a (ἐρεῖς) cum acceperitis. II Thess. 3, 12 -amus (παραγγέλλομεν) et obsecramus in domino. EVGIPP. Sev. 43, 4 sicut divinus sermo -at. 2 *accedit dat. personae*: CIC. Q. Rosc. 26 iudici hic -vit: absolutus est. Att. 2, 22, 1 volitat, furit . . . multis -at (*i. minatur*). epist. 13, 77, 1 si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi . . . -are. BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 2, 3 ea re -atum (*i. mandatum, imperatum*) esse veteranis quod de commodis eorum . . . laturus esses. LEX colleg. aq. (Corp. VI 10298) 11. 15 magistrisve -amino in biduo continuo, ni nuntiarit. SEN. contr. 2, 1, 1 -o tibi, dives. VVLG. gen. 43, 3 -vit nobis vir ille (εἶπε. 43, 5). I Macc. 9, 63 his . . . -vit (παρήγγειλε. *sic* act. 23, 30. II Thess. 3, 6. 10). CASSIAN. conl. 17, 20, 4. TAB. Trag. (Corp. III p. 961) denontio tibi . . . -o tibi . . . cave te. *adde impersonaliter*: ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 101 quibus *matronis* -atum erat (147 quibus *pueris* -atum erat). SEN. epist. 97, 5 hoc vero matribus familiae -are est (*sed fortasse technice accipiendum; v. p. 556, 3*).

B *aliquis, rarius aliquid (vel passive) rem incorpoream, plerumque cum dat. personae, ad notionem praedicandi proxime accedit* (*v. p. 555, 19 sqq.*): CIC. part. 121 periculum (Mil. 3. Att. 2, 20, 2 Clodius adhuc mihi -at periculum. SEN. contr. 1, 8, 16. suas. 4 tit. cum -atum esset illi responso auguris periculum. POMP. TROG. Iust. 38, 7, 4 militiae periculum). VAL. MAX. 1, 8 ext. 9 -atum periculi genus effugit. PLIN. nat. 23, 63. 36, 66. LACT. inst. 2, 16, 11. 13 quae pericula et responsis -verunt. CIC. leg. agr. 2, 13 ut oculis et aspectu -are omnibus vim tribuniciam . . . videretur (Mur. 49 Sest. 40 Phil. 1, 26). Catil. 3, 17 fati diem rei publicae. Rab. perd. 33 idem . . . clamo, praedico, -o. Flacc. 7, 2 huic inimicitias (Phil. 5, 19 SEN. epist. 76, 1). dom. 55 mihi caedem et dimicationem. Sest. 40 nec mihi ille iudicium populi nec . . . contentionem nec disceptationem aut causae dictionem, sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra -bat. 46 proscriptio, caedes, direptio. Mur. 51 iudicium minitanti ac -anti (SEN. epist. 24, 1 quod *iudicium* tibi furor inimici -at). Mil. 52 mortem ab illo -atam Miloni et praedicatam palam (Phil. 3, 23 LIV. 7, 39, 14. 45, 32, 6 qui non paruisset imperio, mors -ata. VAL. MAX. 3, 2 ext. 3 mors erat -ata: Lacedaemonii, perinde ac victoria esset promissa, dicto intrepidi parueruut. SEN. dial. 6, 10, 5 mors . . . -ata nascenti est. epist. 70, 11 mortem vis externa -at. CVRT. 7, 7, 39. QVINT. decl. 343 p. 355, 9 quae pro pudicitia minatur, quae mortem -at. Ps. QVINT. decl. 15, 14 mortem suprema -es. AVG. civ. 13, 15 deum -asse mortem in eo quod ait. *quorum nonnulla ad II B vel II C referri possunt*). CIC. Phil. 3, 22 quem *timorem* -at. 7, 26 quae interdicta et -ata sunt. 5, 21 -are populo Romano servitutem. 9, 7. 14, 8 omnibus . . . pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta -at. Tusc. 1, 118 parad. 39. Tim. 28 orbis illius generis . . . omnia animo mentique (*metonymice*) -at. Att. 8, 11, 4 proscriptio. 8, 11[d], 7. 13, 12, 3 Varro mihi -verat magnam . . . προσφώνησιν. 15, 20, 2 ad Brut. 1, 12 (9, 21), 2. PROP. 4, 3, 61 illa dies . . . caedem -at agnis. OV. hal. 60 actus aper saetis iram -at hirtis (SVLP. SEV. chron. 1, 30, 3 sacerdoti iram -at. 1, 32, 5 CYPR. GALL. num. 404). LIV. 4, 12, 3. 45, 32, 8 ludicrum. SEN. contr. 1, 8, 14 perpetuam -verunt militiam (CALP. decl. 52 IVST. 42, 2, 10). contr. exc. 6, 6 veneficium. 7, 4 (19), 4 catenas *victo* -as. SEN. dial. 5, 27, 4 vides quam impacatam tibi -es vitam. nat. 6, 2, 1 solacium . . . promiseram . . . undique timenda -o. epist. 24, 16 cui . . . -bitur dolor (AVG. civ. 14, 9). 76, 33. SENT. procos. Sard. (Corp. X 7852 *a. 69*) 23 saepe -atae animadversioni obnoxios. COLVM. 9, 12, 1 *rex apium* longiorem fugam -vit. QVINT. inst. 11, 3, 120 sententias. decl. 348 p. 370, 27 noctem (p. 371, 23). 351 p. 381, 15. FRONTIN. strat. 1, 1, 1 credidit imperatum . . . si omnibus idem -ari notum fuisset. TAC. ann. 15, 61 necessitatem ultimam. SVET. Iul. 65 ut neque itineris neque proelii tempus -ret, sed paratum . . . subito educeret (Claud. 13 -ato . . . itinere). VLP. dig. 48, 1, 18, 20 quod *periculum* capitalem poenam -at. PAVL. sent. 2, 24, 8 quod maxima pars earum -at. APVL. met. 9, 5 sibilo etiam praesentiam suam -ante. 11, 27 epulas. Socr. 6, 133. TERT. bapt. 10 baptismus ab Iohanne -atus. ieiun. 16 nudipedalia. nat. 1, 7. spect. 3 servis dei abstinentia. SORT. Sangall. 41, 4 animus tuus -bitur. LACT. epit. 38 (43), 5 ultionem minarentur ac -rent futurum. AQVILA rhet. 26 p. 30, 31 dilectus iuventuti. PAPYR. Wessely p. 9 n. 14, 5 *pupillis* satisdatione completa (*pro acc.*) -a. Ps. AVR. VICT. orig. 16, 2 armis quoque ei vim. HIL. in Matth. 12, 14 excidium. Ps. HIL. dedic. eccl. p. 881[A] *quae cuncta* veram nostrae fidei . . . sinceritatem -ant. SYMM. epist. 7, 35, 3 ne regioni illi . . . -are . . . fastidium meum videar. AMM. 30, 5, 15 fatum sortem -bat ei. AMBR. Iac. 1, 4, 13 *lex* peccatum -vit. HIER. epist. epist. 14, 6, 2 *haec* timida navigaturis voce -o. VVLG. II Thess. 3, 10 hoc -bamus vobis. MART. CAP. 9, 894 OROS. hist. 5, 10, 9. ALC. AVIT. carm. 6 prol. p. 274, 7 post -atum poematis finem. MEROB. pros. frg. 1 B 19 quae pu⟨blica fa⟩ma -at. EVGIPP. Sev. 34, 2 regis aeterni magnalia. *nota cum dat. rei*: SEN. contr. 10, 2, 8 eidem rei non potest et praemium dari et nota (*i. infamia*) -ari. PLIN. nat. 2, 236 natura saevit exustionem terris -ans.

C *seq. acc. c. inf. et quidem saepissime futuri, enuntiato condicionali admodum frequenter accedente. i. q. edicere, iubere, necnon imperare in re militari*: CIC. de orat. 1, 103 cum se ad omnia . . . esse paratum -ret. Quinct. 37 sese procuratorem esse. div. in Caec. 25. Verr. 5, 76 unicuique calamitati fore se -bat. Caecin. 19. 20 Vatin. 14. Phil. 6, 5 testificor, -o, ante praedico, nihil M. Antonium eorum . . . facturum. 7, 3. rep. 3, 19 unam . . . condicionem iuris esse -ant *Pythagoras et Empedocles*. epist. 12, 18, 1 cum mihi -atum esset a tuis ire aliquem. CAES. Gall. 1, 36, 6 quod sibi Caesar -ret se Haeduorum iniurias non neglecturum. 5, 41, 3 civ. 2, 20, 3 (*v. infra l. 56*). NEP. Chabr. 2, 3 capitis se illum damnaturos -aruut. LIV. 3, 39, 2 prohibentibus . . . decemviris proditurum se ad plebem -antem tumultum excivisse. 3, 46, 4. 4, 3, 6. 4, 12, 5. 4, 30, 15 -audo impedituros se dilectum. 10, 12, 2 qui -rent (*praecedit* qui . . . iuberent) haud inviolatos abituros (*sic persaepe etiam alibi de legatis*). 22, 38, 6. 22, 39, 8. 37, 49, 8. 39, 38, 9. 42, 10, 15. 42, 21, 4. 44, 14, 11. 44, 19, 11. 45, 1, 8. SEN. contr. 10, 3, 2 morituram te -a (CVRT. 8, 2, 28. 10, 3, 5). VELL. 2, 55, 3 -ret militibus . . . se non recessurum. 2, 65, 1. 6, 4, 1. VAL. MAX. 2, 7 ext. 2 -bat futurum, ut. SEN. dial. 12, 11, 1 quod nobis tota vita -atur futurum. CVRT. 3, 1, 6. 7, 2, 29 COLVM. 1, 21 PETRON. 108 Ps. FRONTIN. strat. 4, 5, 12 PLIN. epist. 6, 28, 2 SVET. Iul. 30. 75 CALP. decl. 23. APVL. apol. 44 quos exhiberi -astis (*potest ad II D 2 a referri*). met. 8, 24 ARNOB. nat. 2, 26 COMM. apol. 335. LACT. inst. 4, 11, 8 quod iam pridem -verat se esse facturum. 4, 17, 3. IVST. 1, 6, 11 tergiversantes ferro agi in hostes iubet ac -at suis . . . fortes . . . inventuros. 2, 3, 16. 18, 7, 3. 22, 3, 5. 25, 3, 2 HIL. in Matth. 24, 8 op. hist. frg. 2, 8 SYMM. epist. 7, 27 SCHOL. Cic. Bob. p. 21, 17. 23, 28. 85, 2. 156, 14 comminatur et se -at . . . adversarium futurum. RVFIN. Adamant. 3, 1 cuius dogmatis te -as assertorem *esse*. AVG. civ. 10, 11. 22, 8 SVLP. SEV. chron. 1, 40, 3. 5. 1, 44, 6. 1, 51, 1 OROS. hist. 3, 1, 1 ADDIT. Prosp. Havn. chron. I p. 301, 451 BOETH. arithm. 1, 1. GREG. M. moral. 2, 24 turmas irruisse -at. *nota* quod, quia *pro acc. c. inf.*: LACT. inst. 4, 17, 7 -vit deus . . . quod filium suum missurus esset. OROS. hist. 7, 27, 15 illud . . . -andum puto, quia sicut . . . irruit . . . aeterna perditio. *constructio q. d. personalis*: PROSP. in psalm. 128, 4 *dominus* cervices concisurus -atur. Ps. PROSP. vocat. gent. 2, 28 adepturus . . . -retur victoriam.

D *seq. infinit. pro* ut *i. q. iubere*: TAC. ann. 11, 37 -atque centurionibus . . . exequi caedem. APVL. met. 10, 7 -at praeco neque principia (*i.* προοίμια) dicere neque miserationem movere. TERT. scorp. 2 -antis . . . ab omni factura . . . idolorum cavere. ARNOB. nat. 2, 26. pudic. 18 -at (*i. imperat*) subduci Thessalonicensibus.

E *seq.* ut, ne, *vel coniunctiv. solus, dativo personae plerumque addito, i. q. edicere, proclamare necnon iubere, imperare*: CIC. Verr. 1, 25 Siculis -atum esse . . . domum ad illum ut venirent. Phil. 14, 4 illi hosti . . . -rent, ut a Mutina discederet. fin. 4, 9 -ant, ut neque . . . exquiramus atque ut . . . ne separemus. Tusc. 1, 118 ut a deo -atum videatur, ut exeamus e vita. Att. 7, 18, 4 *cum* idemque debitoribus suis -arit, ut eodem fenore uterentur. epist. 11, 25, 1 subito -vit, ut ad te scriberem. CAES. Gall. 6, 10, 1 iis nationibus . . . -are, ut auxilia . . . mittant. civ. 2, 20, 3 principes . . . -visse Gallonio, ut . . . excederet Gadibus, si id non fecisset, sibi consilium capturos (*nota variatam structuram*). 3, 86, 5 -vit, ut . . . neu. ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 15 ut conveniant ad ea sacrificia -atum erit (18. 125). 114 per edictum -are feminis, uti luctum minuant. LIV. 3, 19, 6. 5, 49, 3. 7, 31, 10. 8, 19, 3 -atumque Samnitibus, ut . . . abstinerent. 8, 30, 2. 9, 14, 1. 21, 6, 4. 24, 22, 4. 26, 15, 7. 33, 34, 3. 34, 12, 6. 37, 5, 2. 38, 40, 2. 42, 24, 6. 42, 25, 12. 42, 48, 4. 44, 26, 5. 45, 34, 2. 45, 35, 1 CVRT. 7, 1, 15. 8, 3, 15 -arique iussit, ut. 8, 13, 2 PLIN. epist. 7, 23, 1 LEX met. Vipasc. frg. 2, 15 TAB. devot. Audollent 111, 1 (*saec. II*). APVL. apol. 44. 63 PANEG. 12, 19 ITIN. [Silv.] 29, 5 EVTR. 3, 7 HYG. fab. 125 p. 109 SVLP. SEV. chron. 1, 43, 2. *accedit* de: VLP. dig. 27, 8, 1, 2 si praeses provinciae -are magistratus tantum de facultatibus tutorum voluit, ut.

seq. ne *i. q. praecipere, dehortari, prohibere, vetare*: CIC. Phil. 6, 6 ut ei senatus . . . -ret, ne oppugnaret Saguntum. 12, 11 -atum est, ne Brutum obsideret. PLANC. Cic. epist. 10, 21, 2 quibus, ne venirem, -bat. LIV. 3, 16, 1. 9, 36, 14. 33, 34, 4. 35, 13, 3. 35, 35, 5 VAL. MAX. 2, 7, 15 CVRT. 3, 6, 4. 7, 6, 12 ASCON. Mil. p. 37 PLIN. nat. 35, 85 PLIN. epist. 7, 1, 1 SVET. Iul. 75 Tib. 27 Cal. 48 FLOR. epit. 1, 17, 3. CALP. decl. 5 cum his leno frequenter -asset, ne. VLP. dig. 21, 1, 37 quod ne fiat . . . hoc edicto aediles -ant. ITALA act. 5, 28 (Lucif. non parc. 17 p. 246, 13) denuntiatione -vimus vobis, ne doceretis (παραγγελία παρηγγείλαμεν, VVLG. praecipiendo praecepimus. *sed* act. 5, 40 [*ibid.*] praecipientes ne, VVLG. -verunt, ne). VVLG. act. 4, 18 I Tim. 1, 3 MACR. sat. 1, 16, 9 CASSIAN. conl. 21, 33, 3. CORP. XIV 850 -at, ne quis velit . . . obruere cadaver. *seq. coniunctiv.*: PLANC. Cic. epist. 10, 21, 3 aperte -at, videam, ne fallar. LIV. 6, 17, 8. 39, 54, 11 -ant Gallicis populis multitudinem suam domi contineant. 42, 48, 3 -atum extemplo, moenibus urbis Romae . . . excederent. PAVL. FEST.

p. 224 Sen. contr. 1, 8, 1. 10, 1, 13. Vell. 2, 80, 2 -are Caesari, excederet Sicilia. Cvrt. 7, 7, 25 -o ipsi mihi indices. Qvint. decl. 287 p. 154, 19 Frontin. strat. 3, 12, 1 Plin. epist. 6, 31, 12 Svet. Cal. 55 Apvl. met. 9, 41 Ivst. 28, 1, 6. 28, 3, 1. 30, 3, 3. 33, 1, 2 Itin. Anton. Aug. 8 Svlp. Sev. chron. 1, 38, 7 Evgipp. Sev. 24, 2.

F *seq. quaest. indir.*: Cic. Planc. 52 -asti ... quid de summa rei publicae sentires. orat. 138 ut -et, quid caveant. top. 67 -ant, quid ex quaque re sit futurum. epist. 5, 11, 2 ut, quidquid opus esset, mihi -ret. Liv. 25, 9, 4 ne ibi quidem -ato quo pergerent. Calp. decl. 5 Boeth. in Porph. comm. sec. 1, 12 p. 168, 5.

II *speciatim et technice*: A *t. t. in re militari i. q. bellum indicere*: Cic. rep. 2, 31 bellum -atum indictumque (3, 35 off. 1, 36. Liv. 42, 47, 5 indicere prius quam gerere solitos bella, -are etiam interdum ... finire). div. 1, 97. Cato 18 bellum multo ante -o. epist. 12, 24, 1. Tac. ann. 2, 10 proelium. Calp. decl. 39 Oros. hist. 3, 1, 6. 6, 19, 4 -ari bellum Caesari. *nota absolute*: Lib. gener. a. 334 chron. I 116, 250 -vit (*παρετάξατο*) ipsi Cusarton et occidit illum. 117, 254 hic -vit Iabin regi et vicit eum.

B *i. q. portendere, praedicere, fere ubique mala velut pericula, mortem, clades sim., necnon graves tempestates*: 1 *aliquid*: Cic. div. 1, 65 *Hector* moriens propinquam Achilli mortem -at (Evtr. 10, 8 -ata mors eius est etiam per crinitam stellam. Hyg. fab. 14 p. 46 praedicentibus avibus mortem sibi -ari intellexit. Avg. civ. 13, 15 ceterae *mortes* -atae sunt, quae procul dubio fuerant secuturae. *cf. etiam p. 553, 42*). div. 1, 75 multis signis Lacedaemoniis Leuctricae pugnae calamitas -batur. 1, 97 quibus portentis magna populo Romano bella ... seditionesque -bantur. 2, 32 hereditates ... damna -ant *haruspices*. off. 3, 66 ab auguribus illud idem -atum est. rep. 2, 6 terra continens adventus hostium ... multis indiciis et quasi fragore ... et sonitu ipso ante -at. Verg. georg. 1, 453 caeruleus *color aurorae* pluviam -at, igneus euros (Plin. nat. 18, 225 nubilo occasu pluviosam hiemem -at. 18, 344. 352 pluvia aut graves -antur tempestates). Aen. 3, 366 harpyia Celaeno prodigium canit et tristes -at iras obscenamque famem. Aetna 236 nubila cur Panope caelo -et imbres. Lygd. 5, 5 mihi Persephone nigram -at horam. Val. Max. 1, 6, 8 tristis exitus et prodigio -atus. 1, 7, 6 Graccho imminentis casus atrocitas palam atque aperte per quietem -ata est. 1, 7 ext. 4 ad evitandam -atae cladis acerbitatem. Sen. nat. 2, 34, 1 quidquid fulmine -atum est, nec extis nec ave contraria refellitur. 6, 26, 4 quibus *prodigiis* -ata est duarum urbium ... eversio. 7, 28, 1 quod futura -at. Cvrt. 4, 6, 14 -ati periculi haud sane memor (4, 6, 16. *adde* Svet. Aug. 96 quae periculosa et adversa sacrificanti -ata essent. *cf. etiam p. 553, 28*). Colvm. 4, 23, 2 *sin* caeli status frigidus et pruinosus hiemis violentiam -at (*praecedit* placet ... auspicari putationem). Plin. nat. 13, 118 arbor pestem -ans. 18, 354 ventos ex ea parte -at. Qvint. decl. 350 p. 377, 1 id quod accidit, -atum est (*praecedit* praedicta sunt). Tac. hist. 4, 83 species *Proserpinae* ... exitium ipsi (*sc. Ptolemaeo*) regnoque -ret. Svet. Iul. 81 Caesari futura caedes evidentibus prodigiis -ata est. Tib. 59 futura ... mala. Min. Fel. 11, 3 caelo et astris interitum -are (Avg. civ. 15, 25). Lact. inst. 4, 15, 28 monstruosa quaedam miracula. Firm. err. 21, 5 hoc nobis -as per prophetas (26, 3 audite quid sanctus propheta divina instigatione -et. Avr. Vict. Caes. 26, 4 liberi [*i. filii*] quoque exitum -vere *haruspices*. 28, 3 quod -atum ... prodigiis portentisque. Ps. Avr. Vict. epit. 14, 10 adveniens imperium eius pleraque mirifica. Rvfin. Adamant. 1, 13 Greg. M. in Ezech. 1, 1, 17). Fav. Evl. p. 1, 17. Avg. doctr. christ. 3, 21, 31 divinitus -ata vindicta. Zacch. 1, 27 -ata scisse quid prodest, si vitari praedicta non possunt (*praecedit* futura portendere). Greg. M. in Ezech. 1, 1, 16 hoc fieri non posse. moral. 2, 2 a positione corporis futura -at. 11, 61 vitam perpetuam -vit nobis *Christus*. Evgipp. Sev. 44, 3 in eum ultio -ata pervenit. 2 *aliquem*: Ps. Qvint. decl. 4, 2 hic est animus quo me quamvis -atum praedictumque servavit. 3 *seq. acc. c. inf.*: Svet. Aug. 94 quo *prodigio* -batur regem populi Romani naturam parturire. Mar. Victorin. verb. script. 7. Avr. Vict. Caes. 5, 17 quem *finem Caesari* fore prodigiorum multa -vere. Rvfin. hist. 2, 8, 1 *prophetam* famem magnam futuram -asse (*ἐλάμβανεν πρόρρησις. praecedit* praedixerant). *accedit* de: Lact. inst. 4, 14, 1 apparet prophetas omnes -asse de Christo fore aliquando ut. *nota constructionem personalem*: Avg. doctr. christ. 4, 7, 18 -atur futura sub iniquo rege appropinquare capitivitas.

C *i. q. significare, indicare*: Cels. 2, 6 eadem mors -atur, ubi aeger supinus cubat ... *signa* vel seriorem mortem vel maturiorem -ant. 2, 7 morbum futurum esse -at. *al.* (*cf. etiam supra l. 21*). Cvrt. 10, 2, 15 quid haec ... consternatio ... -at? Tac. Germ. 18 hoc iuncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma -ant. Amm. 17, 1, 3 quae *verba* -rent concordem foederum firmitatem. Physiogn. 22 oculi stantes ... libidinosam ... -ant. 79 cum fuscior color pallori permixtus est ... voracem, loquacem -at. Cael. Avr. acut. 1, 1, 29 quae futura -ant. 1, 1, 38 quae lethargicam passionem ... -et. chron. 1, 2, 51 futuram -at epilepsiam. Martyr. gramm. VII 176, 2 si vero temporale quoddam -et, erit mobile. 186, 4 ne non tam fores quam ineffabiles voces -ent. *al.* (= Cassiod. gramm. VII 186, 2). Boeth. herm. prim. 1, 5 p. 75, 4 duplicem modum. sec. 1, 1 p. 30, 21 ea verba ... animae passiones -ant. p. 45, 6. 4, 10 p. 275, 13. 6, 13 p. 434, 24 *al.* Isid. diff. 1, 375 nudatus vero ab illo -atur.

D *t. t. in re iudiciaria ad litem praeparandam*: 1 *angustiore sensu de accusatore aliquem ad testandum excitante, antestari*: Lex Bant. (Corp. I 197 = IX 416) 4 ⟨neive is testumon⟩ium deicito neive quis mag(istratus) testumonium poplice ei de⟨ferri neive den⟩ontiari sinito (Cic. S. Rosc. 110 si accusator voluerit testimonium eis -are. Verr. 2, 51. 3, 65 Val. Max. 8, 1 abs. 10. Vlp. dig. 22, 5, 19 nec pupillis testimonium -ari potest. Lex Iul. de vi [coll. Mos. 8, 7, 3 Venvl. dig. 48, 11, 6 Macer dig. 47, 13, 2] ob -andum vel non -andum testimonium pecuniam accipere. Fronto p. 52, 17 N. Ps. Ascon. Verr. p. 125). Cic. Verr. 3, 12 quibus *testibus* ... -vimus (Lex Mamil. [grom. p. 226] 10 testibus publice dumtaxat in res singulas x -andi potestatem facito. Lex Vrson. [Corp. II 5439] 95, 8. 9 testibusque ... -etur facito quibusque ita testimonium -andum erit. Edict. imp. Aug. de aq. Venafr. [Corp. X 4842] 67 testibusque dumtaxat x -ando quaeri placet. Qvint. inst. 5, 7, 9 quibus *testibus* in iudiciis publicis lege -ari solet. 5, 7, 15. Plin. epist. 6, 5, 2 sicut accusatoribus inquirendi testibusque -andi potestas ex ea lege esset, ita reis quoque fieret). *absolute vel elliptice*: Cic. Quinct. 54 domum potius -o? (Lex Iul. munic. [Corp. I 206] 36 procuratoribusve eorum domum -etur. Vlp. dig. 25, 3, 1, 3. 43, 24, 5, 3 ad domum. *al.*). Cic. S. Rosc. 26 in iudicium ut ... -ret. Verr. 1, 25 Siculis -atum esse ... domum ad illum ut venirent (*potest etiam ad I E pertinere*). 6, 10 domino -atum est ... -vit, ut adesset. Cluent. 24 is qui antea -arat. Flacc. 35 fratres saltem exhibe *testis* non vi (*sc. testibus*). 92 venisset ... si esset -atum. Apvl. apol. 61 ut ei, praesto ut adesset, -veritis? Itala Luc. 16, 28 (Rufin. Adamant. 2, 10) ut -et eis (*διαμαρτύρηται*, Vvlg. testetur illis). Rvfin. Basil. reg. 5 protestari et -are quia sacrilegii crimen incurrunt.

2 *latiore sensu*: a *i. q. alicui ante nuntiare, ut aliquid faciat vel facere desinat, ne fiat reus inque ius vocetur*: α *absolute vel elliptice, plerumque cum dat. personae*: Sen. contr. 9, 5 (28), 11 testor me non admitti et tantum non tabellis signatis -are. Qvint. decl. 383 p. 429, 11 putas illum delaturum nuptias tuas? -o, iterum rapiet. Scaev. dig. 4, 4, 47 Gaivs inst. 1, 91. 160 Vlp. dig. 5, 3, 11. 21, 2, 55, 1. 25, 3, 1, 6 *al.* 37, 5, 8, 2. 43, 17, 3, 4 *al.* Pavl. dig. 9, 2, 31 *al.* Ps. Ascon. Verr. p. 153 Tullius -ans adversariis. *accedit* de *vel* ad: Cic. Caecin. 95 cur de isto potius fundo quam de alio ... Caecinae -bas. Ivlian. dig. 21, 2, 39, 1. Apvl. apol. 47 de xv servis -asti (*seq.* postulares). Vlp. dig. 43, 24, 5, 3 ad ipsum praedium. Cod. Iust. 8, 44 (45), 29 posteaquam ad defensionem fuerit -atum. β *seq.* ut: Cels. dig. 17, 1, 48 Scaev. dig. 46, 1, 62 Gaivs dig. 6, 1, 30. 35, 2, 80 *al.* inst. 4, 15. 18 ut ad iudicem capiendum die adesset. *al.* Vlp. dig. 13, 7, 4. 16, 3, 5, 1. 18, 6, 1, 3. 19, 2, 9, 3. 39, 2, 45 *saepe*. Pavl. sent. 2, 24, 5 dig. 4, 4, 38. 5, 1, 49. 21, 2, 56, 5 *al.* γ *seq.* ne: Ivlian. dig. 17, 1, 30 Pomp. dig. 36, 1, 22 (21) Gaivs inst. 1, 91. 160 Vlp. dig. 13, 5, 27. 14, 3, 11, 5 *al.* Pavl. dig. 9, 2, 28, 1. 14, 3, 17, 4 *al.* δ *seq. acc. c. inf.*: Cic. Caecin. 19 homini Romae in foro -at fundum illum ... suum esse. Labeo dig. 28, 7, 20 Venvl. dig. 43, 24, 22, 5 Papin. dig. 48, 5, 40 (39) 6. Vlp. dig. 6, 2, 14 si quis prohibuit vel -vit ex causa venditionis tradi rem. 25, 3, 1, 12 marito -verit se ex eo concepisse. 35, 1, 7, 1. 43, 24, 5, 1. 48, 5, 18 (17) *al.* Pavl. sent. 2, 24, 6 praegnantem se esse. *al. sim.* ε *seq. inf.*: Cod. Iust. 5, 37, 18 debitoribus ... parere solutioni -at. b *i. q. per litteras in ius vocare*: S. C. Iuvent. (dig. 5, 3, 20, 6 *a. 129*) cum primum aut -atum esset ei aut litteris vel edicto evocatus esset (Pavl. sent. 5, 5ᵃ, 6 nisi ad iudicem, ad quem sibi -atum est aut cuius litteris vel edicto conventus est, venerit). Avr. Vict. Caes. 16, 11 -andae litis operiendaeque ad diem commode ius introductum. Schol. Hor. sat. 1, 9, 76 -antes litem antestatos habebant.

part. perf. pass. pro subst. n.: **dēnuntiātum**, -ī. *i. q. denuntiatio*: Sen. nat. 3, 30, 1 ad quae *constituenda* non subito, sed ex -o venit *natura*. epist. 79, 18 idem fuit, sive ex -o videbatur, sive imparatus ac subito.

synon. et iuxta posita: ante nuntiare, antestari, certiorem facere, comminari, condicere, declarare, deferre, dehortari, edicere, enuntiare, imperare, indicare, indicere, iubere, minari, nuntiare, portendere, praecipere, praedicere, proclamare, prohibere, referre, renuntiare, significare, vetare, in ius vocare.

deriv.: denuntiatio, denuntiativus, denuntiator, denuntiatus.

comp.: praedenuntio.

1. ᴺdēnuō *adv.* [*coaluit ex* de novo. *Th.*]. Rvfin. Orig. in Rom. 5, 8 quod enim nos Latini habemus '-o', Graeci *ἄνωθεν* dicunt qui sermo utrumque significat et -o et 'de superioribus' ... -o dicimus, cum eadem quae gesta sunt, repetuntur. hic autem non eadem nativitas repetitur vel iteratur, sed terrena hac omissa de superioribus suscipitur nativitas (*huius usus exemplum alibi deest*). Gloss. *ἑξῆς. εἰς τὸ μέλλον. μετὰ ταῦτα. τοὔμπαλιν. ἀρχῆθεν.* iterum. secundum. iterato. in futurum. in posterum. rursus. *deest poetis praeter* Plavt. Ter. Comm., *in deliciis habet* Itin. [Silv.] (*46ᵢᵢ*, iterum *semel*, rursus *deest*). *usum synonymorum* -o, iterum, rursum (rursus) *apud praecipuos auctores hac tabula composui*:

	denuo	iterum	rursus
Plavt.	22	19(21)	46
Ter.	7	9	20
Varro	1	10	2
Rhet. Her.	1	1	25(26)
Cic.	3 (oratt.)	88	125
Catvll.	—	4	4
Lvcr.	—	2	23
Caes.	—	5	45
Bell. Alex.	—	—	4
„ Afr.	—	1	16
„ Hisp.	2	—	2
Sall.	—	2	16
Nep.	—	6	4
Verg.	—	30	39
Hor.	—	10	9
Tib.	—	1	—
Prop.	—	5	7
Ov.	—	49	46
Liv.	1	30	81
Manil.	—	10	23
Vitr.	1	6	7
Sen. rhet.	—	23	6
Vell.	—	5	—
Val. Max.	—	14	7
Cels.	—	7	72
Phaedr.	—	1	4
Sen. phil.	—	54	74

	denuo	iterum	rursus
Cvrt.	—	3	53
Colvm.	—	21	82
Lvcan.	—	14	19
Pers.	—	—	1
Petron.	—	13	10
Plin. nat.	—	107	169
Val. Fl.	—	41	25
Sil.	—	25	27
Stat.	—	59	20
Mart.	—	5	3
Qvint. inst.	—	6	44
„ decl.	—	34	7
Ivv.	—	—	3
Tac.	—	13	95
Plin. iun.	—	27	58
Svet.	1	22	48
Apvl.	9	7	81
Min. Fel.	1	—	3
Tert.	23	14	149
Script. hist. Aug.	—	41	1
Ivst.	4	4	4
Chalc.	—	1	69
Avien.	—	—	24
Avson.	—	1	1
Amm.	3	5	10
Vvlg.	5	163	143
Avg. civ.	2	38	80

1 *de re, quae desiit esse, restituenda renovandave, i. q.* ***de integro, de novo,*** *ἐκ καινῆς*: Plavt. Amph. 317 illic homo me interpolabit meumque os fingit -o (*iocose*). Most. 117 aedificantur aedes totae -o. Svet. Aug. 47 terrae motu subversas *urbes* -o condidit. Corp. III 836 (*a. 157*) amphitheatrum vetustate dilapsam -o fecit. Inscr. Comptes rendus 1904 p. 380 (*aetate Antonini Pii*) viam . . . vetustate interruptam . . . restituit. Tert. resurr. 60 an eandem *carnem* velit -o esse quam non delebis . . . praescribere -o esse non posse. licet enim esse quid -o et . . . vacare. Corp. XIII 5373 templum . . . -o de suo restituit.

2 *quod semel repetitur i. q.* ***iterum:*** Plavt. Bacch. 923 lubet etiam mihi has *litteras* perlegere -o. Mil. 876 -o volo percipiatis plane. Most. 223 *ni* te liberasso -o. Persa 828 Persam adducam -o. Poen. 850 lepidam Venerem . . . o lepidam Venerem -o. Pseud. 1277 occepi -o hoc modo. Rud. 1103 si parum intellexti, dicam -o. Truc. 234 dare iam lubeat -o. Cato agr. 20 -o eodem modo facito, ne se moveat. 88, 2 refricato -o. 91 postea -o amurca conspargito. 95 -o coquito. Liv. 10, 31, 3 in Etruria rebellante -o. Fronto p. 155, 15 N. nomen magistri me usurpantem -o. Marcell. dig. 41, 2, 19, 1 si -o . . . possessionem nancisci velit. Papin. dig. 20, 4, 3, 1. 23, 2, 34, 1 uxorem -o ducere. Tert. dig. 29, 1, 33, 2 *testamentum* quasi -o factum. Tryph. dig. 27, 1, 44, 2 -o eidem tutor . . . dari poterit. Pavl. dig. 4, 8, 16, 1 Mod. dig. 23, 3, 63. 49, 1, 19. Apvl. apol. 2 *cum* eum -o iussisses . . . accusationem sustinere. 9 recita -o, ut sciant. Tert. anim. 16 si quidem -o ablui (*i. baptizari*) non licet . . . moechus -o futurus . . . ne id scilicet -o admittatur, quod ignosci -o non vult. 17 *si possit* moechia -o admitti, poterit et Christus -o mori. resurr. 38. Itala Ioh. 3, 5 (Ps. Cypr. rebapt. 3) nisi quis -o natus fuerit (-o *deest gr. et* Vvlg.). Phil. 1, 26 (Mar. Victorin. in Phil. p. 1201[C]) -o (*om. gr.*, Vvlg. iterum). Comm. instr. 2, 6, 9 semel es lotus (*i. baptizatus*), numquid poteris -o mergi. 2, 10, 7 nascunturque quasi -o suae matri (*i. ecclesiae*) de ventre. Lact. inst. 1, 6, 11 quae *Sibylla* -o . . . cum in eodem pretio perseveraret. 4, 8, 2 regeneratus est -o. Ivst. 2, 15, 7 -o legatos mittunt. 5, 5, 8. Anon. Vales. 12, 62 dicit mulieri -o. Schol. Cic. Bob. p. 90, 17 gloriam veluti -o conservatae rei p. temptat asciscere. Vvlg. Ioh. 3, 7 vos nasci -o. Caes. Arel. grat. 57 quod ipse -o dixit (*praecedit* quod . . . iterum dixit).

3 *quod aliquando repetitur i. q.* ***rursus,*** *saepe abundantur cum* re- *compositis vel cum* rursus *coniungitur* (*cf.* Schol. Ter. p. 74, 8 refero -o: 're' abundat aut -o): Enn. frg. var. 56 qui *aer* ventus est et nubes, imber postea atque ex imbre frigus, ventus post fit, aer -o. Plavt. Amph. 294 illic homo hoc -o (de umero *Leo*) volt pallium detexere. 394 Amphitruonis ego sum servos Sosia. :: etiam -o *hoc dicis?* Capt. 411 ut redire liceat ad parentes -o. 767 redauspicandum esse in catenas -o. Cas. prol. 33 postid rursum -o latine Plautus *scripsit* (*potest etiam ad 4 referri*). Men. 868 -o me iubes facere impetum in eum. Poen. 79 revortor rursus -o Carthaginem. Truc. 396 revorsionem ut ad me faceret -o. Ter. Eun. 691 iube mihi -o respondeat (*fortasse ad 2 pertinet*). 899 dabit hic pugnam aliquam -o. Hec. 38 refero -o (*v. l. 71*). 691 in eandem vitam te revolutum -o video esse (*praecedit* rursum). Phorm. 879 recipit se intro -o. Varro ling. 5, 64 resumit -o. Cic. Verr. 2, 37 recita -o (*potest ad 2 trahi*). 3, 139 censa -o est. Cluent. 182 -o quaestio de viri morte habebatur. Bell. Hisp. 35, 4 reversus Hispalim oppidum -o . . . recipitur. Flor. epit. 3, 18, 13 *populi Romani fortuna* in malis maior totis -o viribus consurrexit. Fronto p. 47, 1 N. -o retractare, ubi tempus aderit. 96, 6. 185, 1. Gran. Lic. p. 13, 1 lustratum est -o Capitolium. Papin. dig. 17, 2, 81 -o de societate constituere dotem. 20, 5, 3, 1 Vlp. dig. 4, 8, 21, 5. 28, 5, 35, 3 ut -o . . . revocaret. *al.* Pavl. dig. 8, 3, 36. Mod. dig. 1, 7, 41 quem -o redadoptaret. 49, 1, 19. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 63 *qui* operam suam -o ⟨. . .⟩. Apvl. apol. 34 ut -o instructus accuses. 88. flor. 12 p. 45 -o repetit eandem cantilenam. met. 3, 27. 7, 17 Min. Fel. 34, 9. Tert. anim. 24 recuperare -o *memoriam*. nat. 1, 5. pudic. 9 recuperabit . . . anulum -o (*seq.* rursus). 16 redintegrari -o. pudic. 20 -o resumit scabra. resurr. 5. 12 flores -o colorare, herbas rursus imponere. 52 rursus . . . -o. adv. Prax. 1 adv. Marc. 4, 17 p. 474 scorp. 1 *al.* Porph. Hor. epist. 1, 18, 62 quae *fabula* cum agitur -o referri dicitur (*fortasse ad 2 pertinet*). ars 441 -o versus scribere. Comm. instr. 2, 20, 17 pascere tu quaeris . . . qui te -o pascat (*i. repascat*). apol. 216 Lact. iust. 4, 17, 7. 6, 24, 4. 7, 22, 18. opif. 10 ad infantiam -o revoluti. Ivst. 4, 3, 6. 21, 4, 6 (*praecedit* rursus). Itin. [Silv.], *ex. gr.*: 2, 3 -o . . . descenderemus. 3, 7. 4, 4. 5, 10 -o reversi sumus. 6, 4 -o resumere. 7, 3 -o retro revertebantur. 9, 6 -o . . . reverti (23, 8 Vvlg. Marc. 14, 40). 14, 1 -o facta oratione. *sic saepe*. Optat. 5, 9 p. 139, 14. 6, 4 p. 151, 7 Amm. 18, 4, 2. 20, 4, 10. 27, 12, 15 Origo Const. 5, 18 Maximin. c. Ambr. 97 p. 37, 36 Vvlg. lev. 14, 48 Gal. 4, 9. Avg. civ. 3, 18 ad eosdem usus -o reparari. 12, 27 ad istam vitam -o revolvuntur (*fortasse ad 2 referendum*). Svlp. Sev. chron. 1, 37, 6 Syris -o rebellantibus. 2, 1, 6 causam -o audiri postulat (*nescio, an ad 2 pertineat*). 2, 1, 8 initur -o iudicium. Mart. Cap. 6, 665 te -o . . . revocabis. 7, 728 radios . . . in unum -o tenuatos. 8, 809 -o me risus invasit. 8, 821 in aquilonem -o repulsus assurgit. 8, 823 (*bis*). Sidon. epist. 4, 10, 2 reliquas -o litteras usuali . . . sermone contexo. *al.* Cassiod. compl. in II Petr. 2, 10 porcum in suis volutabris -o revolutatione versari. Cod. Iust. 4, 1, 11 pr. -o ad religionem revolare. 7, 6, 1, 8 -o in eum in servitutem deducere. 8, 51, 3, 2 -o suam mutantes sententiam. Bened. reg. 29, 7. 42. 43. 57 Isid. Goth. 27 chron. II p. 277. *nota fere i. q. deinde, porro post longam enumerationem*: Vitr. 1, 1, 13 nec -o medicus, ut Hippocrates.

4 *quod ex contrario, altero loco fit, alicuius rei vice succedit, αὖ*: Plavt. Merc. 856 eundem ex confidente *facis* actutum diffidentem -o. 921 chlamydem sumam -o. mane parumper atque haec audi. Rud. 1000 fiet puniceum corium postea atrum -o. Trin. 804 aperi, deprome inde auri . . . continuo operito -o. Ter. Haut. 543 dum hic -o abeat. 809 ne -o extrudar hinc. Rhet. Her. 4, 19, 26 quae *res breviter absoluta* -o alio membro orationis excipitur. Test. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 10 ut *aedificium* facile aperiri et -o cludi possit. Tert. anim. 29 nec insipientiam ex sapientia -o obtundi, quia de insipientia sapientia acuatur. Comm. apol. 1048 -o reddet in imis (*i. in inferno poenas repetet*). Rvfin. hist. mon. 31 p. 458[C] contextas sportellas resolvere ac -o contexere. Evang. de nativ. Mar. 3, 1 cum alicuius uterum claudit, ad hoc facit *deus*, ut mirabilius -o aperiat.

2. dēnuo, -ere *a* de *et* nuere. Not. Tir. 78, 6 -uit. *Gudeman.*

dēnus *v.* deni.

degladiandi **deoccīdendī** Gloss. IV 48, 20. V 188, 30. *a* de *et* occīdere.

deocco, -āre *a* de *et* occare. *fere i. q. occare*: Plin. nat. 18, 137 *vicia* uno sulco sata non saritur, non stercoratur nec aliud quam -atur.

deodecēns *adi.* θεοπρεπής. Ignat. ad Polyc. 7, 2 concilium . . . -issimum. ad Smyrn. tit. ad Magn. 1, 2.

deonero, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* onerare *vel* onus. *i. q. onere liberare, adimere*: Cic. div. in Caec. 46 cum . . . ex illius invidia -are aliquid et in te traicere coeperit. Arnob. nat. 6, 16 -ati proluvies podicis (*cf.* 7, 45 immunda faex aversabili corpora foeditate -ans. Schol. Iuv. 3, 38 -are ventrem). Amm. 24, 6, 4 naves . . . -atas. Schol. Hor. sat. 2, 3, 248 tam diu hoc certant (*sc. ludere par impar*), ut uter -et alium. Ambr. epist. 58, 1 pauper ex divite factus tamquam -atus gravi sarcina. myst. 7, 38 -ari superfluis. Heges. 1, 20 -vit (*ἀπεφορτίσατο Ioseph. bell. 1, 171, i. deportavit*) inermis populi multitudinem.

deopassiānī, -ōrum *m. a* deus *et* pati. *haeretici*: Rvstic. c. aceph. p. 1215[B] qui deum passibilem dicunt, -i vocantur. *cf.* deipassiani.

part. perf. pass. pro adi. **dēspectus**, -a, -um. *legitur compar. inde ab* AMBROSIAST., *superl. inde a* TAC.; magis -us: CIC. Att. 11, 24, 4. maxime -us: TAC. ann. 13, 47. *i. q. despiciendus*: 1 *de personis*: CIC. Scst. 87 homines -i et contempti. Att. 11, 24, 4 aut nihil puto cum habere ... aut eo me magis esse -um. SALL. or. Lep. 11 populus Romanus ... agitandi inops -usque ne servilia quidem alimenta reliqua habet. or. Phil. 5. VERG. ecl. 2, 19 -us tibi sum nec qui sim quaeris, Alexi (ARVS. gramm. VII 463, 8 -us mihi est). OV. epist. 2, 81 at mea -i fugiunt conubia Thraces. 19, 224. LVCAN. 5, 333 vos -a, seues, exhaustaque sanguine turba. TAC. hist. 5, 8 -issima pars servientium (*Iudaei*). ann. 13, 47 maximeque -a et uullius ausi capax natura eius. SVET. Iul. 59 -issimum quendam ex Corneliorum genere. Claud. 3 avia Augusta pro -issimo semper habuit *Claudium*. TERT. scorp. 10 FRG. Mur. 24. AMM. 14, 11, 16 temeritati ... quae eum iam -um et vilem arbitrio subdiderat infimorum. 26, 2, 4 ad gratiam ... -orum. 29, 3, 7 Claudium ... accusabat quidam vilitate ipse -us. AMBROSIAST. in Col. 3, 25 servus hominis quasi -ior. VVLG. Is. 53, 3 -um et novissimum virorum. Dan. 11, 21 Nah. 3, 11. AVG. civ. 20, 3 in omni -o (-u *pars codd.*). SALV. eccl. 3, 82 nullus -ior quam iudex. BOETH. cons. 3, 4, 24 -iores potius improbos dignitas facit. CASSIOD. in psalm. 101 praef. -i hominibus, sed acceptabiles Christo. IORD. Get. 119 quamvis armis -i, sed numerositate pollentes. GREG. M. moral. 18, 59 tanto unaquaeque anima fit pretiosior ante oculos dei quanto ... -ior fuerit ante oculos suos. PASS. Theclae A 37 p. 106, 2 -os respicit. 2 *de rebus*: CAES. carm. in Ter. 5 ut ... polleret neve hac -a (-e *Bährr.*) ex parte iaceres. SEN. dial. 4, 11, 2 omnia -a foedaque et turpia. MELA 3, 78 ingens modo et navigabilis, inde tenuis rivus -us emoritur *Euphrates*. LVCAN. 4, 568 -am cernere lucem ... iuvat. SIL. 11, 48 quos vile genus -aque lucis origo foedabat. STAT. Theb. 3, 334 tunc ... tumet virtus multumque superbit pectore -o *tauri*. PANEG. 9, 4 -issimae parvitatis (pravitatis *M*). DON. Ter. Phorm. 422 aetatem in illo esse -am. AMM. 15, 13, 3 arte -a furtorum. VVLG. Is. 53, 3 et quasi absconditus vultus eius et -us. Mal. 1, 7 mensa domini. CLAVD. 10, 91 -usque solo calcatur achates. HESYCH. in lev. 26, 3—13 p. 1140[A] ea quae ad voluptatem pertinebant etiamsi nimis essent -a. AVIAN. fab. 19, 10 -um *dumum* cuncti praeteriere viri. ARNOB. in psalm. 118 p. 519[C] numquid non tanto illa *casula* tibi erit -ior. VITAE patr. 3, 37 viliora et -iora vestimenta. GREG. M. moral. 3, 11. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 13 ad deformitatem materiei -issimam atque foedissimam. PAPYR. Britann. Grenf.-Hunt I 30 recto v. 5 ⟨ge⟩ueris déspectí. 3 *impersonaliter*: TAC. ann. 6, 31 non -um id apud barbaros ultroque potentiam habet. *nota i. q. desertus*: MARCELL. chron. II p. 100, 518, 1 vicina vero *castella* metu ruinarum -a sunt.

deriv.: despectio, despecto, despector, despectus.

dēspico, -āvī, -ātum, -āre [*a* dis *et* picare, pix *ductum esse censet Diez, Etymol. Wörterb. d. roman. Sprach. I s. v.* pegar. *Th.*]. *cf. Rönsch, Collect. phil. p. 295 sq.; Nettleship, Journ. Phil. XIX 119.* GLOSS. (*saepe* disp-) -vit dividit partitur. -atus disruptus decoriatus. -atis disruptis (= inruptis). patefactis. abruptis. spiculatis. incisis. partitis. laniatis decoriatis (= discordati⟨s⟩, decoloratis). debis (*i.* divisis?), partibus deiectis (*i.* disiectis?), abruptis. minutis partibus. [*val.* despicare. *M.-L.*]. 1 *i. q. exinterare*: PELAGON. 88 occidis pullum et cito illum -as et tollis illi ventrem (*cf.* VEG. mulom. 2, 130, 5 aperies). RVFIN. hist. 8, 9, 2 *rami* discerptis -atisque visceribus avulsa secum membra rapiebant (*graece aliter*). 10, 8, 17 ut eos porcorum more suspensos -atosque ... caederent. 11, 24 necatis parvulis -atisque (disp- *P*) ob fibrarum inspectionem virginibus. 2 *i. q. effringere*: RVFIN. hist. 3, 6, 6 repente -atis (ἐξαράξαντες) foribus praecipites irruebant. VICT. VIT. 1, 8 tectis admodum -atis pulchritudinem parietum solo aequabant. 3, 48 -atis postibus ianuarum.

dēspicor, -ātus sum, -ārī [*cf. c.* despicere *et c.* conspicari, suspicari, auspicari. *Th.*]. PRISC. gramm. II 379, 9 ex his multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur et maxime ea quae apud Graecos activa habentur et passiva: ... -or. 385, 11 -or commune accipiebant. SCHOL. Ter. p. 101, 26 -atam despectam. GLOSS. dispicata contempta. *i. q. contemnere*: PLAVT. Cas. 186 pessumis me modis -atur domi. POMP. RVF. or. frg. Prisc. gramm. II 385, 10 me miserum quem illae feminae -ari ausae sunt. VIR. ill. 23, 8 *Galli* nobilissimos senum ... primo, ut deos venerati, deinde ut homines -ati interfecere. -atum habere: PLAVT. Cas. 189 vir me habet pessumis -am modis. TER. Eun. 384 (*cf. p. 743, 60*). *part. perf. pro adi.* **dēspicatus**, -a, -um (*ubique superl.*). *i. q. contemptus*: CIC. Verr. 4, 98 ne contemptissimi ac -issimi esse videamur. Sest. 36 hominis. Pis. 64 cuiquam ... infimo ac -issimo (despectissimo c^2k, desperatissimo *rell.*). GELL. 15, 4, 1 ignobilissimos ... homines et -issimos. SIDON. epist. 6, 1, 4 -issimi vermis ulcera. AMM. 28, 1, 42 quosdam -issimae sortis.

deriv.: despicabilis, despicatio, 2. despicatus. *Tafel.*

dēspiculāre sagittare GLOSS. IV 52, 44. V 190, 36 (disp-). *a* de *et* spiculum *vel* spiculare.

dēspicus *v. p. 742, 48.*

dēspīrat spiritum tollit. valde spirat GLOSS. *a* de *et* spirare.

dēsplendeo, -ēre *a* de *et* splendere. *i. q. valde splendere*: AVELL. p. 503, 25 tam nostrae petitionis quam vestrae gratiae ad integrum lux serena -at.

dēsplendēsco *a* de *et* splendescere. *i. q. splendorem amittere*: PAVL. NOL. epist. 39, 8 *insipientiā* -at nitor cordis vestri.

dēspoliābulum *v.* desidiabulum.

dēspoliātio, -ōnis *f. a* despoliare. *i. q. nudatio*: GLOSS. ἀπέκδυσις. TERT. resurr. 7 p. 35, 14 apostolus circumcisionem -em carnis (*ex* ITALA) appellans (ITALA codd. d g *et* VVLG. Col. 2, 11 expoliatio. ἀπέκδυσις) tunicam cutem affirmavit. PAVL. NOL. epist. 29, 1 de primorum patrum -e (*ibid.* nudati sunt). *i. q. multa*: COD. Theod. 9, 17, 6 (*a. 381*) officium ... L librārum auri affectum -e maerebit.

dēspoliātor, -ōris *m. a* despoliare. GLOSS. ἐκδύτης. *is qui despoliat, privat*: PLAVT. Trin. 240 (*de Amore*) avarus, elegans, -r (despolator *A. cf. p. 749, 5*). COD. Theod. 16, 2, 28 (*a. 390*) infirmi sexus -r. *f.* **dēspoliātrīx**, -īcis. DON. Ter. Hec. 159 procax: dispoliatrix et petax (desp- SCHOL. Ter. p. 75, 11).

dēspoliātūra damnum. GLOSS. *a* despoliare.

dēspolio, -āvī, -ātum, -āre [*a* de *et* spolium *vel* spoliare. *Th.*]. *traditur saepe* disp-, *quod scripsisse videntur recentiores* (AMBR. PAVL. NOL. *al.* NOT. Tir. 89, 98. 128, 55). *deponens:* PRISC. gramm. II 391, 2 vetustissimi protulerunt . . . -antur pro -ant. *cf. l. 14.* AFRAN. com. 42 quos impune depopulator [et] despolatur dedecus (dispolatur *codd. Noni p. 480. cf. p. 748, 81*). GLOSS. -at σκυλεύει. *cf.* IV 369, 25 nudare detegere dispoliare vel publicare. [*val.* despoiare, *it.* spogliare, *francog.* dépouiller, *hisp.* despojar. *M.-L.*]

i. q. spoliare, privare: 1 *generatim: aliquem:* PLAVT. Asin. 204 mi . . . -ato. Men. 804 me -at. TER. Andr. 816. TVRPIL. com. 162 te . . . perdere detegere -are. CIC. Verr. 5, 43 ut etiam una cum ceteris Siculis -retur. epist. 14, 2, 3 in eius partem te miseram et -atam venire. SEN. nat. 4 praef. 7 gaudentes. epist. 80, 8. PETRON. 67 sic nos barcalae -amur (*vix reflexivum*). 82 MART. 11, 50, 2. QVINT. decl. 355 p. 386, 20 imperitum iuvenem. POMPON. dig. 24, 1, 31, 7 TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 398, 24 HEGES. 3, 3, 4. 5, 30 dum aliena spolia rapit, ipse -atur. *aliquid:* PLAVT. Mil. 1048 quae digitos -at suos et tuos digitos decorat. LVCIL. 578 proras -ate et detondete guberna. TVRPIL. com. 152 quibus rem rebus -asti (disp- *plerq. codd. Noni*). LABER. mim. 38 provincias (disp- *codd. Noni*). SEN. Phaedr. 765 non sic prata . . . aestatis calidae -at vapor (*sc. viriditate*). nat. 5, 11, 2 Iulio enim mense iam -ata sunt omnia (*sc. nive*). PETRON. 119, 12 Arabum populus sua -verat arva. APVL. apol. 76 nova nupta . . . pudore -ato, flore exoleto. TREB. Gall. 6, 2 templum (TERT. Scap. 2 LACT. inst. 5, 9, 16). PAVL. NOL. epist. 12, 6 ut . . . omnem huius mundi ambitum -ret (*syn.* solvere parietem). GARG. MART. pom. 3, 4 nec possint ita fures -are *fructus.* *accedit ablativus:* PS. CIC. exil. 13 honore. CAES. Gall. 2, 31, 4 armis. LIV. 45, 36, 7 triumpho (disp- *V*). SEN. dial. 6, 24, 5 -atus oneribus alienis. LACT. inst. 6, 11, 3 hominis se appellatione -at (6, 18, 21). PAVL. NOL. epist. 23, 11 nos . . . illo Nazaraeo crine. 30, 4 *v. infra l. 55.* LEO M. serm. 79, 3 omni se laude. AVELL. p. 425, 13 PROSP. resp. ad Vinc. 15. epigr. 94, 4 saepe tamen propriis -atur homo. carm. de ingrat. 961. PETRON. 79 gaudio -atum torum. FRONTO p. 38, 5 N. iis margaritis collos filiarum tuarum -bis? HIL. in psalm. 51, 6 Aegyptum . . . argento et omni ornatu -atam. PS. RVFIN. in Ioel 1, 6 silvas virore -at. LEO M. serm. 9, 4. MAX. TAVR. hom. 96 tota supellectile -atam domum.

2 *speciatim vestibus privare, exuere, denudare* (GLOSS. ἀποδύω. ἐκδύω. -at nudat. *cf.* IV 369, 26 nudi exerti dispoliati): *aliquem:* SEN. contr. 9, 2, 21 verbera . . . -a (*sc. ad supplicium. sim.* PETRON. 30 servus . . . -atus. 49 -a. CAPITOL. Gord. 30, 8 e conspectu duci iussit *illum* ac -ari et occidi. PASS. Tarach. 2. 3). SEN. epist. 63, 11 si quis -atus amissa unica tunica *eqs.* APVL. met. 1, 15. *cf.* 4, 21 magnificum -vit latronem (*sc. pelle ursina indutum*). *sim.* TERT. anim. 33 ut . . . perinde decorietur *anima homicidae in pecus conversa,* quia et ipsa -verit. adv. Val. 32 p. 207, 19 -buntur homines . . . -ari autem est deponere animas, quibus induti videbantur. p. 209, 1. ITALA Os. 2, 3 (Wirc.) sic ut dispoliem eam nudam (ἐκδύσω, VVLG. expoliem). II Cor. 5, 3 (Tert. adv. Marc. 5, 12 p. 616, 2) si quidem et -ati, non inveniemur nudi (*ἐκδυσάμενοι, sed plerique codd. ἐνδυσάμενοι, unde* VVLG. vestiti. *cf.* PAVL. NOL. epist. 11, 8 si -atus a corpore non inveniaris nudus ab opere). II Cor. 5, 4 (Hil. in psalm. 64, 17) in quo nolumus -ari, sed superindui (ἐκδύσασθαι, VVLG. expoliari). Col. 2, 15 (Paul. Nol. epist. 30, 4) -ans (ἀπεκδυσάμενος, VVLG. expolians) transduxit principatus et potestates libere (PAVL. NOL. *l. c. supplet* -ans se carne). AMBR. parad. 12, 59 Iac. 2, 5, 22. VVLG. Luc. 10, 30 *latrones* -verunt eum (ἐκδύσαντες). RVFIN. Adamant. 4, 2 mortuum (ἐσκύλευε). PAVL. NOL. epist. 24, 7 se. BARNAB. 10, 4 VITAE patr. 3, 118. PASS. Perp. 20 -atae et reticulis indutae. *fortasse huc pertinet:* PLAVT. Epid. 93 *senex iratus* virgis dorsum -et (depoliet *Palmerius*) meum (*i. decoriet, cf.* 91ᵃ corium perdidi). *accedit ablativus:* APVL. met. 11, 14 nefasto tegmine. ITALA lev. 6, 11 (Rufin. Orig. in lev. 4, 6) -bit se stola sua (ἐκδύσεται τὴν στολὴν αὐτοῦ, VVLG. spoliabitur prioribus vestimentis). *sim.* AMBR. hex. 3, 11, 47 nulli venti eas *cypressus* crinis sui veste -ent. Noe 19, 70 (*in imag.*) virtute se exuit et imitanda aliis aequitate -at. *cf.* FAVST. REI. spir. 2, 7 p. 149, 27. ENNOD. epist. 9, 30 p. 252, 2 *opp.* vestire. *accedit accusativus rei:* TERT. adv. Marc. 3, 7 p. 387, 24 Iesus . . . primo sordidis indutus . . . dehinc -atus pristinas sordes. 5, 12 p. 616, 2 (*ad* ITALA *supra l. 49*) recipiemus quod -ati sumus, id est corpus. ITALA Ezech. 26, 16 (Tycon. 4 p. 45, 17) auferent mitras et vestem variam suam -bunt se (Wirc. se -bunt, Weing. se dispoliabunt; τὸν ἱματισμὸν . . . ἐκδύσονται, VVLG. abicient).

deriv.: despoliabulum (?), despoliatio, despoliator, despoliatura.

✱dēspondeo, -dī, -sum, -ēre *a* de *et* spondere. disp- CYPR. GALL. gen. 951. *perf.:* DIFF. Suet. p. 309, 36 -it non despopondit. *hoc traditur:* CIC. de orat. 1, 239 TERT. fug. 5. CORP. VI 18937 despepondit. GLOSS. κατεγγυῶ. -et valde promittit. -i promisi. -it κατεγγύησεν, ἐμνηστεύσατο. -erit ὑπέσχετο. -etur κατεγγυᾶται. *dub.* II 45, 48 -it διαχθείς. *legitur inde a* PLAVTO.

1 *i. q. spondere:* a *strictiore sensu nuptiarum causa: aliquam -isse dicitur pater sponsae, rarius sponsi (cf. p. 750, 5 sq. 9. 14. 20) vel sponsus (p. 750, 20. 32 sq.); accedit dativus,* in *v. p. 750, 10. 12. 26.* GLOSS. κατεγγυῶ πρὸς γάμον γυναῖκα. -nsa μνηστευθεῖσα, κατεγγυηθεῖσα ⟨με⟩μνηστευμένη. κατεγγυημένη. VARRO ling. 6, 70 spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa; appellabatur et pecunia et quae -nsa erat, sponsa. 6, 71 qui spoponderat filiam, -isse dicebant, quod de sponte eius, id est de voluntate exierat. DON. Ter. Andr. 102 -i: ex vetere more, quo spondebat etiam petitoris pater. -i: proprie, nam -nsa dicitur, quia spondet puellae pater, -et adulescentis. Ad. 735 -et puellam qui petit, spondet a quo petitur. recte ergo socer futurus '-i' dixit. PLAVT. Aul. 173 eius cupio filiam virginem mihi -eri. 205. 238. 241. 255. 271 filiam -i ego. 782. Cist. 498 uxorem . . . mihi quam -it pater. 601 Alcesimarcho filiam suam -it in divitias maximas. Curc. 663. 671. Mil. 1007 mi haec -nsa est (desponsatast *C D*). Poen. 1156. 1268. 1279. 1357 Rud. 1269 Trin. 603. 604. 1133 sororem . . . in tam fortem familiam. 1156 filiam meam tibi -nsam (-nsatam *C D et Non. p. 144*) esse audio. Truc. 825 CAECIL. com. 65 (*de patre sponsi*). PACVV. trag. 115 gnatam -it, nuptiis hanc dat diem. TER. Andr. 102 (*cf. l. 4*). Haut. 779 at ego illi neque do neque -o (spondeo *A*). 784. 854. 866 Hec. 124 (*de patre*). Phorm. 925 (*de patre*). Ad. 735 (*cf. l. 6*). TITIN. com. 101 cui exacta aetate sponsa sit -nsa. CIC. de orat. 1, 239 Cluent. 179 Att. 1, 3, 3 ad Q. fr. 2, 5, 1. CAEL. Cic. epist. 8, 7, 2 Cornificius adulescens Orestillae filiam sibi -it. NEP. Att. 19, 4 hanc Caesar . . . privigno suo -it. OV. met. 9, 715. LIV. 1, 26, 2 *soror* -nsa uni ex Curiatiis fuerat. 1, 39, 4. 3, 44, 3. 3, 47, 7. 26, 50, 2. 38, 39, 6. 38, 57, 3 *sqq.* MANIL. 5, 615 solvitque *Perseus* haerentem vinclis de rupe puellam -nsam pugna, nupturam dote mariti. FEST. p. 154 *minuitur privatis luctus,* cum -nsa est (PAVL. FEST. cum puella desponsaretur). SEN. contr. 7, 6, 5. 12. suas. 1, 6 -ere ipsos (*Athenienses*) in matrimonium illi (*Antonio*) Minervam (DICT. 6, 4). VELL. 2, 79, 2. 2, 94, 1 VAL. MAX. 4, 2, 3. 4, 3, 1 STAT. Theb. 5, 223. 10, 61 magni thalamo -nsa Tonantis. QVINT. decl. 354 p. 385, 12. 22 TAC. Agr. 9 ann. 12, 3. 9 SVET. Aug. 63 Claud. 27 Otho 1 VLP. dig. 23, 1, 4, 1 *al.* APVL. met. 4, 32 apol. 77 HIL. myst. p. 24, 27 IVVENC. 1, 54. 152 VVLG. exod. 21, 9. deut. 20, 7 uxorem. 22, 23 si puellam . . . -erit vir (*cf. p. 751, 29*). II reg. 3, 14 quam -i mihi centum praeputiis Philisthiim. II Cor. 11, 2 *v. p. 751, 32.* PRVD. ham. 629 cum se thalamis -nsam mens bona iustis noverit inque torum regis nuptura vocetur. *impersonaliter:* TER. Andr. 980 intus -bitur (*i. desponsio fict*), intus transigetur. *adde:* SEN. Ag. 641 Haemonio (*i. Achillis*) -nsa rogo (*cf.* Tro. 195 -nsa nostris [*Achillis*] cineribus Polyxene). Tro. 59 hic Hectoris coniugia (*i. uxorem*) -et sibi (*i. optat concubinam*). *in imag.:* HESYCH. in lev. 17, 1 p. 1003ᴰ nostras animas deus sibi ad salutem -it. ISID. Goth. 1ᶜ chron. II p. 267 licet te (*Spaniam*) sibimet . . . Romulea virtus -erit. *nota:* CATVLL. 62, 27 -nsa tuā firmes conubia flammā, *Hymenaee.* APVL. Plat. 2, 25 matrimonia . . . fieri communia -ente ipsa eius modi nuptias publice civitate[s]. HIL. in Matth. 22, 3 novi corporis -nsa coniunctio (*i. nuptiae*).

b *latiore sensu i. q. promittere:* CIC. har. resp. 6 praeripere -nsam iam et destinatam laudem. prov. 36 is ut eam *provinciam* -nsam, non decretam habere videatur (*cf.* Att. 1, 16, 8 -nsam homini iam Syriam ademi). Att. 1, 10, 4 bibliothecam tuam cave cuiquam -eas, quamvis acrem amatorem inveneris. 11, 6, 6. 13, 12, 3 illam περὶ τελῶν σύνταξιν . . . Bruto . . . -imus (*sc. dedicaturi*). PROP. 3, 19, 23 hanc igitur dotem virgo -erat hosti. LIV. 4, 13, 3 plebem . . . haud dubium consulatum favore ac spe -entem. 26, 37, 5 velut -ente fortuna Romanis imperium orientis. SEN. Oed. 670 vates . . . tibi sceptra -et mea. LVCAN. 7, 758 cum sibi Tarpeias victor -erit arces, cum spe Romanae promiserit omnia praedae. VAL. FL. 7, 510 meritis periuria poenis -et . . . Furor. APVL. met. 10, 26 pecuniam. CYPR. GALL. exod. 612 victumque caelestem -it cunctis. SVLP. SEV. chron. 1, 34, 4. *seq. acc. c. inf.:* LIV. 28, 38, 9 -bantque (*Σ*, spondebantque *P*) animis . . . id *bellum* P. Cornelium finiturum. *i. q. dedere:* CIC. epist. 12, 9, 2 quaecunque est *spes,* ea -etur (*fere i. q. reservatur*) anno consulatus tui. FRONTO p. 36, 14 N. uni M. Porcio me dedicavi atque -i atque delegavi. APVL. met. 2, 12 cui (*convivio*) te sero -eras. 11, 16 ut renatus . . . statim sacrorum obsequio -retur (*cf.* 11, 28 -nsus sacris).

2 *i. q. desperare:* PLAVT. Men. 35 animum -it eaque is aegritudine . . . emortuos est (Merc. 614 animum ne -e. :: nullus est quem -eam. Mil. 6 ne lamentetur neve animum -eat *machaera.* 1053. VARRO ling. 6, 71 -isse animum quoque dicitur . . . quod suae spontis statuerat finem. rust. 3, 5, 6 ne reliqui . . . -cant animum. 3, 16, 15 SEN. benef. 2, 35, 4 AMM. 26, 7, 13). LIV. 3, 38, 2 nec ipsi solum -erant animos (26, 7, 7. 31, 22, 5 AMM. 25, 7, 5). COLVM. 11, 1, 11 quae probabilis ratio est . . . in socordiam compelli, quia -eris sapientiam? (*sc. perfectam te posse nancisci*). ITIN. Alex. 18 pace -nsa parando bello incubuit. *absolute, plerumque i. q. perire:* COLVM. 8, 10, 1 caveis clausi plurimi *turdi* -ent. HERM. Pal. sim. 9, 24, 4 de semet ipsis -entes. SERV. auct. Aen. 1, 92 ne . . . timidiores -eant animo (CARM. epigr. 95, 7. CORP. IX 2229 post dies XV fati eius *filii* animo -it *mater. cf.* GLOSS. -it animo ἀθυμεῖ defecit). CORP. VI 18937 pater infelicissimus qui pos dies XX despepondet *quam filia mortua est.*

deriv.: desponsio, desponsor. desponsare.

dēspōnsālia *n. pl. cf. c.* despondere *et c.* sponsalia. *i. q. sponsalia:* GEST. Pilat. 2, 4 -a (ὅρμαστρα) facta sunt (*C*, desponsatio f. est *cett. codd.*). *ibid.* in -a (εἰς τὰ ὅρμαστρα) Mariae interfuimus (*sic Dᵇ*, in sponsalia et gaudia *C*, in desponsalitio *Dᵉ*).

dēspōnsālitium *v. p. 750, 84.*

dēspōnsātio, -ōnis *f. a* desponsare. *i. q. sponsio ad nuptias:* TERT. virg. vel. 11 p. 900 Öhl. ad -em velantur. VVLG. cant. 3, 11 in die -is illius (desponsionis Amiat.). Ier. 2, 2. FVLG. act. mund. p. 170 quid in hac -e (disp- *traditur*) sacer pronubus edicat. p. 171 in -bus suis quos ordines habeant caeli. AVG. serm. 105, 4 nupt. et concup. 1, 11, 12 PETR. CHRYS. serm. 140 p. 576[A]. 148 p. 597[A] OP. imperf. in Matth. 1 p. 631. APON. 5 p. 103 coruscante die -is regis pacifici. GREG. TVR. Franc. 4, 46 dedi arram in -e (*trad.* disp-) eius. GEST. Pilat. 2, 4 *v. p. 750, 82.*

dēspōnsātor, -ōris *m. a* desponsare. *is qui desponsat:* FVLG. myth. p. 170 caelestis coniugii -r (*trad.* disp-). p. 171.

dēspōnsio, -ōnis *f. a* despondere. 1 *i. q. sponsio nuptiarum,* GLOSS. κατεγγύη: HIER. adv. Iovin. 1, 37 in hac -e Christi. FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 10 (*allegoriee*) -is mirabile sacramentum. *ef. l. 4.* 2 *i. q. desperatio* (*cf. p. 750, 65*): GLOSS. II 567, 3 animi -o fastidium quando animo increverit. CAEL. AVR. acut. 2, 32, 167 attestante . . . animi -e (2, 36, 190 chron. 2, 11, 131). 3, 18, 176 -o, vigiliae. chron. 3, 2, 15.

✱**dēspōnso,** -āvī, -ātum, -āre [*ef. e.* despondere *et e.* sponsare. *Th.*]. *trad.* disp-: ITALA deut. 22, 23 (Lugd.) Matth. 1, 18 (cod. δ) Luc. 1, 27. 2, 5 (codd. d δ) LIB. gener. chron. I p. 133, 332 GREG. TVR. Franc. 3, 20. 4, 46 *al.* LEX Visig. 3, 1, 2. 3, 4, 2 GEST. Pilat. 2, 4 *al.* *deponens* desponsor *v. infra l. 39.* GLOSS. -atur κατεγγυᾶται. -ata ἁρμοστή. arratam -atam. *legitur inde a* VELL. [PLAVT. Mil. 1007 Trin. 1154 *v. p. 750, 11. 13*].

i. q. ad matrimonium despondere: VELL. 2, 65, 2 cum esset privigna Antonii -ata Caesari. SVET. Iul. 1. MIN. FEL. 25, 3 virgines iam -atas, iam destinatas. TERT. virg. vel. 6. ITALA deut. 22, 23 (Lugd.) puella virgo -ata viro (μεμνηστευμένη, VVLG. *v. p. 750, 32*). Os. 2, 19. 20 (Hier. adv. Pelag. 2, 23 Rufin. Orig. in lev. 12, 5 Apon. 1 p. 7) -bo te mihi (μνηστεύσομαι, VVLG. sponsabo). II Cor. 11, 2 (Aug. c. Adim. 7 epist. 188, 5 serm. ed. Mai 94, 7 *ef.* virg. 12, 11) -vi (ἡρμοσάμην, VVLG. despondi) enim vos uni viro virginem castam exhibere, Christo. PS. AVR. VICT. orig. 13, 4. LIB. gener. chron. I p. 133, 332 Ioseph cui -ata fuit virgo Maria. LIB. gener. a. 334 chron. I p. 132, 167 Ioseph qui -vit Mariam (p. 172, 249 GEST. Pilat. 2, 3. 4. *ef.* MARCELL. chron. II p. 79, 437 Eudoxiam . . . quam dudum -verat [p. 76, 424, 2 sibimet -vit]. CANON. Migne 56, 754[B] si -atus [*deponens*] aliquis puellam corrupit sororem eius . . . nupserit autem quam -vit. PETR. CHRYS. serm. 31 p. 288[C] [*allegoriee*] *Christus* tunc ecclesiam -bat [*ef.* GREG. M. moral. 2, 50 ecclesiam domino. FACVND. defens. 9, 1 p. 740[C]]. SCHOL. Ter. p. 141, 17 GREG. TVR. Franc. 3, 20 tit. 4, 46. 5, 38. PASS. Thom. p. 101, 1 -ata sum a rege caelorum. SCHOL. Hor. Vind. ars 146 *Tydeus* Deiphylen -vit). PS. CYPR. singul. cler. 40 CAPITOL. Aur. 4, 5 HIL. myst. p. 23, 34. AMBR. inst. virg. 6, 42 -ata fuit conubio. in psalm. 118 serm. 1, 4 Abr. 1, 9, 91. 93 HEGES. 1, 40, 5. 1, 42, 3 HIER. virg. Mar. 4. VVLG. exod. 22, 16 virginem necdum -atam. deut. 22, 25 Matth. 1, 18 Luc. 1, 27. 2, 5 (*ef. l. 22*) AVG. civ. 3, 14 *al. ef.* PAVL. FEST. *p. 750, 25.* *nota:* VEN. FORT. carm. 4, 28, 11 dulcis in Eusebii iam -ata cubile (*i. matrimonium*).

deriv.: desponsatio, desponsator.

dēspōnsor, -ōris *m. a* despondere. VARRO ling. 6, 69 ab eadem sponte a qua dictum spondere, declinatum . . . -r.

[**desposin**] steriles (sterilis, sterelis) GLOSS. (*v. l.* desponsin). *corrupt.*

dēspūmātio, -ōnis *f. a* despumare. *i. q. demptio spumae:* TERT. carn. 19 *semen* -e mutatum in coagulum sanguinis. *i. q. phlebotomatio:* CHIRON 14.

dēspūmo, -āvī, -ātum, -āre [*a* de *et* spuma *vel* spumare. *Th.*]. *traditur subinde* disp-. *legitur inde a* VERG. [*dub.* GLOSS. effetanda disputanda, *ubi* effaecanda despumanda *Löwe.* IV 483, 33].

1 *transitive i. q. spuma purgare (c. abl. v. l. 82): proprie humores decoctos sim.:* VERG. georg. 1, 296 dulcis musti Volcano (*i. igni*) decoquit umorem et foliis undam trepidi -at aheni (MANIL. 3, 663 pinguiaque impressis -ant musta racemis. COLVM. 12, 34). CELS. 3, 6 mel -atum (COLVM. 12, 38, 5 SCRIB. LARG. 50. 70. 88. 91. 94. 96. 145 PLIN. nat. 22, 109. 110. 28, 95 PALLAD. 8, 7 GARG. MART. med. 45 PELAGON. 80 PHILAGR. med. 4 p. 118 SORAN. p. 97, 12 DIOSC. 2, 65 [2, 82, 3 W. ἐξηφρισμένον]. APIC. 1, 1. 2 ANON. med. ed. Piechotta 119 THEOD. PRISC. log. 17. 21. 59 CASS. FEL. 21 p. 37, 1. 3. 40 p. 92 ORIBAS. syn. 1, 21. 4, 12. 21. 38). SEN. epist. 99, 27 (*in imag.*) cum aliquid lacrimarum affectus effuderit et, ut ita dicam, -verit. PLIN. nat. 9, 133 -atis subinde carnibus. VAL. FL. 8, 254 pars *socciorum* veribus (*se. figit carnem*), pars nudanti -at aeno. APVL. met. 1, 3 magico susurramine . . . lunam -ari (*cf. p. 752, 11*). TERT. anim. 27 *in concubitu* -atur (*Vrs.*, -at in *cod.*) semen totius hominis. PALLAD. 3, 25, 10 aquam salsam. APIC. 5, 192 cum -veris *lenticulam coctam.* EVSTATH. Bas. hex. 3, 8 p. 899[B] cum vero fuerit -atus humor. *latiore sensu:* VITR. 7, 4, 5 ad regulam et libellam summo libramento cote -ato (*i. polire. ef.* PLIN. nat. 36, 187). *sim.:* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 143 qua usturā testa squamulis -atur (*i. desquamatur*). *i. q. phlebotomare:* CHIRON 11 -bimus tertio gradu ⟨a⟩ dentibus caninis. 12. 252 VEG. mulom. 1, 22, 11. 2, 6, 7. 2, 28, 4. 2, 34, 2. *translate i. q. facere, ut aliquid deferveseat:* PERS. 3, 3 stertimus, indomitum quod -are Falernum sufficiat (SCHOL. crapulam Falerni vini discutere). CLAVD. 1, 54 quantas per Lydia culta -at rutilas dives Pactolus arenas (*i. spumans dedueit. ef.* carm. min. 26, 58 -at niveum fistula cana salem *in aquis Aponi*). TERT. monog. 3 ut ne unis quidem nuptiis fervorem carnis -are permitteret *dominus. ef.* HIER. adv. Iovin. 1, 33 post -atas corporis voluptates. 2, 37 libidines. VVLG. Iudas 13 fluctus feri maris -antes suas confusiones (ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας).

2 *intransitive: proprie i. q. despumari, spumam emittere:* LVCAN. 6, 506 donec suppositas propior (*se. deducta*) -et in herbas *luna* (*cf. p. 751, 76*). PALLAD. 11, 18, 1 defrutum a defervendo dictum, ubi *mustum* ad spissitudinem fortiter -arit. ANTH. 21, 278 ultima -ans pelagus qua litora lambit. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 111 sic enim veluti -ans resumit *vires epileptieus. translate i. q. deferveseere, desaevire:* SEN. dial. 4, 20, 3 ut consumatur calor nimiusque ille fervor -et. epist. 68, 13 haec aetas optime facit ad haec studia: iam -vit (disputavit *codd.*). HIER. epist. 69, 9, 1 venter mero aestuans cito -at in libidines. epist. Pachom. 7 malae cogitationes, quae igne iracundiae bullientes quandoque erumpunt foras et -ant in corporis voluptatibus.

deriv.: despumatio.

dēspuo, -ī, -ūtum, -ere *a* de *et* spuere. *traditur etiam* disp-. GLOSS. -it spumat. *legitur inde a* NAEVIO *et* PLAVTO.

1 *i. q. expuere (saepe mala averruncandi eausa):* **a** *absolute:* NAEV. com. 98 illo te ducam, ubi non -as. VARRO ling. 5, 157 locus . . . ubi non licet -ere (LIV. 5, 40, 8 ubi nunc -i religio est. PAVL. FEST. p. 69). rust. 1, 2, 27 *post incantationem* terram tangere, -ere (*ef.* TIB. 1, 2, 54 ter cane, ter dictis -e carminibus. PLIN. nat. 26, 93. 27, 131. *cf.* 28, 36 veniam quoque a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo et iam eadem ratione terna -ere precatione in omni medicina mos est *eqs.*). CIRIS 372 ter in gremium meum (TIB. 1, 2, 96 -it in molles et sibi quisque sinus). PERS. 4, 35 acre. PLIN. nat. 24, 172 ad suam dexteram terna. 25, 167 [28, 39 *v.* adspuo *vol. II p. 846, 78*]. **b** *aliquid:* PETRON. 135 folliculos . . . in terram veluti muscarum imagines -at. PS. AMBR. serm. 24, 10 serpens . . . evomit venenum suum . . ., ita et nos . . . -amus venenum pessimum *eqs.* HYMN. Ambr. II 4, 12 pulvis arenae sicco -itur ore viantis. HEGES. 3, 20, 2 corpora quae -erat mare. PRVD. psych. 368 cantharus ingens -it effusi spumantia damna Falerni (SCHOL. *ad l.* id est nauseam facit). CLAVD. rapt. Pros. 2, 52 tenerum vagitu -it ignem *Sol infans.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 43 corpus apertum -it, ut ita dixerim, passionis carnem. 2, 4, 78 oleum. 2, 11, 128 cum quodam excreatu -itur *sanguis* (CASS. FEL. 39 p. 86). MART. CAP. 1, 15.

2 *i. q. aliquid vel aliquem conspuere (se. ominis causa), latiore sensu i. q. fastidire, contemnere, respuere* (GLOSS. -it renuit, repellit. -endo reiciendo. *dub.* V 62, 21 dispuit inpletur): PLAVT. Asin. 39 teque obsecro hercle, ut quae locutus es -as . . . age, age usque excrea. CATVLL. 50, 19 precesque nostras . . . cave -as. PLIN. nat. 10, 69 comitialem propter morbum -i suctum *coturnices.* 28, 35 -imus comitiales morbos, hoc est contagia regerimus. APVL. apol. 44 quid in Thallo -ant (*se. morbum comitialem*). 52 neque enim gravius est . . . in cubiculo -i quam in isto splendidissimo coetu detestari. MIN. FEL. 8, 4 deos -unt *christiani* (*cf.* TERT. nat. 1, 10 p. 75, 11 credentes esse *deos* et contemnentes, colentes et -entes). TERT. spect. 13 nec minus templa quam monumenta -imus. idol. 11 quo ore christianus turarius . . . fumantes aras -et? (PRVD. c. Symm. 1, 579 quota pars *populi* est, quae Iovis infectam sanie non -at aram?). patient. 3 -itur *Christus*, verberatur, deridetur. nat. 1, 6 *leges.* test. anim. 1 caerimonias. adv. Marc. 1, 29 p. 331, 10 matrimonii res. carn. 4. ARNOB. nat. 2, 64 quemquam repellit aut -it. 3, 15 nos ut rudes. 7, 17 vestras dignitates. LVCIF. reg. apost. 5. 8 *fidem.* Athan. 1, 22 mandata dei. 2, 29 AMBR. Iac. 1, 1, 4. 1, 7, 32 *opp.* requirere. PRVD. perist. 2, 188 num sordida haec aut vilia, num -enda existimas? PAVL. NOL. epist. 32, 2 *nos* -endos. CYPR. GALL. exod. 338 haec ubi pro parvis (*i. ut vilia*) torvus rex -it ore. VICTRIC. 23 MART. CAP. 1, 80 CLAVD. MAM. epist. p. 203, 16 MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4. *nota c. acc. e. inf.:* LVCIF. non parc. 24 p. 262, 15 verum illum esse filium cum -itis *Ariani.* *part. praes. pro adi.* dēspuēns, -tis: CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 135, 15 terrae -ens, caeli appetens.

part. perf. pass. pro subst. **dēspūtum,** -ī *n.* *i. q. sputum:* CAEL. AVR. acut. 3, 20, 195 subalbida -a.

dēspūtāmentum, -ī *n.* [*ef. e.* despuere, desputum *et e.* sputamentum. *Th.*]. *i. q. aspersio:* FVLG. myth. 3, 6 p. 68, 12 scintillantis olei -o maritum succendit *Psyche.* [desputarent *coni. Weyman Glotta 3 p. 193* ARNOB. nat. 6, 24 p. 235, 8 *pro* dep-.]

dēsquāmo, -āvī, -ātum, -āre [*a* de *et* squama. *Th.*]. *proprie:* NON. p. 95 -at squamis spoliat (GLOSS. V 640, 9). PLAVT. Aul. 398 -a pisces. APVL. apol. 42 -ari et exdorsari pisces. *latiore sensu i. q. deradere, defricare, atterere:* PLIN. nat. 17, 227 cum . . . subarator imprudens luxavit radices *vitium* corpusve -vit. 23, 134 mora . . . largo suco abundant summo cortice -ato. 25, 97 in -ato terreno servantur *herbae illae.* 35, 198 *vestis* -atur Cimoliā. CASS. FEL. 34 p. 74 amygdalae amarae -atae (45 p. 114 descam-). *de cultu corporis:* LVCIL. 264 rador, subvellor, -or, pumicor, ornor. *part. perf.*

pass. pro subst. n. plur. dēsquāmāta, -ōrum. *de locis in corpore devulsis*: PLIN. nat. 22, 139 sitanius ... incussă in facie aut -a cum melle aptissime curat. 24, 93. 28, 52. 29, 33. [*val.* descămare, *hisp.* descamar. *M.-L.*]

dēstello *v.* destillo.

dēsterno, -strāvī, -strātum, -ere *a* de *et* sternere. *i. q. strato liberare*: VEG. mil. 3, 10 -atis equis. VVLG. gen. 24, 32 -vit camelos. *cf.* disterno.

dēsterto, -uī, -ere *a* de *et* stertere. *i. q. desinere stertere, edormire*: PERS. 6, 10 postquam -uit *Ennius* esse Maeonides (GLOSS. V 551, 28 evigilavit).

destico, -āre [*orig. inc., nisi vox est onomatopoetica. Th.*]. SVET. frg. p. 250, 3 soricum *vox est* -are. CARM. de philomela anth. 762, 62 -at inde sorex.

dēstillātio, -ōnis *f. a* destillare. *scribitur saepe* dist-. *nomen morbi*: CELS. 4, 5 nunc video apud Graecos in gravedine hoc nomen (*sc.* κόρυζα) servari, -em καταστάγμον appellari. GLOSS. καταστάγμός. κατάρρους. διάρροια. CELS. 1, 2 quae res (*sc. si modo frigus, modo calor est*) maxime gravedines -esque concitat. 1, 5. 2, 1. 7. 8. 22. 4, 5 si in -e crassa facta pituita est. SEN. epist. 75, 12 -o una nec adhuc in morem adducta tussim facit, assidua et vetus pthisin. 78, 1. 19. 120, 16. SCRIB. LARG. 90 pastillus ad tussim, -em pectoris ⟨et⟩ pulmonis (93 PLIN. nat. 30, 46 MARCELL. med. 16, 1. 7). 120. PLIN. nat. 20, 46. 49 -es thoracis (29, 42). 20, 53. 122 -es stomachi. 20, 123 -es capitis. 20, 183 narium (CHIRON 350). 20, 215. 21, 155 faucium. 22, 35 ventris (*cf.* PHILVM. med. 3 p. 64 non bene digesta per ventrem feruntur diverso colore et maxime -o luti sanguinei quemadmodum vas destillans efficitur). [22, 59 *coni.* adustionibus]. 22, 139. 23, 86 inveteratis -bus. 23, 150. 24, 38. 107. 28, 42. 54. 30, 32. 46. 32, 64. CORP. IV 760 -o me tenet. SVET. Aug. 81 -bus iocinere vitiato ad desperationem redactus (*cf.* AMM. 14, 11, 24 -e iecoris pulmones vomitans interiit. GARG. MART. med. 21. 54 PLIN. med. 1, 11. 16. CHIRON 521 cervicis (570. 572 VEG. mulom. 2, 43, 1. 2, 44, 2). HIER. in Eph. 5, 29 p. 658 adv. Rufin. 1, 28 MARCELL. med. 17, 52 quibus pulmo per -em uvae vulneratus est. *generatim i. q. defluxio per stillas*: TERT. anim. 27 hoc erit semen animale protinus ex animae -e, sicut et virus illud corporale semen ex carnis defaecatione. IREN. 1, 17, 1 ei virtuti, quae demiserit -em (ὑπόρροιαν). ARNOB. nat. 7, 27 resina lacrimabili -e coalescens. MARCELL. med. 8, 82 lacrimarum -em. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 161 aquae -o crebra (2, 3, 69). 2, 7, 113 amaricini olei. 4, 6, 87 guttarum. 5, 1, 16 ne -e cauteris vicinae partes adurantur. acut. 1, 2, 31 sanguinis per nares -o (ORIBAS. syn. 6, 25. 47). GREG. M. moral. 17, 36 (*in imag.*) auditores suos -e verborum nutriens nubes illa loquebatur.

dēstillēsco, -ere *cf. c.* destillare. *i. q. destillatione laborare, tabescere*: ITALA Iudith 7, 9 (Corb.) -ent fame sua (ITALA Reg. Sangerm. 4 distillabunt, Sangerm. 15 tabescant. LXX 7, 14 ταχήσονται ἐν τῷ λιμῷ, *deest in* VVLG.). CHIRON 716 macer fiet -endo.

dēstillo, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* stillare. SERV. georg. 3, 366 inde (*a* stilla) est et '-at'. *scribitur saepe* dist- (NOT. Tir. 91, 2 destillat), destello: PLAC. med. 16, 33. GLOSS. διαρέω. καταρέω. παραρέω. διαστάζω. καταστάζω. -ans ὑπορέον. *legitur inde a* VARRONE [FIRM. math. 4, 9, 8 -at *trad.*, debilitat *Kroll*]. [*francog. dial.* detelă. *M.-L.*]

I ***intransitive*** *i. q. guttatim defluere* (*accedit* ab, de, ex, *ablat.* [*v. l. 79. 84*]; ad, in *c. acc.*, in *c. abl.*, per, super): **A** *proprie*: **1** *de rebus liquidis*: **a** *generatim*: VARRO ling. 5, 109 sudandum assum -at calore[m]. VERG. georg. 3, 281 lentum -at ab inguine virus. FEST. p. 178 ut ex ea *cauda* sanguis -et in focum. CELS. 2, 7 p. 40, 37 si paulatim -at *urina* (p. 41, 4. 4, 1 p. 122, 20. 7, 26, 2). 5, 27, 2 quo magis ex eo *vulnere* quoque virus -et. 6, 6, 38. 7, 7, 7 per quam *fistulam* pituita assidue -at. SEN. nat. 2, 12, 3 *ignem* ex aethere -are. 2, 31, 1. 2, 57, 2. 3, 21, 1 ex quo *loco* letalis aqua -at. epist. 24, 5 spectator -antis (*sc. dum comburitur*) in hostili foculo dexterae stetit *Scaevola* (66, 51. *cf.* LVCAN. 8, 777 carpitur et lentum Magnus -at in ignem tabe fovens bustum). COLVM. 12, 18, 5 cum pix imum in fundum -vit. 12, 41. LVCAN. 9, 772 nigra -ant inguina tabe. PLIN. nat. 6, 198 -ante arboris odore mirae suavitatis. 12, 73. 17, 15. 116. 117. 191. 23, 71. 24, 57. 31, 30. 113. 32, 92. 34, 124. 175. 37, 46. FRONTO p. 197, 12 N. vindemiam maturam ac -antem. TERT. anim. 47 (*in imag.*) quorum liberalitas soleat et in profanos -are. ITALA psalm. 71, 6 (Tert. adv. Marc. 5, 9 p. 604, 14) stillae -antes in terram (στάζουσαι, VVLG. stillicidia stillantia). prov. 5, 3 (Hier. hom. Orig. in Ezech. 8 p. 956/7 Didasc. apost. 6, 11 Gaudent. serm. 15) mel enim -at (ἀποστάζει, VVLG. *v. p. 754, 19*) de (a *Gaudent.*) labiis mulieris meretricis. Luc. 22, 44 (Apon. 9 p. 187) sudor eius coepit -are in terra, sicut guttae sanguinis (ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες [-ος *Tisch.*] ἐπὶ τὴν γῆν, VVLG. sicut guttae sanguinis decurrentis in terram). DON. Ter. Hec. 385 -antes fletus detergere. PROB. Verg. georg. 2, 119 *balsamum* arboribus -at in modum picis. VVLG. lev. 5, 9 faciet -are *sanguinem* ad fundamentum *altaris*. CLAVD. 1, 222 -ant per pectus aquae (SORAN. p. 58, 15 sudor ... per faciem et cervicem). PAVL. NOL. epist. 23, 33 quasi rores ... -ant. 23, 36 gutta. 35. AVG. c. Faust. 25, 2. CYPR. GALL. lev. 70 si forte veretro semina -ant. ENNOD. carm. 1, 8, 31 (*in imag.*) sum, fateor, cuius -ent (*i. in loquendo haereant*) verba relatu. VEREC. in cant. 4, 3 (*in imag.*) non super Ierusalem spiritalem ... illico -vit furor dei. VEN. FORT. vita Leob. 26, 85 nec ullam olei guttam permiserunt -are *lampades*. **b** *speciatim in re medica de destillatione morbosa* (*cf. p. 753, 16*): CELS. 2, 8 p. 45, 14 si quid in nares a capite -at (*in tabe. cf.* 4, 5). 3, 22 p. 110, 19 *pthisis* oritur fere a capite, inde in pulmonem -at. CHIRON 543 si cui capiti malignus humor in gingivas -verit (VEG. mulom. 2, 32 defluxerit). *nota de eo qui destillatione laborat*: SEN. epist. 78, 1 eo perductus sum, ut ipse -rem ad summam maciem deductus. *cf. p. 753, 47.* **2** *de rebus unde humor* -at, *i. q. madere, abundare*: **a** *c. ablat.*: TIB. 2, 2, 7 illius *genii* puro -ent tempora nardo. PLIN. nat. 15, 82 anus *fici* -ant cummium lacrima. PS. AMBR. serm. 44, 3 fons qui non solito humore -at. VVLG. iud. 5, 4 caelique ac nubes -verunt aquis. AVG. gen. ad litt. 3, 10 p. 74, 20. **b** *absolute*: HIER. interpr. Iob 16, 20 -et oculus meus (στάζει, VVLG. 16, 21 stillat). psalt. sec. Hebr. 119, 28 -vit anima mea prae stultitia (VVLG. 118, 28 dormitavit ... prae taedio. ἐνύσταξεν). c. Ioh. 30 quae (*caro*) me nunc cruciat, quae nunc prae dolore -at. VVLG. psalm. 67, 9 caeli -verunt. prov. 5, 3 favus enim -ans (*cf.* ITALA *p. 753, 73*) labia meretricis (cant. 4, 11 [*cf.* ITALA *infra l. 27*]). AVG. in Iob p. 559, 2 saxa -ant. PHILVM. med. 3 p. 64 vas -ans. *nota i. q. diffluere, dirumpi*: ITALA num. 16, 31 (Lugd.) -vit (ἐρράγη, VVLG. dirupta) terra sub illis.

B *translate i. q. abire*: OP. imperf. in Matth. 41 p. 860 deficit a veritate, -at a fide.

II ***transitive***: **A** NON. p. 404 spargere significat -are vel guttatim fundere: ITALA cant. 4, 11 (Hier. epist. 78, 25) mel -ant labia tua (ἀποστάζουσι, VVLG. *v. supra l. 20*). 5, 4 (Ambr. Isaac 6, 53) manus meae -verunt myrrham (ἔσταξαν, VVLG. stillaverunt). Ioel 3, 18 (Tert. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 16) montes ... -uros dulcorem (ἀποσταλάξαι, VVLG. stillabunt). PELAGON. 237 porcinum veretrum loco apertae ungulae -bis (*sim. cum dat.*: PLAC. med. 16, 33 caprinum lotium cum mulso auribus -atur). VVLG. cant. 5, 13 labia eius lilia, -antia myrrham primam. PAVL. NOL. epist. 40, 2 in quibus *litteris* a verbo domini mel et lac -vit lingua tua. AVG. in psalm. 132, 4 guttam. in euang. Ioh. 21, 3 CAEL. AVR. chron. 5, 1, 18 APIC. 7, 296. CASSIOD. var. 12, 4, 5 *mustum* -at gemmis comparem liquorem. GREG. M. in euang. 40, 5 aquam in ore suo. ISID. orig. 17, 8, 14 guttam. **B** *i. q. conspergere*: FRONTO p. 88, 5 N. micularum minimum cum vino -atum gluttivi. PAVL. NOL. epist. 19, 3 animam renascentem primo notitiae suae rore -at *deus*. *fortasse huc pertinet* (*in imag.*): FRONTO p. 126, 16 N. illa -ata responsa.

deriv.: destillatio, destillesco.

dēstimulo, -āre *a* de *et* stimulare. *i. q. vehementer stimulare, incitare*: SYMM. epist. 4, 26 exercendi stili amore -or [5, 40 *v.* dissimulo]. 5, 94 ad hoc studium. rel. 18, 2. 35, 3. PAVL. NOL. epist. 20, 23 deus ... -ans homines attendere Christo. *cf.* distimulo. *L.*

dēstina, -ae *f.* [*cf. c.* destinare. *Th.*]. GLOSS. ἔρεισμα. *proprie et in imag. i. q. fulcrum*: VITR. 5, 12, 3 *sin* -ae (*i. sublicae*) arcas non potuerint continere (5, 12, 5 inter -as creta in eronibus ... calcetur). ARNOB. nat. 2, 69 -am caeli (*i. Atlantem*). AVG. anim. 2, 4, 8 nonne si eam *domum* senserit labare fundamine, -as (*i. tigna*) quaerit, strues congerit? serm. 12, 12 cum suas fabulas ruinosas qualibusque responsionum -is fulciri non possint. PS. AVG. serm. 1, 2 imminenti eius ruinae -am praecepti suffulsit. FVLG. RVSP. epist. 1, 4 consolationis -am. PS. FVLG. RVSP. serm. 46 curramus ad istius vitis purpuream -am sanguineae passionis. CORIPP. Iust. 1, 18 Thomas Libycae nutantis -a terrae (Ioh. 3, 43). ISID. sent. 2, 40, 12 ruina adulterii excipitur -a matrimonii. *cf. p. 755, 49.*

dēstinātē *v. sub* destino.

***dēstinātio,** -ōnis *f. a* destinare. GLOSS. ἀφόρισις. ἀποχωρισμός. ἀπόσταλμα. ἀπόπεμψις. *legitur inde a* LIV., *deest poetis* [*dub.* TERT. resurr. 14 p. 43].

i. q. constitutio, definitio, sanctio: LIV. 32, 35, 12 nulli omnium placere partium ... -o. PLIN. nat. 8, 17 ex -e et commentariis M. Agrippae. 8, 39 depascitur segetes -e ante, ut ferunt, determinata in diem. 36, 114 non temporaria mora, verum etiam aeternitatis -e. PAPIN. dig. 31, 77, 10 in eum -e (*i. electione*) dirigi potest. TERT. apol. 48 quia ratio restitutionis -o iudicii est. adv. Marc. 4, 11 p. 451 olim hanc statuimus -em pristinorum a creatore potius repromissam a Christo exhiberi. HIL. in Matth. 26, 1 ad collectionem sanctorum -e angelorum cum tubae ... hortatu. COD. Theod. 5, 1, 2 (*a. 369*) praeferatur iuxta memoratam -em. *huc pertinere videtur*: CASSIOD. var. 10, 19, 5 ut non per occasionem legationis vestrae, sed propria potius -e nostra possitis vota cognoscere. *i. q. voluntas, certum consilium, propositum, sententia animi sim.*: PETRON. 115 quam longe a -e sua iacet (*praecedit* animo suo fixit). PLIN. nat. 7, 149 -o expirandi. 36, 96 anxio artifice (*abl. abs.*) mortis -e suprema. STAT. silv. 3 praef. 27 -em quietis meae tibi maxime intendere. PS. QVINT. decl. 4, 8 mori volo ... ita non ex hac -e sentitis, quidquid dici non potest. FRONTIN. strat. 2, 5, 38 faciente inopia fidem -i. TAC. hist. 2, 47 praecipuum -is meae (*sc. moriendi*) documentum habete. 2, 78 haud dubia -e discessere. ann. 12, 32 ducem -is certum, ne nova moliretur nisi prioribus firmatis. 15, 51 adicit questus et

-em vindictae, si facultas oreretur. IVLIAN. dig. 41, 2, 38 -em iu tempus conferre. POMPON. dig. 30, 24, 3 cum nostra -e fundorum nomina ... non natura constituerentur. PAPIN. dig. 33, 8, 19, 2 propter filii -em. 50, 17, 76 quae animi -e agenda sunt. GAIVS inst. 2, 169 contraria -e ab hereditate repelli. inst. paraphr. 47 p. LI Krueg. -o cap⟨ien⟩dae hereditatis. VLP. dig. 50, 1, 27, 2 ex -e animi (PAVL. dig. 25, 7, 4). PAVL. sent. 4, 8, 23 -e futuri dominii. AVSON. 464, 2 -e (*i. fine*) non potitur. AMM. 24, 6, 5 *cum* neque -em flecterent principis. 26, 8, 12 cuius verecundia et -o gloriosa abruptis discriminibus meritum exemit. EVSTATH. Bas. hex. 3, 2 p. 892^A -o cogitationis. CASSIOD. var. 10, 19, 5. *huc referenda i. q. σκοπός*: CASSIAN. conl. 1, 2, 1 omnes ... artes ac disciplinae scopon quendam, id est -em, et telos, hoc est finem proprium habent. 10, 7, 3 haec ... -o solitarii, haec esse debet omnis intentio. *al.* *t. t. i. q. designatio consulis*: TAC. hist. 1, 77 ceteri consulatus ex -e Neroni aut Galbae mansere. PLIN. paneg. 77 tantum ex renuntiatione eorum voluptatis quantum prius ex -e capiebat. 95 -em consulatus mei ... approbavistis. *i. q. directio*: CHALC. comm. 88 si coetus solis et lunae fiet directus et velut ad perpendiculi -em. *i. q. obstinatio, pertinacia sim., plerumque in pugna*: AMM. 15, 10, 10 pertinaci -e Afrorum. 16, 12, 37 -e nimia. 19, 3, 1 hac partium -e pugnatur. 20, 11, 7 cum illi -e nativa reniterentur. 24, 2, 14 proelium atrox ... -e magna protractum. 27, 4, 10 has gentes ... ingenti -e pressit. 29, 5, 28 abundans divitiis et -e. 31, 12, 7 vicit ... funesta principis -o. COD. Greg. 3, 4, 2 si in extremum fati diem pater eadem animi -e duravit.

adv. **dēstinātō** *v. sub* destino.

dēstinātor, -ōris *m. a* destinare. *is qui aliquid animo intendit, determinat*: ITALA Is. 3, 2 (Ps. Cypr. adv. Iud. 6) abstulit ab Hierusalem ... prophetam, -em et senem (*στοχαστήν*, VVLG. ariolum). ENNOD. epist. 2, 6 p. 44, 16 volo esse paginarum praevius -r (*i. litteras tibi prius mittere volo*).

dēstinātus *v. sub* destino. **dēstinguo** *v.* distinguo.

***dēstino,** -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* obstinare, obstinatus, *fortasse c.* praestinare *et c. ind.* styāyatē '*durescit, concrescit*', *island.* stīra '*rigere*', *gr.* *στέαρ*, *lat.* stiria, stilla. *Th.*] *persaepe in libris scribitur* dist-. destinuo GLOSS. NON. p. 239 -are dicitur parare ... emere (LVCIL. 893). GLOSS. *ἀποστέλλω. ἐξαποστέλλω. ἀφορίζω. ἀποπέμπω.* -or *ἀφορίζομαι.* -at *ἀφοσιοῖ. προτίθεται. ἀποπέμπει. ἀπονέμει. περισπᾷ.* disponit. -vit *προέθετο. προείρηται.* -are *ἀποστεῖλαι.* -atus dispositus vel dilectus. -atum deputatum. separatum. -ata *ἀφωρισμένα.* devota. definita. ad -ata *πρὸς τοὺς (τὰ ε) ἀφορισθέντα.* V 661, 36 -vit hoc facere (*sine interpr.*). *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem, deest ex. gr.*: TER. LVCR. TIB. PROP. PERS., *singulis habent locis*: RHET. Her. CATVLL. SALL. NEP. VERG. VITR. SEN. rhet. CELS. LVCAN. MART. MIN. FEL., *binis*: MANIL. SIL., *ter*: IVV. *quaternis*: PLIN. nat. VAL. FL., *frequentant*: LIV. (*45^ies*) SEN. (*32^ies*) CVRT. (*36^ies*) COLVM. (*36^ies*) QVINT. inst. decl. (*31^ies*) TAC. (*67^ies*) SVET. (*58^ies*) ICTI (*94^ies*) APVL. (*39^ies*) TERT. (*69^ies*). [*dub.* LVCIL. 941 Hymnis sine eugio ac destina. *potest pro subst. haberi et obsceno sensu intellegi.* TERT. resurr. 17 *fortasse interpolatum.*]

I ***proprie*** *i. q. alligare, vincire, defigere, firmare, stabilire sim.*: CAES. Gall. 3, 14, 6 *funes* autemnas ad malos -bant. 4, 17, 6 haec utraque *tigna* ... -bantur (*variant codd.*). 7, 22, 2 laqueis falces avertebant, quas, cum -erant, tormentis introrsus reducebant. civ. 1, 25, 7 has *rates* quaternis ancoris ex IV angulis -bat. VITR. 5, 12, 3 *arcae* demittendae -andacque firmiter. CET. FAV. p. 292, 16 eas *tabulas* vectibus ligneis transversis -bis. COLVM. 4, 25, 3 prius enim putator applicat ferrum atque ita quae -vit praecedit. APVL. met. 1, 13 hunc ... bacchatim decerpsimus vel membris -atis virilia desecamus. 4, 3 arreptum me loro quam valido ad ansulam quandam -atum (4, 7 nobis ... loro valido -atis. 6, 27 quo *loro* fueram -atus). 7, 24 me de cuiusdam ... ilicis ramo pendulo -ato. 8, 30 de quadam quercu. LEX met. Vipasc. frg. 2, 6 putei omnes diligenter fulti -atique sunto. TERT. anim. 19 ramos aliorsum (*sc. tendere*) -atos. mart. 3 fossam moliendo, testudinem -ando, desudando (*de militibus*). SIDON. epist. 1, 7, 3 captus -atusque Romam pervenit. *in imag*: APVL. met. 9, 21 diverso quodam negotio -atus (*i. obligatus*). *nota*: TERT. scorp. 1 nos ipsi, ut lepores, -ata (*fere i. indagine sudibus facta*) venatio, de longinquo obsidemur (*potest per metonymiam ad II B 5 referri*).

II *i. q.* ***trahendo de superiore loco deducere***: **A** ***proprie et in imagine i. q. deripere, deorsum trahere***: **1** *aliquem*: SEN. Phaedr. 420 te (*Hecaten*) regentem frena nocturni aetheris -ere numquam Thessali cantus queant (*cf. p. 832, 20*). PETRON. 111 ne quis ad sepulturam corpus -ret *de cruce*. 112. PLIN. nat. 28, 113 -ere enim *chamaeleo* supervolantem (*accipitrem*) ad se traditur. VAL. FL. 3, 564 *nympha Hylan* -it. STAT. Theb. 10, 860 *Capaneus* nec ingestis nec terga sequentibus umquam -itur telis. SIL. 10, 176 *Phorcyn* obiectantem sese atque antiqua tumentem nomina saxificae monstrosa e stirpe Medusae ... -it. FLOR. epit. 2, 11, 5 utrimque fundis sagittisque -cti (*sc. de Olympo et Magaba.* IORD. Rom. 224). SVET. Aug. 38 neque -i quemquam *equitem* in travehendo ab accusatore passus est. CALP. decl. 41 -cta est a filio cum laqueum induisset. APVL. met. 1, 23 me ... arrepta lacinia -ens 'asside' inquit 'istic'. 6, 30 *pendentem* (9, 30). VVLG. Is. 10, 13 -xi quasi potens in sublimi residentes. Os. 7, 12 quasi volucrem caeli -am eos. Ezech. 28, 8. *acced. unde: adv.*: SEN. dial. 7, 15, 5 illo ergo summum bonum escendat, unde nulla vi -itur. HIER. epist. 22, 4, 3 si alte feraris ut aquila, inde te -am (retraham te *B*, detraham te *ΣD*, traham *HΨ*[2]). VVLG. Ier. 49, 16 Abd. 4 Am. 9, 2. *abl. vel dat.*: LIV. 22, 47, 3 vir virum amplexus -bat equo. 30, 12, 21 eam ⟨lecto⟩ geniali (*cf.* CVRT. 8, 5, 24). OCTAVIA 555 superos polo. 688 *Oetaviam* toris -at altis. PLIN. nat. 9, 118 illos curru. SIL. 17, 226 Iovem solio. Ps. QVINT. decl. 15, 8 numina -cta sideribus. PANEG. 3, 3 *Hercules* caelo dirarum alitum volucra tela -xit. LACT. epit. 42 patibulo corpus (*v. l. 4*). inst. 4, 19, 6 -erunt eum cruci. de: CIC. Cael. 34 de curru (HYG. fab. 67 p. 73). TERT. adv. Marc. 4, 28 dynastas de solio. 4, 42 nihil de patibulo -ctum (*v. l. 2*). VLP. dig. 43, 16, 1, 7 de vehiculo. PASS. Theclae C 27 p. 73, 15. 22 coronam -xit de capite (capiti ℨ) eius (deiecit, excussit, traxit, abstraxit *al. codd.; cf. l. 42 et p. 824, 29sq.* ex: CIC. ad Q. fr. 1, 2, 6 ex qua (*cruce*) tu eum ante -isses (*in imag.*). LIV. 9, 22, 9 ex equo. 30, 37, 8 manu sua ex superiore loco. VAL. MAX. 5, 4, 6 e curru. CELS. 2, 8 ex suspendio. SVET. gramm. 30 pedibus e tribunali. *acced. quo*: BELL. Alex. 10, 6 naves ... Caesar ad terram -it (*sc. ex alto*). CVRT. 5, 4, 32 nudi complectebantur armatos et ingenti corporum mole secum ad terram -bant (SVET. Claud. 21 *feros tauros* ad terram cornibus. APVL. met. 7, 25 ilico -ctus ad terram). VVLG. Abd. 3 quis -et me in terram? Is. 14, 15 ad infernum -eris in profundum laci. II Petr. 2, 4 in tartarum. **2** *aliquid* (*saepius i. q. destruere, evertere*): LIV. 10, 40, 8 Sp. Nautium mulos -ctis clitellis ... circumducere iubet. COLVM. 12, 45, 3 tota singula tabulata *ollarum* -i. PLIN. nat. 18, 317 antiqui funibus vittisque loreis ea *torcula* -bant et vectibus. 30, 7 feminarum -entium lunam (*cf. p. 831, 64*). QVINT. inst. 5, 10, 36 arma templo affixa. FRONTIN. strat. 3, 17, 6 fossas implere et vallum -ere coeperunt. TAC. hist. 4, 64 muros coloniae, munimenta servitii, -atis. ann. 4, 51 *propugnacula*. 15, 17 castella. *ibid.* diruere. SVET. Dom. 23 scalas etiam inferri clipeosque et imagines eius coram -i. ITALA IV reg. 23, 8 (Lucif. non parc. 7 p. 223, 26) -xit excelsos illorum (*καθεῖλε*, VVLG. destruxit aras portarum). 23, 12 (*ibid.* p. 224, 5) sacraria ... -xit rex (*καθεῖλε*, VVLG. destruxit). 23, 15 (*ibid.* p. 224, 12) sacrarium ... -xit (*κατέσπασε*, VVLG. destruxit). Sirach 10, 17 (Ps. Aug. spec. 34 p. 458, 10) sedes ducum superborum -xit dominus (*καθεῖλεν*, VVLG. destruxit). EDICT. imp. Constant. de accus. (Corp. III 12043) 38 *libellos* sine nomine propositos si qui invencrit statim -ere ad⟨que discerper⟩e vel igni debebit exurere. VVLG. Is. 25, 12 munimenta sublimium murorum tuorum concident et humiliabuntur et -entur in terram usque ad pulverem. *cf.* 26, 5. OPTAT. 6, 4 p. 151, 18 -istis... non capitis ornamenta, sed ... melioris voluntatis iudicia (*v. l. 42*). SVLP. SEV. chron. 2, 18, 7 omnia templi ornamenta -xit *Antiochus*. *adde*: PROP. 4, 11, 10 cum subdita nostrum -ret lecto fax inimica caput (*sc. incenso rogo*). SEN. Herc. O. 661 nec gemmiferas -it aures lapis Eoa lectus in unda (*sc. pondere deducuntur*). *acced. unde: abl.* (*vel dat.*): LIV. 7, 14, 7 mulis strata -i iubet. 42, 3, 7 culmen templo. de: CAES. Gall. 7, 45, 2 de ... his (*mulis*) stramenta -i ... iubet. OPTAT. 6, 4 p. 151, 8 de quibus (*capitibus*) professionis -istis indicia (*v. l. 35*). COLVM. 3, 13, 8 cum ab superiore parte in inferiorem -itur (*i. defluit*) humus. *quo*: PHYSIOGN. 116 invidos esse ... quibus supercilia ad oculos -cta sunt (*cf.* 140 deorsum -ctis superciliis).

B ***translate*** *i. q.* ***deprimere, humilem reddere, ex superiore loco praecipitare in inferiorem***: LIV. 35, 12, 10 quo ex altiore fastigio rex quam tyrannus -ctus erat (37, 45, 18 regum maiestatem difficilius ab summo fastigio ad medium -i quam a mediis ad ima praecipitari. CVRT. 3, 13, 12 virgines ... olim quidem ex fastigio paterno rerum mutatione -ctae). SEN. dial. 5, 43 quid illum nimis ex alto tecum agentem -ere cupis? epist. 102, 20 philosophiam in has augustias ex sua maiestate -ere. LVCAN. 3, 21 semper ... potentes -ere in cladem fato damnata maritos innupsit tepido paelex Cornelia busto. FLOR. epit. 1, 24, 3 totam eam dominationem obsessam armis in carcerem et catenas ab Aventino monte -xit. FRONTO p. 148, 6 N. tortores istos, qui te ut abietem aut alnum proceram incurvant et ad chamaestrota (chamaetorta *cod.*) -unt. Ps. QVINT. decl. 14, 3 iam frustra captavit videri miserari condicionem (*i. paupertatem*) in quam nos ipsa -xit. HIL. in psalm. 59, 1 psalmus ... totus tristis et maestus est, cum super repulso -ctoque populo dolor est. VVLG. Iob 20, 28 apertum erit germen domus illius, -etur in die furoris dei. 24, 22. prov. 21, 7 rapinae impiorum -ent eos. Is. 14, 11 -cta est ad inferos superbia tua (*cf.* 23, 9). 26, 19 terram gigantum -es in ruinam. 63, 6 -xi in terram virtutem eorum. Ezech. 26, 20 -ero te cum his qui descendunt in lacum (*cf.* 32, 18). Am. 3, 11. HIER. in Ioel 3 p. 207 *κατάξω*, id est: deorsum ducam et de sublimibus ad inferiora -am. COD. Iust. 11, 48 (47), 22, 1 (pr.) homines forte liberos ad deteriorem -i fortunam.

III *i. q.* ***extrahere, trahendo eripere***: **A** ***generatim fere i. q. elicere, eicere, expellere, semovere, eximere, exportare sim.***: **1** *aliquem*: LVCIL. 897 cum ipsi in lutum descendant, cum alios -ant (*sc. ex luto*). LIV. 30, 30, 14 me sextum decimum iam annum haerentem in possessione Italiae -isti. SVET. Aug. 94 puerum, quem cum -i iussisset (*sc. ex gremio Capitolini Iovis; cf. l. 84*). Cal. 55 si qui saltante eo vel leviter obstreperet, -i iussum ... manu sua flagellabat. Nero 32 *matronam ex spectaculis* -ctam (*v. l. 82*). *acced. unde: adv.*: LIV. 3, 23, 4 fames postremo inde (*i. ex arce*) -xit hostem. PETR. CHRYS. serm. 12 p. 225[A] Adam ... quem inde (*ex paradiso*) -xit gula. *abl.*: FLOR. epit. 2, 2, 11 fere omnia praesidia Poenorum Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce Lilybaeoque -xit (*cf. p. 833, 6*). SVET. Cal. 35 hunc spectaculis -ctum repente et in harenam deductum (*v. l. 77 et p. 833, 8*). CLAVD. carm. min. 25, 125 flentem ... pudico -xit matris gremio (*v. l. 75*). ex: CIC. prov. 1 qui mihi homines ex

provinciis potissimum -endi sint. 19 inimicum ex Gallia sententiis suis non -bant. LIV. 29,20,2 Hannibalem ex Italia (29,26,6). 30,20,9 ex diutina possessione Italiae. de: CIC. Phil. 2,107 collegam quidem de caelo -isti. VVLG. act. 19,33 de turba . . . -erunt Alexandrum (*συνεβίβασαν*). HIER. epist. 23,2,1 designatum consulem de suis saeculis (socculis ς) -entes. ab: LIV. 28,41,5 ab Drepanis aut Eryce -isse Hamilcarem quam Italia expulisse Poenos atque Hannibalem malis? *acced. quo*: SVET. Dom. 10 -ctam spectaculis in harenam (*v. p. 832,82*). 2 *aliquid*: CVRT. 8,10,30 ingentem... vim materiae faciendo aggeri -bant (*ex urbe; cf. l. 43*). COLVM. 7,11,2 cum virilem partem unam ferro resectam -xeris. 8,8,11 si iam firmis (*sc. pullis*) . . . paucas -es pinnas (*cf.* APVL. flor. 15 p. 60). 9,10,3 velut quadam compede retinebimus erronem ducem -ctis alis. 9,14,1 araneis . . . -ctis (*sc. ex alveo*). 12,55,4 pili *suum* -untur (*cf.* PAVL. FEST. p. 204 PLIN. nat. *saepe*). PETRON. 135 *clavum*. PLIN. nat. 9,121 -ctum alterum (*sc. unionem ex aure; cf. l. 38*). 29,129 singulos (*lapillos*) -unt per dies (*sc. ex novo fictili*). TERT. anim. 15 si corda -xeris. PAVL. dig. 34,2,32,8 -ctis elencbis (*sc. ex inauribus; cf.* 34,2,32,9). AVG. gen. ad litt. 9,13 p. 284,10 si iam costa fuerit -enda (*cf.* p. 284,5 osse -cto). CAEL. AVR. acut. 1,3,36 manuum ante oculos praemissio quasi aliquid . . . -ere volentium quod . . . inbaesisse oculis . . . aegrotanti videatur. chron. 2,4,84 omnis dens dolore vexatus et qui necet sanos est -endus. VAL. CEM. hom. 6,4 -cta per iocos coma. *acced. dat.* (*vel abl.*): CIC. Verr. 5,112 de manu Cereris Victoriam eripere et dcam deae -ere. VERG. georg. 4,512 fetus, quos durus arator observans nido implumes -xit. LIV. 22,57,10 vetera spolia bostium -unt templis porticibnsque (FLOR. epit. 2,6,21 SVET. Nero 32 AVG. civ. 3,19 *et saepe*). COLVM. 8,5,19 plumulae ... sub cauda clunibus -endae. PLIN. nat. 28,142 *axungiam* renibus -ctam. 33,14 -ctum... ab iis (*i. a Gallis*) in parte captae urbis delubris (*cf.* SVET. Vit. 8). TAC. Germ. 7 effigies . . . et signa quaedam -cta lucis. VLP. dig. 30,41,9 ut aedibus -atur, subducatur, id est marmora vel columnae (*cf.* 30,43 pr.). 34,2,32,8 cum elencbos eisdem (*sc. inauribus*) -isset . . . quamvis margarita eis (*sc. inauribus*) -cta sint (*v. l. 18*). SOL. 30,16 exciditur e cerebris draconum dracontia lapis; sed lapis non est, nisi -atur viventibus (eximatur *SA*). ex: CIC. Pis. 74 furacissimis manibus -ctam e cruentis fascibus lauream . . . abiecisti. HOR. sat. 2,3,239 -ctam ex aure Metellae . . . insignem bacam (*v. l. 15*. SVET. Vit. 7). VITR. 2,9,1 in corpore praeseminatio crescens ex omnibus sibi potestatibus -it alimentum in se (*cf. ibid.* quod prius in aliud genus incrementi -batur). LIV. 24,21,10 inermes ex Olympii Iovis templo spolia Gallorum Illyriorumque . . . -unt. 28,45,21 ex silvis -cta materia erat (*v. l. 9*). SEN. contr. 1,3,12 erubuimus quidquam ex damnatae veste -ere (*cf.* HYG. fab. 67 p. 74). PLIN. epist. 37,2 *lapis quadratus* ex superiore opere -ctus est. VLP. dig. 19,1,17,10 ea, quae ex aedificio -cta sunt, ut reponantur, aedificii sunt (*cf.* 30,41,5). HIL. myst. p. 4,20 os ex carne (VVLG. gen. 2,22 costam, quam tulerat de Adam). AVG. civ. 12,24 ex eius latere osse -cto (*cf. l. 51*). de: HYG. fab. 273 p. 146 de templo Iunonis Argivae -xit clipeum. AVG. civ. 22,17 de latere viri dormientis costa -cta (*cf.* VVLG. gen. 2,21 tulit unam de costis eius *et l. 48*).

B *speciatim apud medicos i. q. humores, sucum, sanguinem, materiam, ex intestinis bestiolas mittere, demere, purgare, extrahere*: CIC. Att. 6,1,2 (*in imag.*) Appius, cum *ἐξ ἀφαιρέσεως* provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit, -xerit. LVCR. 3,442 -cto sanguine venis (CELS. 4,2 sanguinem ex naribus. COLVM. 6,38,1 suspirosae *mulae* . . . -itur. 7,5,11 sub oculis et de auribus. PLIN. nat. 24,50 folia . . . sanguinem pota -unt. 28,121 *et saepissime. nota*: CHIRON 6 quotiens . . . detractio sanguinis -cta non fuerit). VITR. 1,6,3 *aer* a vitiosis corporibus -it sucum. CELS. 2,10 satis materiae -ctum est (SCRIB. LARG. 6 materiam . . . -ere ex eo [*i. capite*] per nares vel os. *et saepe*). 2,14 eo -cto, quod duritiem creabat. 2,18 cum de iis dictum sit, quae -endo iuvant. SCRIB. LARG. 8 e naribus liquorem. 136 aquam (PLIN. nat. 24,51 alvo aquam). 144 potio quae etiam quasi arenam sabulosam -it. 152 fragmina quaedam lapidum quasi arenam. 153 urinam. PLIN. nat. 11,231 filio -ctos adipes. 20,26 *raphani* intestinorum animalia -unt. 20,63 vitia alvi. 24,31 bilem et pituitam per alvum (*persaepe*). 27,48 cruditates. CAEL. AVR. acut. 2,10,74 humore plurimo atque crasso . . . ex ore -cto (cbron. 3,8,130). *in re rustica*: PLIN. nat. 17,252 ulmis -itur sucus.

syn.: ad IA1: abstrahere. *A2*: avertere, avocare. *B1*: abripere, auferre, exuere, nudare, orbare, privare, spoliare. *B2a*: adimere, demere, derogare, levare, liberare, privare, sedare, summittere, tollere. *B2b*: neglegere, omittere, praeterire, praetermittere. *B2c*: deminuere, detrectare, minuere, reducere. *B2d*: calumniari, detrectare, diffamare, maledicere, obtrectare. *ad IIA*: deripere. *B*: deprimere, humilem reddere, praecipitare. *ad IIIA*: eicere, elicere, eripere, expellere, extrahere, semovere. *B*: demere, extrahere, mittere, venam ferire, pellere, purgare.

opp.: ad IA1: attrahere. *A2*: advertere, advocare. *B1*: afferre, imponere, induere, inlinere. *B21*: acquirere, addere, adicere, concedere, dare, reddere. *B2b*: commemorare, respicere. *B2c*: augere. *B2d*: bene loqui, laudare, laudibus efferre. *ad IIA*: sursum trahere. *B*: tollere. *ad IIIA*: accire, introducere, inferre. *B*: astringere.

deriv.: detractio, detractive, detractor, 2. detractus, detrectare.

dētrāmen, -inis *n.* [*cf. c.* detrahere *et c.* tramen, trama; *v. Bücheler, Rhein. Mus. 60 (1904) 319. Th.*]. *i. q. licium telae detractum* (PLIN. nat. 28,48): PELAGON. 199 rubricam cum melle miscebis et cum -e pannorum vulneribus inseris (*μοταρίοις τὸ τραῦμα ἀναπλήρωσον*).

dētrāns *praep. a* de *et* trans. *acced. accus., i. q. trans*: GROM. p. 311 via quae mittit -s alveum. ITALA Soph. 3,10 (Rufin. Orig. in Ios. 16,3) -s ripas fluminum (*ἐκ περάτων ποταμῶν*, SYMMACH. *πέραθεν ποταμῶν*, VVLG. ultra flumina). Mattb. 4,25 (codd. δ ff¹ *et* VVLG.) -s Iordanem (*πέραν τοῦ Ἰορδάνου*, ITALA codd. g¹ a b c trans). AVG. serm. 38,7,9 si . . . invenires aliquem inopem -s mare. LEX Sal. 39 add. 2 cum servus si -s mare fuerit revocatus (citra *vel* transmarina *al.*). *acced. abl., praevalet notio de*: ITALA Ios. 24,3 (Lugd. Aug. quaest. hept. 6,25) accepit (assumpsi *Aug.*) patrem nostrum (vestrum *Aug.*) -s flumine (flumen *Aug. V² T b d; ἐκ τοῦ πέραν τοῦ ποταμοῦ*, VVLG. de . . . finibus).

dētrānsfigūro, -āre *a* de *et* transfigurare. *i. q. transfigurare*: COMM. apol. 110 in primitiva sua (*sc. gloria?*) qualis sit (*sc. deus*), a nullo videtur, -atur (*M*, sed transfiguratur, sed transfiguratus, deus transfiguratus *al.*), sicut vult ostendere sese.

dētrectātio, -ōnis *f. a* detrectare. *in codd. multo saepius invenitur* -tract-; *haud ita raro confunditur cum* detractio. *legitur inde a* CIC., *plur. inde ab* ITALA.

1 *i. q. recusatio, tergiversatio, contumacia (acced. et genet. obiect. et genet. subiect.), cf.* GLOSS. *ἀπειθία τοῦ μὴ λειτουργεῖν τῇ πατρίδι*. CIC. or. frg. B 23 non esse -em, cum non clam nec furtim profectus sit, sed palam. LIV. 3,69,2 *iuventus* -em militiae telum acerrimum adversus patres habere solita erat. 7,28,4 sine -e se certamini offerebant (44,37,4 sine -e paratus pugnare eo die). 27,9,8 non . . . -em eam munerum militiae, sed apertam defectionem a populo Romano esse. 36,40,7 si persoluta eis sine -e prioris periculi laborisque merces sit. 42,22,3 huic -i eius tribuni plebis alterius rogationis denuntiatione occurrerunt. LEX Iul. de adult. (dig. 48,5,16,1) qui . . . sine -e rei publicae causa abierit (dig. 48,5,16,2 sine -e). PLIN. nat. 18,37 *Rufus tot milia HS* usque ad -em beredis exhausit, agros in Piceno coemendo. TAC. hist. 1,83 tumultus proximi initium... ne -e quidem aut formidine periculorum. FRONTO p. 134,11 N. mutua caritas nostra . . . ademit utrique nostrum in officiis moderandis omnem -em. ITALA Phil. 2,14 (cod. d) omnia facite sine murmurationibus et -bus (*διαλογισμῶν*, VVLG. haesitationibus). 2 *i. q. detractio, obtrectatio*: TERT. patient. 3 talia tantaque documenta quorum magnitudo penes nationes quidem -o fidei est. HIER. epist. 22,34,3 -o (detractio *al.*) clericorum. PAVLA Hier. epist. 46,10,3 utcumque placuerit incedere nec -is (detractionis *al.*) nec laudis est. DIDASC. apost. 47,1 catholicam ecclesiam . . . in -bus blasfemant. PHYSIOGN. 86 -e potius delectari. CASSIAN. inst. 5,21,2 -o (detractio *al.*) cibus est *animae* et quidem persuavis. 5,29 si quis... -is (detractionis *al.*) verbum seu otiosum temptasset inferre. 10,7,4 conl. 9,3,1. *apud rhetores* (*cf. p. 836, 18*): SCHEM. dian. 34 *διασυρμός* est delusio vel -o cum illudentes ea quae ab adversariis sunt prolata dissolvimus.

dētrectātor, -ōris *m. a* detrectare. *in codd. saepe* -tract- *invenitur. legitur inde a* LIV. [*ex coni.*: TERT. ieiun. 15. *v. l. 59. var. lect.*: HIER. epist. 52,14,2 detractor (detractator *G K*). *ibid.* detractoribus (detractatoribus *G K*). VVLG. prov. 24,21 *p. 822,56.*]

1 *i. q. tergiversator, qui recusat, ne quid faciat vel ne qua re afficiatur*, GLOSS. *ἀπιθής*. PETRON. 117 mercennarius Corax -r ministerii. TERT. ieiun. 15 *Paulus* vos nunc compungit -es (*coni. Vrsinus*, retractatores *B; cf. p. 835, 42*) huius officii. AVSON. 319,51 ipse nec affectans nec -r honorum praefectus magni nuncupor Illyrici.

2 *i. q. obtrectator, calumniator*, GLOSS. *καταφρονητής*. criminator. LIV. 34,15,9 Cato... haud sane -r laudum suarum. TERT. nat. 2,7 nec cavetis ne offendatis eos, quorum -es honoratis? ITALA Rom. 1,30 (codd. d g) -es (*καταλάλους*, VVLG. detractores). DIDASC. apost. 65,34 quoniam contradictores et contemptores et -es Christo restiterunt. GREG. TVR. Franc. 4,13 quam *sententiam Sallustius* in -bus (detractoribus *al.*) historiographorum ⟨protulit⟩.

dētrectātus, -ūs *m. a* detrectare. *i. q. detrectatio, excusatio, tergiversatio*: TERT. spect. 3 convertamur . . . ad nostrorum detractatus (retr- *coni. Vrsin.*).

✖**dētrecto,** -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* detrahere *et c.* tractare. *Th.*]. *persaepe scribitur in codicibus* -act-. *de significatione*: PAVL. FEST. p. 74 -are est male tractare. DIFF. ed. Beck p. 31,29 adtrectat aliquis manu semel, contrectat saepius, -at iurgiis, obtrectat voce. GLOSS. *ἀπειθῶ. διασύρω. καθαιρῶ δόξης. παρέλκω.* -at *ἀπειθεῖ καὶ παραιτεῖται.* valde tractat. contemnit. retractat aut recusat. resultat. provocat. contempnit. derogat. iterum ⟨tractat⟩. -are recusare vel valde tractare. -vit forsoc (*anglosax.*). contempsit. -vere recussavere. -verint *διαψηλαφήσωσι, διατυπώσωσιν.* -asset recussasset. -vit iudicium. -ans *λοιδορῶν.* *legitur inde a* CIC. *et* CAES., *frequentat* LIV. (*39ies*), *singulis locis habent*: CIC. CAES. VERG. TIB. PROP. GRATT. MANIL. PLIN. nat. *al.*; *deest* CATVLLO LVCR. HOR. VITR. *al.*

[*loc. dub.*: FRONTO p. 47, 1 N. *vulgo legitur* retractare (de- *cod.*). ALC. AVIT. epist. 67 p. 87, 4 detrahere *S, recte. ex coni.*: TERT. nat. 2, 8 -antibus (detractis *A*).]

1 *i. q. recusare, reluctari, evitare, aspernari, nolle: absolute vel omisso obiecto*: LIV. 2, 46, 1 instruitur acies nec Veiens hostis Etruscaeque legiones -ant. 3, 38, 12 *ad* sciscitandum . . ., num consulto -rent. 23, 1, 4 Magonem regionis eius urbes aut deficientis ab Romanis accipere aut -antis cogere ad defectionem iubet *Hannibal.* 23, 44, 7 neque Hannibal -vit (27, 2, 5). PLIN. nat. 8, 143 hae primae *cohortes canum* dimicabant in acie numquam -antes. SIL. 4, 272 nec -antem par ira accenderat hostem. QVINT. decl. 301 p. 186, 1 fortasse -et: sed tamen audebo, ne nos fastidiat. TAC. hist. 4, 59 qui -verant (*sc. sacramentum; cf. l. 55*). ann. 3, 17 patris quippe iussa nec potuisse filium -are. 6, 34 Oroden . . . Pharasmanes vocare ad pugnam et -antem incessere. 15, 7 bellum . . . propalam sumptum a Parthis: nec Paetus -vit. SVET. Nero 47 partim tergiversantibus, partim aperte -antibus. FRONTO p. 222, 13 N. digitis admodum invalidis nunc utor et -antibus. TERT. virg. vel. 8 nec -amus. nat. 2, 8 -antibus (*sc. cis*) quos convocaverat. VLP. dig. 1, 18, 7 adversus -antem. SER. SAMM. 476 non -ante palato. LACT. mort. pers. 10, 4. 38, 2. AMM. 20, 4, 8 obstinatissime. CLAVD. 10, 143. SCHOL. Cic. Bob. p. 38, 2 -ante collega.

aliquem: PS. QVINT. decl. 8, 19 dum deliberas, dum unumquemque -as, parricidium in utroque consumis. SVET. Tib. 25 Germaniciani . . . principem -bant non a se datum. APVL. met. 4, 34 quid differo, quid -o venientem *maritum.* CARM. adv. Marc. 4, 222 dominumque deumque aeternum regem . . . -ant. *aliquid*: CIC. or. frg. A 1 non -are militiam, sed defendere provinciam iudicata est (CAES. Gall. 7, 14, 9 ne suis sint ad -andam militiam receptacula. SALL. hist. frg. 3, 96. LIV. 2, 43, 3 mos -andi militiam. 4, 53, 7. 5, 19, 5. 7, 11, 5. 36, 15, 5 OV. met. 13, 36 CVRT. 7, 1, 38. 40 PS. QVINT. decl. 13, 9 FLOR. epit. 1, 22, 2 SVLP. SEV. Mart. 4, 4). VERG. georg. 3, 57 *bos* iuga -ans (OV. am. 1, 2, 14 SEN. clem. 1, 16, 5 OROS. hist. 3, 17, 9). TIB. 1, 6, 38 non saeva recuso verbera, -o non ego vincla pedum (*cf. infra l. 72*). PROP. 2, 4, 3 ac veluti primo taurus -at aratra (OV. Pont. 3, 7, 15 ductus ab armento taurus -at aratrum). LIV. 3, 38, 12 si praesentes -are imperium referrent (27, 10, 10 CVRT. 9, 8, 17. 9, 10, 3 SEN. benef. 4, 1, 2 TAC. ann. 1, 45). 3, 60, 6 pugnam (21, 40, 7. 21, 49, 13 *et saepe.* CVRT. 8, 1, 36 FRONTIN. strat. 1, 1, 9 TAC. ann. 2, 52. 12, 14 *al.*). 8, 7, 8 -andi certaminis pudor (21, 40, 2. 21, 59, 2. 26, 11, 2. 27, 12, 11. 28, 12, 15. 37, 39, 1. 6. 38, 3, 10 CVRT. 3, 8, 11 TAC. hist. 4, 67 *al.*). 26, 6, 16 honores (*cf.* GRATT. 268). 37, 18, 9 Eumene summae rei discrimen haud dubie -ante (retractante *B; cf. p. 834, 61*). MANIL. 2, 348 distat . . ., an partis consumat linea iustas -etne (*Bentley*, que *codd.*) modum numeri. VAL. MAX. 5, 4, 1 verecundia -andi ministerii (SVLP. SEV. chron. 1, 48, 3 EVCHER. pass. Acaun. 2). CVRT. 8, 11, 9 nullo -ante munus (SEN. dial. 9, 3, 5 SVET. Aug. 32 MEN. dig. 49, 16, 4, 10 *cf.* CVRT. 9, 3, 1. SYMM. epist. 9, 126, 2 munia). 9, 1, 36 nihil quod imperaret -ans (*cf.* SVET. Iul. 54 imperata). SEN. Herc. O. 1307 si piget manusque -at nefas. SIL. 7, 647 Achaemenio -ans proelia ritu (FRONTIN. strat. 1, 11, 1 IVST. 13, 5, 8). QVINT. inst. 2, 1, 5 rhetorice . . . officia sua non -et (PAPIN. dig. 26, 7, 39, 6 MART. CAP. 2, 218 *et cf.* QVINT. inst. 12, 7, 3 principes in re publica viri non -verunt hanc officii partem). TAC. Agr. 11 in deposcendis periculis eadem audacia, et ubi advenere in -andis eadem formido. hist. 2, 97 legati . . . adversam eius fortunam . . . -bant. ann. 1, 42 Quirites vocando, qui sacramentum eius -bant (SVET. Aug. 24). SVET. Iul. 80 *populo* clam palamque -ante dominationem. VENVL. dig. 48, 2, 12 pr. -andae legis causa. GELL. 20, 1, 30 ne causatio ista aegri corporis perpetuam vacationem daret fidem -antibus iurisque actiones declinantibus (MACR. somn. 1, 18, 3). APVL. Socr. 22 p. 170 eiusdem artis disciplinam simul et ignorantiam -ant. TER. MAVR. 1368 tertium -o nomen (COMM. instr. 1, 28, 11 LACT. mort. pers. 9, 8). PAPIN. dig. 40, 5, 22, 2 -andae libertatis gratia. EDICT. div. fratr. Vlp. dig. 50, 12, 8 quod si -at (*i. perficere opus*). VLP. dig. 4, 6, 21, 3 iudicium (26, 7, 10 sive . . . solutionem sive iudicium sive stipulationem -at. *cf.* VIR. ill. 62, 4). 10, 2, 20, 3 si . . . unus placita -et. 22, 5, 19 pr. -andi testimonii causa. 27, 10, 6 onera civilia. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 49 laborem venaticum. COMM. inst. 2, 29, 2 PANEG. 10, 25 bellum. AVSON. 39, 3 oblatas sperno illecebras, -o negatas. AMM. 23, 4, 11. OROS. hist. 6, 11, 14 vel fugam vel deditionem -ans. *add. abl.*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 157 quotiens -at (deiectat ς, reiectat *Heinsius*) *Enceladus* onus cervice rebelli in laevum dextrumque latus. AVIAN. fab. 28, 9 *bos* irato (-us *F*, invito *L*) -ans vincula (*i. iugum*) collo (*cf. l. 33*). *scq. inf.* (*passivi v. p. 836, 1*): VLP. dig. 25, 5, 10 si quis . . . alere -et. 50, 4, 9 si quis magistratus . . . munere iniuncto fungi -et. PAVL. dig. 37, 14, 19 IVL. VAL. 2, 11. ARNOB. nat. 6, 15 dicere. LACT. opif. 3, 21 quae si data sint accipere (OPTAT. 5, 9 p. 139, 8). LVCIF. non parc. 24 p. 262, 17 credere (PAVL. PETRIC. Mart. 2, 175). SYMM. epist. 5, 87 pensionem proximi anni ferre -ant (AVG. epist. 108, 19). HEGES. 1, 1, 2 sabbato bellum suscipere -ant. 1, 32, 2 resipuit Antonius, ut tales viros . . . extinguere -ret. VEG. mulom. 1, 56, 11 quotiens animal . . . omnino -at (desinit *P*) accumbere. 2, 110, 1. OPTAT. 7, 1 p. 167, 28 carnem suillam manducare -antes. AMM. 28, 6, 23. AVG. mor. eccl. 1, 12, 20 legibus dei obtemperare -ant. *al.* SVLP. SEV. chron. 2, 45, 7 nec -ans perfidiam profiteri. ZACCH. 1, 20 Iudaeorum contumax natio non solum corrigi -at, sed argui dedignatur. MAR. MERC. subnot. 6, 10 quando conventus (*sc. Iulianus*) -asti cum universa ecclesia . . . Pelagium Caelestiumque damnare. LEO M. epist. 1, 4. 15, 16. SIDON. epist. 6, 1, 5 facere (COD. Inst. 1, 12, 6, 4). 9, 11, 7. ALC. AVIT. epist. 4 p. 31, 11 quod *pondus* ipsi . . . uno digito movere -ent (*cf.* VVLG. Matth. 23, 4 digito . . . suo nolunt ea *onera* movere, οὐ θέλουσι). carm. 5, 29. ENNOD. opusc. 3, 132 p. 365, 6 ultionem suscipit qui -at inferre. CASSIOD. inst. div. 15 Hebraeam scripturam vel eius doctores requirere non -ent. var. 10, 4, 3 consilium . . . imitari -at improvidus. CONC. Aurel. a. 533 p. 62, 8 ut nullus episcoporum . . . ad concilium . . . venire penitus ulla excusatione -et (p. 63, 12). a. 538 p. 77, 10 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 657. *nota*: FRONTO p. 65, 11 N. te aequius erit ad quaerenda sollertius verba, quod correctus sis, meminisse, quam quod deprehensus (reprehensus *Orelli*) -are aut retardari.

2 *i. q. obtrectare, detrahere, obloqui, extenuare, imminuere: omisso obiecto*: OV. trist. 2, 337 -are videbar (*sc. immania Caesaris acta*). *in usu rhetorum* (*cf. p. 834, 52*): QVINT. inst. 9, 2, 104 Celsus excludere, asseverare, -are, excitare iudicem . . . figuras putat. *aliquem*: SALL. Iug. 53, 8 adversae res . . . bonos -ant. FRONTIN. strat. 3, 6, 7 qui (*i. captivi*) Craterum -rent. TAC. dial. 11 ut a laudatione eorum digressus -ret poetas atque carminum studium prosterneret. 26 -asse nominatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est. FLOR. epit. 4, 2, 9 Cato adversus potentes semper obliquus -are Pompeium actisque eius obstrepere. FRONTO p. 74, 14 N. quod si quis alius eodem te convicio . . . -ret. COMM. instr. 1, 31, 2 qualiter vos, *iudices, Salomo* -at. *alicui*: TERT. nat. 1, 7 sed quid extranei⟨s⟩ speculatoribus et iudicibus -em. MAXIMIN. c. Ambr. 86 desine -are his (*syn.* calumniari). *aliquid*: LIV. 38, 49, 5 nec quidquam aliud scit *invidia* quam -are virtutes, corrumpere honores ac praemia earum. OV. rem. 365 ingenium magni livor -at Homeri (trist. 4, 10, 123 qui -at praesentia Livor). met. 5, 246 -as etiam laudem (VAL. MAX. 5, 4 ext. 4 nec ego Argivam -o laudem aut Aetnaei montis gloriam minuo). 13, 271 benefacta maligne -are. TAC. dial. 12 plures . . . reperies qui Ciceronis gloriam quam qui Vergilii -ent. ann. 14, 52 *Senecam* -are vim *Neronis* equos regentis, illudere voces quotiens caneret. FLOR. epit. 4, 8, 5 foederis pactum. GELL. 12, 1, 16 ad *arborum et frugum* indolem vel -andam vel augendam (= MACR. sat. 5, 11, 19). TERT. ieiun. 15 ista (*i. ieiuniam*) -as. *adduntur praep.*: de: ITALA num. 12, 8 (Lugd. Monac.) quare non timuistis -are de famulo meo Moysi? (καταλαλῆσαι κατά, VVLG. detrahere servo meo). DIDASC. apost. 2, 18 non vis vulnerari aut iniuriam pati aut -ari de te. VVLG. I Petr. 2, 12 in eo quod -ant de vobis tamquam de malefactoribus (ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν). *nota*: GREG. TVR. Franc. 5, 39 de noverca sua . . . non condecibilia -bat. adversus: ITALA num. 21, 7 (Lugd.) peccavimus quod -vimus adversus dominum (καταλαλήσαμεν κατὰ κυρίου καὶ κατὰ σοῦ, VVLG. locuti sumus contra dominum et te).

syn.: ad 1: recusare (TIB. 1, 6, 38), declinare (GELL. 20, 1, 30), despuere (LVCIF. non parc. 24 p. 262, 15), dedignari (ZACCH. 1, 20). *ad 2*: illudere (TAC. ann. 14, 52), sequius quid dicere (FRONTO p. 74 N.). *opp.: ad 1*: deposcere (TAC. Agr. 11), appetere (MEN. dig. 49, 16, 4, 10). *ad 2*: laudare (TAC. dial. 26), augere (GELL. 12, 1, 16).

deriv.: detrectatio, detrectator, detrectatus.

dētribuo, -ere *a* de *et* tribuere. GLOSS. -uit attribuit. NOT. Tir. 52, 58ᵃ -uit.

deriv.: detributus.

ἀφορισμός adtributus, **dētribūtus** (-ūs *m.*), determinatus GLOSS. II 253, 40. *a* detribuere.

? **dētrīcātio** (-ōnis *f.*) commendatio GLOSS. (dettr- *al.*).

dētrīco, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* tricae, tricare. *i. q. detinere, retinere, prohibere*: LEX Sal. 47 si . . . eum sunnis (*i. causa sontica*) non -verit (tenuerit, detenuerit *al.*). 49, 2 si venire noluerint et eos sunnis non -verit (tenuerit, detenuerit, tricaverint *al.*). [*cf.* capit. 5, 7 si . . . cos certa sonia (*i. sunnis*) detrigaverit.] capit. 3, 1 si . . . in dominica ambassia fuerit -atus (clericatus *Eq.; syn.* detinere). 4, 5 quod si placitum sunnis -at. *Graeber.*

dētrīmentābilis, -e *a* detrimentare. GLOSS. βλαβερός, detrimenta faciens.

dētrīmento, -āre *a* detrimentum. *i. q. detrimentum inferre*: ITALA Marc. 8, 36 (cod. k) quid enim proderit homini, si lucrefecerit totum mundum, -et (depr- *cod.*) autem animam? (ζημιωθῆναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, VVLG. detrimentum animae suae faciat. *cf. p. 840, 67*). I Cor. 3, 15 (Theod. Mops. in Phil. 3, 2) si cuius opus arserit, -bitur (ζημιωθήσεται, VVLG. detrimentum patietur. *cf. p. 840, 80*). Phil. 3, 8 (Theod. Mops. *ad l.*) propter quem omnia -atus sum (ITALA Aug. civ. 17, 4 p. 208 detrimenta . . . existimavi esse; τὰ πάντα ἐζημιώθην, VVLG. propter quem omnia detrimentum feci). NOVELL. Iust. app. 1 pr. ex hoc -ari fundos.

dētrīmentōsus, -a, -um *a* detrimentum. *i. q. perniciosus*: CAES. Gall. 7, 33, 1 a bello atque hoste discedere -um (*sic traditur, coniciunt* detrimento summo *vel* sibi, *sim.*) esse existimabat.

✖**dētrīmentum,** -ī *n.* [*cf. c.* deterere. *Th.*]. VARRO ling. 5, 176

-um a detritu, quod ea quae trita minoris pretii. ISID. diff. app. 150 -um, quod a terendo nominatur. DIFF. gramm. VII 525, 25 -um usu tritum. CIC. fin. 3, 69 emolumenta et -a, quae *ὠφελήματα* et *βλάμματα* appellant (*opp.* commoda et incommoda). ISID. diff. 1, 169 -um leve damnum fit in parte (DIFF. ed. Beck p. 50, 4 -um leve damnum est). GLOSS. damnum, dispendium. *ἐλάττωσις, ζημία (cf. p. 838, 44), ἀπότριμμα, ἀπουσία. σινίασμα ἢ ὑπαρία τοῦ σίτου. βλάβη. γλοιός.* wonung (*anglosax.*). -um patior *ζημιοῦμαι. cf. p. 840, 79. legitur inde a* TER. *et* CATONE. *praeter poetarum* TER. LVCIL. HOR. epist. DRAC. *singulos locos vox prosae orationis propria est, frequentant* SEN. phil. TERT. AVG. ICTI; *deest* VAL. MAX. CELSO MELAE. [*loci dubii et corrupti*: SEN. dial. 10, 8, 4 FRONTO p. 42, 3 N. TERT. anim. 5, 27 AMM. 31, 15, 6.]

longe plerisque locis vox usurpatur latiore sensu i. q. comminutio, damnum, sed primaria significatio (id quod deteritur) subest ex. gr. in his locis: CATO mor. frg. 3 *ferrum* si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen rubigo interficit. item homines exercendo videmus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus -i facit quam exercitio. FRONTO p. 64, 17 N. maculam elegantius 'eluere' quam 'abluere'; siquid vero magis haeserit nec sine aliquo -o exigi possit, ... 'elavere' dicam. APVL. met. 6, 6 *currum* limae tenuantis -o conspicuum. AVG. gen. ad litt. 9, 3 p. 272, 21 ut *vestes* per annos quadraginta nulla vetustatis -a paterentur. EVGRAPH. Ter. Phorm. 333 'unde aliquid abradi potest' ... qui habent unde -a sentiant. *in iuncturis*: sarcire, resarcire -um (*cf. p. 841, 43*), explere, supplere -um (*cf. p. 839, 50*).

I *i. q.* **comminutio**: A *proprie: de corporibus, liquoribus*: SEN. nat. 3, 4 miramur, quod accessionem fluminum maria non sentiunt: aeque mirandum est, quod -um exeuntium terra non sentit (PLIN. epist. 61, 3 sine ullo -o lacus. *cf.* APVL. mund. 19 -a et accessus fretorum atque aestuum). COLVM. 12, 20, 3 sed id (*sc. ea coquendi ratio*) quamvis aliquid -i habet, prodest tamen; nam quanto plus decoquitur ..., melius et spissius fit. APVL. met. 11, 1 corpora ... nunc incrementis consequenter augeri, nunc -is obsequenter imminui (*cf.* PS. APVL. Ascl. 3). SOL. 1, 87 subolem nostri temporis per nascentum -a decus veteris pulchritudinis perdidisse (*de statura*). AVG. civ. 22, 15 p. 592 inde (*sc. a tricesimo anno*) hominem in -a vergere gravioris ac senilis aetatis. *cf.* 22, 14 p. 591. MACR. somn. 1, 11, 12 *corpus* sensim per tacita -a ... in quaedam sidrei corporis incrementa turgescit. *cf.* TERT. nat. 1, 14 solo -o cutis (*i. circumcisione*) Iudaeus. *de modulo geographico*: AVSON. 419, 9 terrarum orbem unius tabulae ambitu circumscribunt, aliquanto -o magnitudinis, nullo dispendio veritatis. *de luna*: TERT. nat. 2, 6 maiora *lunae* -a (*i. defectus*) soletis in aquae speculo considerare. PS. CYPR. spect. 9 globum lunae temporum cursus incrementis -isque signantem (HIL. in psalm. 68, 29. AMBROSIAST. in Rom. 5, 6 luna incrementum et -um facit. AVG. civ. 5, 6 lunaribus incrementis atque -is augeri et minui quaedam genera rerum. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 149, 5 lunaris globi per incrementa et -a variatio. *cf.* PS. AVG. quaest. test. I 106, 5 cursus lunae in -is et crementis). ACT. Archel. p. 13, 19 *lunam* apocrusin, -um, facere. *cf.* PETR. CHRYS. serm. 120 *p. 841, 13. alio sensu* COMPVT. Carth. 2, 1 *l. 55. de numeris*: MART. CAP. 7, 731 *monadem esse* incrementorum causam statumque -orum. *in ratiocinatione astronomica de saltu qui vocatur lunae*: COMPVT. Carth. 2, 1 deducis diem unum, quem ... ex -is lunaribus gignitum esse docemus. *sim. de ratione musica*: BOETH. mus. 2, 18 reliquae vero *consonantiae* hunc ... ordinem tenent, quem dederint multiplicationis augmenta et superparticularis habitudinis -a.

B *translate: de tempore*: SEN. epist. 122, 1 -um iam dies sensit. GREG. M. moral. 25, 4 p. 321[c] ipsa quippe augmenta -a sunt temporum, quia vitae nostrae spatia quanta esse coeperint, incipiunt iam tanta non esse. *de morbis sim.*: MARCELL. med. 26, 42 ita sanabere ... ut per singulas noctes -a doloris intellegas. GREG. TVR. glor. mart. 86 per singulos lunares cursus incrementis -isque haec (*sc. impetus morbi*) semper pertulit. *de notionibus philosophicis*: BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 5 p. 252, 10 qui homo est, humanitatis suae nec crementa potest nec -a suscipere. p. 252, 19 quin differentiae ... nec remissionis -a suscipiant nec intentionis augmenta (*cf.* Porph. isag. p. 35, 9 non suscipiunt magis et minus [*οὐκ ἐπιδέχονται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον*]). *cf.* 5, 22 p. 344, 4. *de divinitate*: HIL. in psalm. 69, 4 non enim aliquo deus ... indiget .... quod enim incremento demutabile est, id -o saepe demutatur. AVG. serm. ed. Mai 182, 2 *deus pater* nec augmentum nec -um pati ullatenus potest. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 28, 4 *deus* -a non sentit augmentave non recipit. FAVST. REI. epist. 8 p. 209, 9 *deus* -a non recipit, quia nescit augmentum. DRAC. laud. dei 3, 540 incrementa deus vel -a recusat.

II *i. q.* **comminutio** *quae cum aliquo damno fit*: RHET. Her. 2, 12, 17 maiestatem is minuit, qui amplitudinem civitatis -o afficit. NEP. Att. 2, 3 ne illa peregrinatio -um aliquod afferret rei familiari. AVG. civ. 4, 29 *fines imperii defixi sunt* non ... tanto -o, quantum concesserat Hadrianus. CAEL. AVR. acut. 3, 21, 212 quo facilius vires aegrotantis diversis intereant -is. *accedit genetivus obiecti* (*personae v. p. 839, 51*): *de pecunia sim.*: CIC. Verr. 4, 19 vectigalium. BELL. Alex. 49, 3 magna ... sollicitudo ... ad iacturas et -a rei familiaris adiungebatur (TERT. patient. 7 p. 11, 11). VAL. CEM. hom. 19, 3 facultatum (*i. rei familiaris*). *adde*: HIER. epist. 54, 5, 4 -um pecoris pastoris ignominia est (BENED. reg. 2 gregis [*opp.* augmentatio]). *de exercitu*: CAES. Gall. 6, 34, 7 cum aliquo militum -o (DICT. 1, 21). HIRT. Gall. 8, 10, 4 iumentorum ac servorum. 8, 26, 4 magno suorum -o (DICT. 2, 3). PANEG. 8, 4 Romanarum virium. *cf. p. 839, 55. de rebus incorporeis, de dignitate, salute sim.*: RHET. Her. 4, 10, 4 qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet, ut omnia sine famae -o facere posset (QVINT. decl. 283 p. 149, 1. NEP. Cato 2, 4 existimationis). SEN. contr. 9, 1, 14 ex Sallusti sententia nihil demi sine -o sensus potest (GELL. 5, 8, 7 *formae copulae* plerumque absunt ... sine -o sententiae. *cf. absolutum usum infra l. 40*). SEN. dial. 2, 5, 4 dignitatis *cf. infra l. 52* (FILASTR. 89, 5). 7, 4, 3 vilis turba rerum nec detrahens quidquam beatae vitae nec adiciens, sine auctu ac -o summi boni veniens atque recedens. QVINT. inst. 10, 1, 41 temporis (*al. sens. p. 837, 60*). FRONTO p. 102, 20 N. 'ama me, ut amas' inquis ... vide, ne -um amoris ultro poscas; amplius enim ... amari te a me credas *eqs.* p. 133, 12 virium. TERT. adv. Marc. 5, 5 p. 585 sapientiae atque prudentiae. AVG. serm. 16, 2 p. 122 corporalium commodorum. SVLP. SEV. dial. 3, 13, 5 virtutis. *cf. p. 841, 11.* SIDON. epist. 4, 16, 2 scientiae. CLAVD. MAM. anim. p. 135, 7 meritorum.

III *obscurata comminutionis notione i. q.* **damnum, incommodum**: A *generatim*: CIC. div. in Caec. 15 nescio, cur hoc mihi -o esse debeat, si *eqs.* (PS. ASCON. *ad l.* cur hoc me in hac causa debeat impedire). de orat. 1, 38 plura proferre possim -a publicis rebus quam adiumenta per homines eloquentissimos importata. fin. 1, 53 plus ... in ipsa iniuria -i est quam in iis rebus emolumenti, quae pariuntur iniuria. 3, 69 *v. p. 837, 3.* leg. 1, 51. Brut. 4 *syn.* incommodum. epist. 13, 50, 2 *cf. p. 841, 77.* CAES. Gall. 1, 44, 5 amicitiam populi Romani sibi ornamento et praesidio, non -o esse oportere. BRVT. Cic. epist. 11, 9, 1 Pansa amisso quantum -i res publica acceperit. LENT. Cic. epist. 12, 14, 5 nam mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, -i. VARRO rust. 1, 1, 3 *ulmi et populi* sine -o ponuntur a septentrionali parte. SEN. benef. 7, 30, 1 'perdidi beneficium'. stulte non nosti -i tui tempora; perdidisti, sed cum dares; nunc palam factum est. dial. 5, 43, 5 -a, iniurias, convicia, vellicationes contemnamus. 6, 12, 1 *de amisso filio.* epist. 70, 5 *sapiens de maturata morte* non tanqnam de magno -o timet. *al.* FRONTO p. 212, 18 N. sententiarum ordinem *a Lysia* ita temere permixtum, ut sine ullo -o prima in novissimum locum transferantur *eqs.* (*cf.* p. 212, 26 variatio vel cum -o aliquo gratior est quam recta continuatio). ARNOB. nat. 2, 61 quae neque scire compendium neque ignorare -um est ullum. VVLG. Phil. 3, 7 quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum -a (*ζημίαν*) *eqs.* PS. AVG. quaest. test. I 127, 31 *Adam* ad hoc revocatur, ad quod fuerat factus, sed cum -o (*seq.* cum laboris dispendio). INST. Iust. 3, 3, 4 impium esse credidimus casum fortuitum in *matris* admitti -um. *accedit genetivus obiecti* (*personae v. p. 839, 51*): SEN. contr. 1, 2, 23 quaedam satius est causae -o tacere quam verecundiae dicere. VAL. MAX. 4, 6, 4 *Iulia occubuit* magno quidem cum totius terrarum orbis -o. SEN. dial. 2, 5, 4 nec potest quisquam iniuriam accipere sine aliquo -o vel dignitatis vel corporis vel rerum extra nos positarum (HIL. in Matth. 16, 11 AVG. civ. 22, 14). SCRIB. LARG. 200 implicitas medicinae partes inter se et ita conexas esse constat, ut nullo modo diduci sine totius professionis -o possint. FRONTO p. 21, 18 N. rectae eloquentiae (AVSON. 338, 2 ingenii et facundiae). TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 329, 15 salutis (FILASTR. 147, 1). 4, 21 p. 490, 46 qui malum animae lucrum perditione eius et bonum animae -um salute eius remuneraturus sit (VVLG. Matth. 16, 26 *p. 840, 79* Marc. 8, 36 *p. 840, 66.* HIL. in Matth. 16, 11 animae et corporis). HIL. in Matth. 16, 11 vitae. AMM. 20, 5, 7 pudoris (SVLP. SEV. Mart. 1 pr. 1 *cf. p. 842, 4*). PELAG. in Rom. 1 p. 649[a] cum *Christus* per hoc (*sc. per incarnationem*) naturae -um ... sentire non possit. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 44 fidei.

B *speciatim*: 1 *de re familiari*: LVCIL. 738 certa sunt, sine -o quae inter sese commodent *homines* (*i. communicent. cf.* CIC. off. 1, 51 ut, quidquid sine -o commodari possit, id tribuatur vel ignoto). CIC. leg. 2, 67 quae natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine -o vivorum recipiat. HOR. epist. 2, 1, 121 *poeta* -a, fugas servorum, incendia ridet. SEN. benef. 4, 14, 4 *vera beneficii dandi cupido* ad -um iniecta manu trahit. *al.* COLVM. 1 praef. 11 industria dominorum cum ignorantiae -is multa pensaret. 1, 7, 1 ubi sedulo colitur ager, plerumque compendium, ... nunquam -um affert. ALF. dig. 39, 2, 43, 1 omne, quod -i ex mercede (*sc. non accepta*) vicinus fecisset, praestaturum. *et saepius* DIG. PLIN. nat. 33, 79 *cf. p. 841, 7.* QVINT. decl. 259 p. 57, 8 etiamsi naufragium illud ... aliquod attulit -um. TAC. ann. 4, 64 tribuendo pecunias ex modo -i *incendio accepti.* TERT. patient. 7 p. 11, 16 -⟨or⟩um patientiae fastidium opulentiae praeministravit *dominus.* EDICT. imp. Diocl. I 22 *cf. p. 839, 63.* SORT. Sangall. 38, 4 invenitur quod periit, sed cum -o. *cf.* 38, 7. HIL. in Matth. 5, 3. PS. AVR. VICT. epit. 1, 12 arma nisi maioris emolumenti spe nequaquam movenda esse, ne compendio tenui, iactura gravi petita victoria similis sit hamo aureo piscantibus, cuius abrupti amissique -um nullo capturae lucro pensari potest (*ex* SVET. Aug. 25, 4 *ubi* damnum). HYG. astr. 2, 5 mercedem petisse ab *puero,*

quae sine -o eius darctur. VVLG. I Cor. 3, 15 *cf. p. 840, 80* NOVELL. Iust. 62, 2, 6. *de ludo aleae*: SVET. Aug. 71. *adde*: COD. Iust. 10, 62 (60), 4, 1 nominator, qui filium . . . non consentiente patre ad munus devocavit, . . . -o (*i. sumptibus*) muneris obligabitur. 2 *de bello, fere i. q. clades, militum iactura sim.*: CAES. Gall. 5, 52, 6 quod -um culpa et temeritate legati sit acceptum (*syn.* incommodum). *saepe.* PLANC. Cic. epist. 10, 18, 2 si quid Lepidus . . . -i cepisset. SALL. Iug. 54, 5. LIV. 3, 60, 2 haud scio an . . . magno -o certamen staturum fuerit. FRONTIN. strat. 3, 17, 4. SVET. Aug. 23 Lollianam *cladem* maioris infamiae quam -i. VEG. mil. 3, 7. 25 absque gravi -o. 3 *de fama, auctoritate*: RHET. Her. 3, 7, 13 si bono genere *natus sit*, dedecori maioribus fuisse; si malo, tamen his ipsis -o fuisse. 3, 7, 14 -o atque dedecori. CAES. civ. 1, 82, 2 contra opinionem... militum videri proelium defugisse magnum -um afferebat. SEN. dial. 9, 17, 4 ut antiqui illi viri solebant... tripudiare, non facturi -um, etiamsi ab hostibus suis spectarentur.

IV *i. q. corruptio, depravatio, in deterius mutatio, peremptio*: COLVM. 12, 26, 1 ita diutius durabit *vinum* et -i nihil fiet. PAVL. dig. 24, 2, 2, 1 *de nave.* SOL. 23, 9 *ignem* si sine -o sui perferat *gemma ceraunium.* RVFIN. Adamant. 5, 8 amiautum cum igni traditur, permauet incorruptum nec in aliquo prorsus ignis -a perpetitur (*οὐδὲν ἀδικουμένη*) *eqs. infra l. 69.* *de humano corpore*: HIER. epist. 51, 7, 4 Helias igneo curru raptus in caelum et ignis -a non sentiens. AVG. civ. 21, 4 ut *damnatorum* corpora... sine -o ardeant. *fere i. q. foedatio*: APVL. met. 10, 2 cetera salutis vultusque -a et aegris et amantibus examussim convenire. *adde*: CELS. dig. 8, 1, 9 non ... per villam ipsam ... ire agere sinendus est, cum id aeque commode per alteram partem facere possit minore servientis fundi -o. *morali sensu*: POTAM. tract. 1 p. 1411[c] cum ... -a carnis pensasset (*i. culpae, quae carni adhaeret, poenam persolvisset*). *i. q. defectus*: PS. PRIMAS. in Gal. p. 596[C] -um discipulorum confusio et opprobrium est magistri, sicut et profectus eorum gloria est praeceptoris.

V *i. q. iactura, amissio*: QVINT. inst. 11, 1, 10 ultimae senectutis (*cf.* HIL. in Matth. 10, 26 -o brevis vitae faenus immortalitatis acquiri). GELL. 2, 17, 10 -um litterae productione syllabae compensatur. TERT. ieiun. 5 saturitatis Aegyptiae -a suspirans *populus Iudaeorum in deserto.* AVR. VICT. Caes. 29, 5 -um unius militis. FILASTR. 85, 2 cum sine causa perire... properant, honestae mortis sustinent -a. CHROMAT. beat. 3 utique non ille *luctus intellegendus est*, qui ex rerum nascitur -is, non qui ex amissione carorum, nec qui ex iactura saecularium dignitatum. SEDVL. op. pasch. 4, 6 p. 259, 6 sermonis (*de homine muto*). *in philosophia i. q. praedicati abiudicatio, negatio*: BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 477, 8 omnis generatio ex -o surgit, ut quod fit dulce... ex non dulci.

VI *metonymice: i. q. homo mutilatus*: CVRT. 5, 5, 13 liberi in flore et aetatis et rerum agnoscent patres ergastuli -a. *fere i. q. lacuna*: AVG. civ. 22, 12 p. 590 *caro devorati hominis* in carnem conversa est eius, qui talibus vixit alimentis, et ea, quae macies ostenderat, -a supplevit. *cf.* 22, 20 p. 601.

structurae: accedit genetivus personae (rei v. p. 837,'84. 838, 48): CIC. inv. 1, 1 nostrae rei publicae (p. red. in sen. 11 *al.* LIV. 22, 33, 10. AVG. civ. 5, 22 cum maximis -is et calamitate rei publicae). 1, 5 bonorum. leg. 2, 67 vivorum. CAES. Gall. 5, 52, 1 neque ... -o illorum locum relinqui. civ. 3, 10, 5 Africani exercitūs (BELL. Alex. 72, 2 NEP. Hann. 5, 2 VELL. 2, 97, 4 AVR. VICT. Caes. 34, 5). BELL. Alex. 60, 2 quod et victoris et victi -um ad eundem Caesarem esset redundaturum. LIV. 28, 43, 8 non eorum modo... sed rei publicae et paene omnis generis humani -um sit. SEN. epist. 74, 7 *e fortunae donis* alia magno -o eorum, in quos devenerant, prensa. TAC. ann. 6, 45 aestimando cuiusque -o. SCAEV. dig. 46, 3, 102 pr. quaesitum est, cuius esset -um. *et saepius* DIG. HIL. in Matth. 21, 6 sine -o eorum, in quorum redemptionem vencrat. *pron. reflexivum*: EDICT. imp. Diocl. I 22 qui -um sui existiment... abundantium rebus provenire. SOL. 23, 9 *cf. supra l. 19.* VVLG. Luc. 9, 25 quid enim proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat et -um sui faciat? (*ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς. cf.* Matth. 16, 26 animae suae *p. 840, 78.* Marc. 8, 36 *p. 840, 67*). RVFIN. Adamant. 5, 8 *materiae corporales non possunt* sui -a sentire (*ἀναλωθῆναι*). ZACCH. 1, 25 luna sui patitur -um. *pro genet. ponitur pron. poss.*: CIC. Phil. 2, 101 tua ista -a sunt, illa nostra. LENT. Cic. epist. 12, 5, 7 cum magno suo -o. PAVL. dig. 19, 2, 62 tuum erit -um. *genet. definitivus*: CAES. civ. 3, 67, 2 eius diei -um sarcire. *genet. subiecti*: COLVM. 1 praef. 11 ignorantiae. QVINT. decl. 309 p. 216, 20 *iudices* emendaverunt contumaciae meae -um. PAPIN. dig. 33, 7, 3 fatalium. APVL. met. 6, 6 limae *cf. p. 837, 22.* HIL. trin. 4, 6 corporalium passionum. 7, 11 quia nativitas *Christi* non habet -um generandi, cum profectum teneat nascendi. SCHOL. Germ. Sang. p. 228, 20 cum *Phaethon* ... sibi atque mundo concremationis -a conflaverit. HIER. epist. 51, 7, 4 ignis *cf. supra l. 23* (RVFIN. Adamant. 5, 8). PS. AVR. VICT. epit. 1, 12 *cf. p. 838, 83.* AVG. civ. 22, 15 gravioris ac senilis aetatis. gen. ad litt. 9, 3 p. 272, 21 vetustatis. CAEL. AVR. chron. 2, 9, 118 frustrantur (*i. hebetantur*) ... frequenter *medicaminum* ... qualitates, priusquam locis patientibus adveniant, itineris -o. BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 5 p. 252, 19 remissionis *cf. p. 837, 68.* mus. 2, 18 superparticularis habitudinis. *cf. p. 837, 58.* COD. Iust. 10, 62 (66), 4, 1 muneris. *cf. p. 839, 4.*

iuncturae: 1 *nominativus: intransitive*: TER. Hec. 234 de te quidem ... peccando -i nihil fieri potest (*i. peior fieri non potes.* PLANC. Cic. epist. 10, 11, 2 COLVM. 12, 26, 2. PAVL. dig. 24, 2, 2, 1 si voluntate vectorum vel propter aliquem metum id -um factum est). CIC. fin. 1, 53 plus... in ipsa iniuria -i est quam in iis rebus emolumenti quae *eqs.* (Att. 12, 6, 1 in collubo est detrimenti satis. *alio sensu infra l. 19*). CAES. Gall. 7, 52, 2 ne parvum modo -um ... accideret (acciperet *β*). civ. 3, 73, 6 ut -um in bonum verteret (verteretur *O*). BELL. Alex. 60, 2 *cf. p. 839, 57.* QVINT. decl. 337 p. 328 fortasse etiam contulerint ista -a deliciis tuis (*i. adiumento fuerint*). IAVOL. dig. 19, 2, 37 ad locatorem... pertinet (IVLIAN. dig. 19, 2, 32). PAPIN. dig. 23, 7, 3, 1 augmenta fetuum et partuum, item -a fatalium fideicommisso contineri. IVST. 6, 1, 5 tamquam non ad unius summam imperii -um omne perveniat. HIL. trin. 4, 6 ne forte cadere in eum corporalium passionum -a credantur. FILASTR. 89, 5 dignitatis est ... -um in eo qui peccavit, non damnum salutis (PS. AVG. quaest. test. II nov. 61, 4 p. 457, 15 in eis, qui ab *deo* recedunt, -um est). *transitive*: SEN. dial. 6, 19, 3 non movent me -a mea.

2 *genetivus*: VAL. MAX. 4, 8 ext. 2 subsidia -orum incursu quassatis erogabantur. SEN. benef. 7, 30, 1 -i tui tempora. *cf. p. 838, 35.* TAC. ann. 4, 64 tribuendo pecunias ex modo -i. SVET. Aug. 23 *cladem* maioris infamiae quam -i. TERT. patient. 7 p. 11, 16 *cf. p. 838, 77.* AMM. 14, 11, 26 incrementorum -orumque momenta. MART. CAP. 7, 731 *status cf. p. 837, 54.* LENT. Cic. epist. 12, 14, 5 mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, -i. aliquid, nihil -i *sim. v. sub 1 et 4.* CIC. Att. 12, 6, 1 -i satis.

3 *dativus*: esse: RHET. Her. 3, 7, 13 *cf. p. 839, 13.* 14. CIC. inv. 2, 100 magno futurum -o, si *eqs.* div. in Caec. 15 Verr. 4, 144 CAES. Gall. 1, 44, 5. SALL. Catil. 48, 2 alia belli facinora praedae magis quam -o fore. SEN. benef. 4, 36, 2 si *beneficium* ... magno mihi aut -o aut rubori futurum *est.* PAVL. dig. 22, 6, 9, 3 iuris ignorantia. *cf.* TERT. adv. Marc. 5, 20 p. 648, 21 haec nunc -o sibi deputat. *alia*: CAES. Gall. 5, 52, 1 neque etiam parvulo -o illorum locum relinqui. TERT. patient. 7 p. 12, 20 gentilium est omnibus -is impatientiam adhibere. SEDVL. op. pasch. 4, 6 p. 259, 6 sermonis... subiacens -o.

2 *translate: i. eavere, cavendo aut prohibere (de malis) aut abstinere (de vitiis, erroribus, actionibus)*: a *c. acc.*: ENN. scaen. 164 si qui sapientia magis vestra mors -ari potest (LACT. inst. 3, 22, 2 [di- *pars codd.*]. PASS. Paul. 11. CARM. epigr. 473, 11 talia fata. *cf.* AVG. civ. 1, 27). TER. Andr. 611 hoc malum (DON. *ad l.* evadere). Phorm. 181 *mala* (DON. *ad l.* antequam irruant. HOR. epist. 1, 1, 44). CIC. inv. 2, 18 -andi ... incommodi causā (AVG. civ. 4, 5 *cladem*). Tusc. 2, 62 dolorem (LACT. inst. 5, 2, 6). part. 91 turpia (*opp.* expetunt. SALON. in eccles. p. 996[B]). SEN. contr. 7 praef. 4 vitium (SEN. benef. 6, 39, 1 *Siesbye*, evitat *N* MAR. VICTORIN. rhet. p. 170, 31. AVG. gen. ad litt. 9, 8 p. 276, 15 perverse. *al.*). VAL. MAX. 3, 7, 1 cuius -andi ruboris causa. SEN. epist. 7, 8 utrumque ... -andum est (*et imitari et odisse.* AVG. civ. 16, 37). 8, 3 ista viscata beneficia (MART. BRAC. humil. 3 venena adulationum). 23, 3 spes ... -andas existimo. PS. SEN. Mon. 79 invidiam rerum secundarum. PLIN. nat. 37, 10 ad -anda convicia *eqs.* (PRAEDEST. 1, 33 p. 598[A]). SVET. Aug. 92, 2 nihil in hoc ... aliud ... quam *δυσφημίαν* nominis (*cf.* MACR. sat. 1, 15, 21 nuptiis copulandis Kalendas ... religiosas, id est -andas censuerunt). Tib. 11, 5 nihil aliud secessu -asse se quam ... suspicionem (AVG. civ. 1, 19 male ... offensionem suspicionis). FRONTO p. 212, 20 N. eam culpam ita. TERT. idol. 14 blasphemia quae nobis omni modo (omnino *β*) -anda est (*item al. cf.* AVG. civ. 8, 19). COMM. instr. 2, 5, 11 gravia peccata ... semper (AVG. civ. 1, 25 *al.*). 2, 16, 14 observas mandatum hominis et dei -as (*fere i. exigere omittis.* 2, 16, 25 *cf.* GLOSS. *p. 865, 42*). ARNOB. nat. 2, 16 ea ... quibus famis periculum -etur. AVG. civ. 13, 22 EVGRAPH. Ter. Haut. 325). LACT. ira 4, 14 ad illud, quod -bat, *pervenire* (*item de scribente vel loquente*: SCHOL. Hor. ars 150. HIER. in Is. 65, 2 p. 772 cogitationes suas, quas prophcta -ans dominum deprecatur [*item* EPIPHAN. Hier. epist. 51, 2, 5]. AVG. civ. 13, 24. PRAEDEST. 1, 46 p. 601[C] nomen insaniae. BOETH. top. Arist. 2, 2 p. 928[B] postremum dictorum modum. *cf.* GREG. M. moral. 18, 67 puritatis verba quasi fatuitatem). ZENO 2, 28 quid debeas -are. MAXIMIN. c. Ambr. 46 errorem et impietatem. VVLG. eccles. 2, 3 stultitiam. I Tim. 4, 7 ineptas ... et anilcs fabulas (*παραιτοῦ.* 6, 20 *ἐκτρεπόμενος*). Tit. 3, 9 stultas autem quaestiones ... et pugnas legis -a (*περιίστασο*). DOCTR. apost. 5, 3 adorationes iustorum. AVG. civ. 1, 9 inimicitias (VEREC. in cant. 4, 8 Philistinorum iurgia). 1, 17 suo facinore alienum flagitium. 3, 26 exemplum Gracchorum. 14, 20 concubitum. adult. coniug. 2, 12, 12 conceptio (PRAEDEST. 1, 46 p. 603[C]). *et saepius.* ZACCH. 3, 4 peccati ... occasionem. *nota subiectum est res*: TERT. anim. 28 neque mendacium -at novellitatem. AVG. civ. 14, 8. 18. 19. b *c. aliis structuris: c. coniunct.*: LVCR. 3, 1079 nec -ari letum pote quin obeamus. SCRIB. LARG. 199 ut et ipse -et, ne *eqs.* (*incertiora*: HIER. epist. 52, 5, 7. VVLG. II Cor. 8, 20 -antes hoc, ne quis nos vituperet; *στελλόμενοι τοῦτο μή*). *c. infin.*: SEN. contr. 3, 12 supervacua dicere *eqs.* TERT. apol. 1 (*item* nat. 1, 1). ZENO 2, 14, 4 PELAG. in I Tim. 5 p. 883[D] GREG. M. moral. 2, 8 RVSTIC. c. aceph. p. 1242[A]. *c. praep.*: HYG. mun. castr. 2 -ari debet de eo. VVLG. Sirach 4, 23 a malo. *c. abl. separ.*: APVL. flor. 21 p. 99 hisce ... moramentis ... qui volunt -are. *nota sensum eausativum*: GREG. M. moral. 16, 81 (a *al., ut videtur*) discipulorum ... cordibus ... sapientiae nimium calorem -ans ait *Paulus.*

syn.: declinare, fugere, vereri. *opp.*: appetere, desiderare.

deriv.: devitatio.

dēvīvo, -vīxī, -ere *a* de *et* vivere. CARM. epigr. 729[A], 2 qui per triginta septem -xit in annos (*Büeheler ad l. confert καταβιοῦν*).

✖**dēvius,** -a, -um [*a* de via *duetum. Th.*]. *in codd. interdum* di- *legitur* (NOT. Tir. 38, 17). *earet compar. et superl.* (*nota*: LIV. 39, 51, 7 postico, quod -um maxime atque occultissimi exitus erat. *additur alibi augendi gratia* longe). *in versu heroico occupat imprimis quintum pedem.* PORPH. Hor. carm. 2, 11, 21 -um est ... a via remotum (3, 25, 12 SCHOL. Hor. *ibid.*). GLOSS. *ἀνόδευτος, ἄνοδος et ὁδὸν μὴ ἔχων, δυσόδευτος. παρέκτοπος.* -a callis horwaegstiig (*anglosax.*). -a *ἄβατος*, sine via. -um extra viam, absque via. *legitur inde a* CIC. [*loci ineerti*: MANIL. 2, 358 -aque (di- *al.*; dubia *al.*) alternis data sunt commercia signis. SIL. 8, 316 fer, Paule, indevia recti pectora. *falso legitur* STAT. silv. 4, 3, 59 *vol. III p. 1356, 2 et* OV. *p. 867, 6. ex coniectura*: CVRT. 4, 16, 10 -os (divisos *codd.*) saltus.]

1 *proprie*: a *de rebus i. q. proeul a via* (*ideoque etiam i. q. via carens, ex. gr.* regio, *et abditus*): CIC. Pis. 89 in oppidum -um Beroeam defugisti (Att. 2, 4, 6 tibi non sane -um *Formianum. al.* SVET. Vesp. 4, 4 civitatem. AMM. 29, 1, 14 in -a territorii parte absconditi). Tusc. 1, 72 *animis* -um quoddam iter esse, seclusum a concilio deorum (Att. 4, 3, 4 itineribus prope -is currebat. *al.* NEP. Eum. 3, 5. LIV. 28, 35, 1 itineris tam longi ac tam -i causa. PHAEDR. app. 21, 1 TAC. ann. 6, 15 SVET. Galba 20, 1 AMM. 26, 6, 4 VVLG. II reg. 13, 34. *adde p. 867, 25. cf.* LIV. 22, 14, 8 per ... -as calles. *al.* STAT. Theb. 2, 48 trames [SCHOL. *ad l.* vivis]. SVET. Aug. 16, 3 AMM. 14, 2, 8 EDICT. reg. Goth. de pecor. [Corp. IX 2826] 9). PROP. 2, 19, 1 -a rura (OV. met. 1, 676 per -a rura. *al.* IVV. 14, 75. PAVL. NOL. 20, 414 -a longe rura. *cf.* LIV. 26, 8, 11 ex agris -is in viam *proferre commeatum*). PROP. 3, 16, 28 terra (*opp.* in media ... via. CARM. epigr. 371, 17 busta). 4, 9, 27 limina. OV. epist. 15, 54 locus (APVL. met. 6, 18 AVSON. 404, 23 AMM. 25, 8, 18. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 58 omni ex parte. SEDVL. carm. pasch. 2, 103). OV. met. 3, 146 per -a lustra vagantes. 4, 778 perque abdita longe -aque ... saxa (PANEG. 2, 12, 2). LIV. 3, 13, 10 -o quodam tugurio. 10, 24, 5 per -os saltus. *sim. al.* (PS. QVINT. decl. 13, 11). LIV. 33, 37, 4 in -as silvas recesserat. 39, 49, 5 ex valle -a in viam *portare.* SEN. Phaedr. 1092 polo. CVRT. 5, 6, 15 montes. *al.* (PLIN. nat. 18, 265). FRONTO p. 224, 12 N. in devi⟨um⟩ ... litus pergeres (*per imaginem. proprie*: COD. Theod. 13, 5, 33, *a. 409*). AMM. 23, 6, 87 circa -os scopulos. CLAVD. 18, 15 Nilus ... meatu -us (*item sensu aberrandi*: carm. min. 17, 45. 26, 72. SISEBVT. anth. 59, 54 vagans errore rato ceu [cum *codd.*] -a tortos dum legit anfractus *luna*). *nota* a b: OV. Pont. 3, 1, 27 procul haec regio est ab omni -a cursu. b *de hominibus (ceterisque animantibus): i. q. habitans procul a via,*

in recessu vel solitudine: Cic. Phil. 2, 106 *Anagnini* cum essent -i, descenderunt (*opp. Aquinates* in via habitabant). Hor. carm. 2, 11, 21 -um scortum (*i. q. non in urbe habitans?*). Liv. 34, 16, 8 ad -os montanos. 34, 20, 2 -am et silvestrem gentem. 38, 45, 9. *i. q. declinans (e via), aberrans, vagus*: Hor. carm. 1, 17, 6 quaerunt ... thyma -ae olentis uxores mariti (Apvl. met. 4, 1). Ov. epist. 2, 118 cecinit maestum -a (clivia *ex coni. al.*) carmen avis. Sil. 16, 361 Pelorus non unquam effusum sinuabat -us axem (Stat. Theb. 9, 804). Hor. carm. 3, 25, 12 ut mihi -o ripas et vacuum nemus mirari libet (Schol. *ad l.* per -a agi et remota. *cf.* Cypr. Gall. gen. 571 dum vicino tegeret se -a fonte *Hagar* [Vvlg. gen. 16, 7 in solitudine]. Amm. 27, 10, 11. Pavl. Nol. carm. 19, 567 *syn.* celebri seductus ab aggere iuxta). Sil. 3, 333 patrias fugit ... -us oras. Stat. Theb. 11, 312 paulum si -us hostis torsit iter. Paneg. 6, 12 currum -o rectore turbatum (*in imagine; proprie*: Clavd. 5, 211 *limite* iusto -us *Phaethon*). Pavl. Nol. carm. 16, 85 medioque procul se -us aufert e spatio. *nota abl. separ. supra l. 15. fort. add.*: Sil. 15, 584 arma avertisse suo ... -a vallo.

2 *translate* (*asservatur per imaginem saepe notio propria viae*): a *de rebus i. q. falsus, perversus, erraticius*: Cic. ac. frg. 16 ut ii qui in itinere deerravissent, sic vitam -am secutos corrigere errorem (Lact. inst. 3, 10, 4 *al.*). Lael. 93 quid ... potest esse tam flexibile, tam -um quam animus eius, qui ad alterius ... sensum ... convertitur (Paneg. 10, 28 animum iam metu -um. Facvnd. defens. 3, 6 p. 601[D] in -um sensum. *al.*). Lact. inst. 1, 1, 23 -os secuntur anfractus (*opp.* iter rectum. Hier. epist. 39, 3, 1). 4, 30, 3 vias (Pavl. Nol. epist. 16, 10). 5, 1, 9 ab illo itinere -o (Hil. trin. 11, 24 Vvlg. prov. 12, 28 Prvd. apoth. praef. 16 *in imagine. cf.* Vvlg. iud. 5, 6 ambulaverunt per calles -os). Arnob. nat. 1, 38 *nos* ab deruptis, ab -is locis planioribus reddidit. Ambr. hex. 5, 7, 19 lubrico *tramite* -i amoris. Clavd. carm. min. 22, 7 ardor. Cod. Theod. 16, 6, 3 (*a. 405*) -os errores (Ps. Prosp. carm. de prov. 476 Boeth. cons. 3, 12, 14 Cassiod. in psalm. 12 div.). Avell. p. 56, 16 -o ... profanare mysterio. *nota* a b: Lact. inst. 3, 30, 1 longe -um philosophos iter a veritate tenuisse. Amm. 29, 1, 27 totus ... -us ab aequitate dilapsus. Ambr. hex. 1, 8, 31 animi depravatio a tramite veritatis -a. Avg. civ. 21, 5 quam sit intolerabile atque a sana doctrina nimis -um, ut multi *eqs.* b *de hominibus i. q. perverse cogitans, decedens a recta via, relative i. q. desciscens a*: Cic. Phil. 5, 37 in omnibus consiliis praeceps et -us *homo* (Ambr. fid. 5, 8, 104 in utroque a vero. Heges. 2, 12, 1 ita in eo ipso mente -us fuit, ut. Macr. sat. 3, 11, 3 ne non ubique in libando pari errore sit -us *Vergilius*). *c. gen.*: Sil. 1, 57 -us aequi *fuit Hannibal* (Ambr. Noe 30, 115. Macr. sat. 2, 17, 6 sectator caelestium, -us caducorum. Mart. Cap. 3, 222 -us promissi es). a b: Mall. Theod. gramm. VI 588, 15 ab omni musica doctrina transversus fertur et -us. Apvl. flor. 15 p. 60 Plato nihil ab hac secta vel paululum -us. Symm. epist. 5, 41 [39], 1 neque enim sic a recto -ii sumus. Ambr. hex. 5, 8, 21. Pavl. Nol. epist. 24, 8 a praeceptis auctoris sui -a in erroris sui semitis claudicant. Avg. doctr. christ. 2, 13, 19 a sensu auctoris -us aberrat interpres (Prosp. epigr. 13, 3). immort. 8, 15 Pavl. Med. adv. Cael. 2 qui a fide -us est. Macr. somn. 1, 2, 3 Epicureorum tota factio ... errore a vero -a (Sacr. Leon. p. 357 Prosp. in psalm. 106, 4—8). Canon. Migne 56, 641[B] Boeth. cons. 2, 8, 16. 3, 8 carm. 1 misero tramite -os (-o *al.*). *adde abl.* (*separ. an instr.?*): Cod. Theod. 6, 7, 5 (*a. 391*) fide -i et mente caecati. *sine relatione expressa*: Lact. inst. 7, 7, 2 uullam sectam fuisse tam -am (Rvfin. hist. 4 ind. cap. 11). Leo M. epist. 13, 3 -um ... et apostolicae constitutionis oblitum. Sacr. Leon. p. 427 (*subst., opp.* correctis. Prosp. in psalm. 149, 7).

syn.: abditus, asper, remotus. *opp.*: rectus, verus.

deriv.: deviare.

subst. n. **dēvium**, -ī, *pl.* **dēvia**, -ōrum: Diff. Suet. 226 -um desertus locus. *cf. vol. II p. 1447, 19.* Isid. orig. 14, 8, 32 -a sunt loca secreta et abdita, quasi extra viam (*cf. p. 866, 52*). 1 *proprie, i. via vel regio abdita, procul a via sita (ideoque aspera, terribilis sim.)*: *c. gen.*: Tib. 3, 9, 2 seu colis umbrosi -a montis, aper (*opp.* bona pascua. Cassiod. var. 11, 14, 1). Lvcan. 4, 161 terrarum in -a ([6, 331 terrae ... secutus -a]. 5, 133 mundi. *al.* [Pavl. Nol. carm. 16, 21 Coripp. Ioh. 1, 25]. Clavd. rapt. Pros. 3, 316 rerum. 26, 174 *fort. falso*). Stat. Theb. 5, 248 vastae urbis. 6, 454 in recta ac -a campi (*cf.* Schol. *ad l.*). *al.* Cypr. Gall. los. 386 deserta ... -a Thitsae (Amm. 26, 8, 12). Clavd. 15, 490 ponti. Greg. Tvr. Franc. 4, 44 silvarum. Liv. 21, 33, 4 in vias ac -a (*loco corrupto*). Val. Fl. 3, 49 per -a (8, 54 per -a passu [Sil. 17, 530] tollitur. Sil. 4, 489 *al.* Stat. Theb. 4, 798 per ... opaca ... -a. silv. 3, 1, 75. Svet. Tib. 60 per aspera et -a. Cypr. Gall. exod. 413. Ios. 43 quaeque. *al.* Amm. 31, 16, 2 vitatis aggeribus publicis per nemorosa et -a ... currebant. *al.* Clavd. *et* Pavl. Nol. *v. supra l. 66 sq.* Oros. hist. 1, 10, 19 sol per -a transvectus [*i. aberrans?*]. 5, 23, 5 Drac. Romul. 8, 577 Coripp. Ioh. 4, 602 *al.*). Cod. Theod. 12, 19, 1 (*a. 400*). Cypr. Gall. gen. 92 ad -a (lev. 1 conspicuo longinque in -a templo). 724 maestoque implevit -a questu. Veg. mil. 3, 8 in abruptis ac -is. Ps. Rvfin. los. bell. Iud. 3, 8 qui aggeris maligna corrigerent et -a complanarent. Clavd. rapt. Pros. 2, 169 latebrosa ... rimatur ... -a. Svlp. Sev. Mart. 5, 4 -a secutus. Carm. epigr. 518, 4. *singularis*: Amm. 31, 6, 7 inaccessum ac -um. Svlp. Sev. dial. 3, 17, 3 etsi maxime cursus in -o sit. 2 *translate (pluralis:) i. q. anfractus, via falsa*: Sen. epist. 49, 12 si me nolueris per -a ducere. *moraliter i. peccatum, error* (*servata per imaginem notione propria*): Don. Ter. Andr. 190, 3 ex -is erroris (Clavd. Mam. anim. 2, 12 p. 93, 26) ad rectam vitam (Rvfin. Basil. hom. 2, 4 per aspera quaeque peccatorum et -a [Favst. Rei. grat. 2, 12 p. 93, 26 in peccati -a]. Prosp. epigr. 92 [89], 6 noctis). Val. Cem. hom. 1, 4 in -is morantur. 16, 1. Clavd. Mam. anim. 2, 9 in -a abrupta propellis. Favst. Rei. grat. 1, 6 p. 21, 19. Boeth. cons. 3, 8, 2 quin hoc ad beatitudinem viae -a quaedam sint. *al.* *singularis*: Sen. dial. 5, 19, 1 in -um exire (*syn.* aberrare). Plin. epist. 5, 6, 44 nihil inductum et quasi -um loquimur. *Bögel.*

deultrā *praep. a* de *et* ultra. *i. q. ultra*: Itala Soph. 3, 10 (Rufin. Orig. in cant. 2 p. 104[B]) -a flumina Aethiopiae suscipiam eos (*var. lect. v. p. 834, 10*). Vita Caes. Arel. 1, 38 omnes captivos -a Druentiam redemit.

deunculus, -a, -um *cf. c.* deus. Gloss. IV 369, 33 numen -um divinitas. V 468, 62 numen idolum deungulum vel augurium seu maiestate deus.

deundo, -āre *a* de *et* undare. *i. q. decedere* (*de aestu maris*): Virg. gramm. epit. 4 p. 20, 19 *pelagus* ideo praelium nomiuatur, quae prae ceteris elementis quadam sui immensitate inundando etiam et -ando quendam admirationis praelatum habet. *L.*

deungo *v.* devincio *p. 859, 10.*

deunx, -cis [*a* dē(esse) *et* uncia *ductum, cf.* quincunx, septunx. *Th.*]: Varro liug. 5, 172 -x dempta uncia. Agroec. gramm. VII 118, 27 -em decem uncias dicimus, diuncem undecim (Gloss. diuncem undecem uncias. undecim. -em decem uncias. decem unciarum. *de qua confusione et varietate scripturae cf. sub* decunx). Prisc. gramm. III 408, 23 -x unciae undecim. Gloss. -x ἑνδεκαούγκιον. Carm. de pond. 45 uncia si librae desit, dixere -em. *leguntur vulgares formae*: deun (Compvt. Carth. 1, 6. 2, 15), deunc (2, 15). *notatur* S ☰ ☰ —: Act. Arv. a. 80/81, 33 Frontin. aq. 39. 41. 52. 55. 61. 63 Maecian. distrib. 14. 62. S ∴ · Corp. X 6, 5. [*de* Pers. 5, 150 *v. sub* decunx.]

Cic. Caecin. 17 facit heredem ex -e et semiuncia Caecinam. Pavl. Fest. p. 73 dextans dicitur quia assi deest sextans quemadmodum duodeviginti et -x. Colvm. 5, 1, 12. 27. Mart. 6, 78, 6 misceri sibi protinus -es ... iubet. 7, 67, 10 septem vomuit meros -es. 12, 28, 1 poto ego sextantes, tu potas, Cinna, -es. Ivv. 1, 40 unciolam Proculeius habet, sed Gillo -em. Maecian. distrib. 14. 62 Lib. de asse 2. 16 Vlp. dig. 28, 5, 51 (50), 2. Prisc. gramm. III 416, 20 (*ex Varrone*). Avson. 368, 19 non aliter libra est, si defuit uncia, totus non erit as: nomenque -x iam cassus habebit *eqs.* Qverol. p. 60, 4 in loxu ... usque ad -em solidi iniuriarum commodum placuit extendi. Schol. Hor. ars 329. Mart. Cap. 8, 844 (*bis*) oritur duabus horis et duodecima parte horae et hora occidit ac -e (8, 845 *bis*). Corp. XIV 3343 (*in determinatione agri*) ⟨de⟩u(n)x semuncia. *Gudeman.*

dēvoco, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* vocare. Gloss. ἀποκαλοῦμαι. -are desupere convocare. V 410, 43 -ari *sine interpr.* *legitur inde a* Rhet. Her. *et* Cic.; Not. Tir. 32, 25 -at. [*dub.*: Itala Marc. 11, 21 (cod. k) arbor fici, quam -asti (ἣν κατηράσω. *fort. scrib.* devotasti. Itala omnes codd. *et* Vvlg. maledixisti). Gloss. dedicatum (*vel* dicatum) -atum (*scrib.* devotatum). *cf. l. 59.*]

1 *i. q. de superiore loco vocare, proprie et in imagine*: Bell. Hisp. 24, 2 haec res necessario -bat, ut ad dimicandum descenderet. Plin. nat. 30, 125 *vermes terreni* lac -ant poti cum mulso (*cf. l. 67*). Decl. in Catil. 14 pestes nullae repertae, quae non -atae per hunc devolaverint in aream ipsam nefariae coniurationis. Apvl. met. 9, 21 cuncta caeli numina, quae deierando temere -asti (*v. d. Vliet*, devorasti *trad.*, devotasti *vulg.*). *acc. unde*: Cic. Tusc. 5, 10 Socrates ... primus philosophiam -vit e caelo (*cf.* Apvl. Socr. 3 p. 125 tandem orationem de caelo in terram -bo). Catvll. 66, 6 ut Triviam ... dulcis amor gyro -et aerio (*abl.*: Hor. epod. 17, 5 refixa caelo -are sidera. Tib. 1, 2, 46 haec *saga* cantu ... tepido -at ossa rogo. Plin. nat. 28, 14 sacrificio caelo -are lovem). Liv. 4, 39, 8 ab tumulo suos -at (Plin. nat. 34, 89 *Perillus* huc [*sc. ad taurum illum faciendum*] a simulacris deorum hominumque -verat humanissimam artem). Theod. Prisc. log. 45 quibus (*inferioribus partibus*) exercitio calefactis ex superioribus causam omnem -are (evocare *b*) valeamus.

2 *i. q. avocare, advocare, vocare, proprie et translate: aliquem*: Verec. in cant. 6, 16 Isaias quoque testis est -andus. *accedit unde*: Cic. prov. 29 eum de provincia. Clavd. Mam. anim. 2, 7 p. 127, 14 semet a contemplatione veri. *nota*: Theod. Prisc. eup. faen. 17 quo ... a capitis hactenus iuquietudine -etur (*i. liberetur*; deducatur *br*). *quo*: Rhet. Her. 2, 3, 4 omnes ... in suspicionem maleficii -ari. Cic. Manil. 40 non *illum* avaritia ab instituto cursu ad praedam aliquam -vit, non libido ad voluptatem *eqs.* (prov. 29 ad gloriam. Liv. 6, 20, 9 Iovem deosque alios ad auxilium. Phaedr. 1, 20, 2 stultum consilium ... ad perniciem quoque mortales -at [3, 5, 1 Decl. in Catil. 72]. Sen. dial. 9, 17, 4 mens ... ad iocos -anda. Decl. in Catil. 120 illos ad rapinas. Cod. Theod. 8, 4, 1 [*a. 315*] ad ... munera. 15, 3, 1 [*a. 319* = Cod. Iust. 11, 65, 1]. Cod. Iust. 4, 13, 2 ad munus civile. 13, 4, 4 [*a. 374*]. Firm. math. 3, 6, 30 ad ... libidinem. Cod. Iust. 5, 67, 1 ad tutelam seu curam. 11, 55, 1 ad obsequium). Nep. Cim. 4, 3 ut quos invocatos (*i. non invitatos*) vidisset in foro,

omnes ad se -ret. Liv. 33,18,7 omnibus eo praesidiis ... -atis. Val. Max. 3, 2, 21 cum ab eo in certamen pugnae -atus esset. 6, 5, 5 M. Scaurum in iudicium populi (Liberat. 13 ad iudicium). Sen. benef. 6, 27, 3 iacturā rerum suarum ... in id -ari, ut ... iaceat. Svlp. Vict rhet. 7 p. 317 plerique non suo merito ... in difficilia vitae ac famae pericula -antur (Cael. Avr. chron. 2, 1, 20 aegrotos in periculum). Cod. Iust. 1, 49, 1, 1 in querimoniam. *aliquid*: Caes. Gall. 6, 7, 6 sese suas exercitusque fortunas in dubium non -urum (Vlp. dig. 37, 10, 1, 11 si quidem status pupilli in dubium -atur. Tert. anim. 17 sensus istos). Val. Max. 2, 7, 8 rem ad populum (*i. transferre*). Tert. adv. Marc. 1, 9 p. 302, 18 *illa* ad probationem. Fortvn. rhet. 1, 2 p. 82 propter quod res in iudicium -atur (Cod. Theod. 9, 1, 11 [*a. 373*] alterius famam fortunas, caput denique et sanguinem. Cod. Iust. 3, 8, 1 quaestionem). Mar. Victorin. rhet. 1, 11 p. 190, 19 negotialis qualitas talis est, cum aliquid generatim iure cautum ad speciem -amus. 2, 4 p. 260, 10 exinde in thema quodlibet coniecturale, quod necessarium fuerit, facile poterit -ari (*i. adhiberi. cf.* p. 260, 20). defin. p. 33, 19 *id* quasi quodam signo in notitiam -vi. Plin. med. 1, 7 raro medici parotidibus curationem non -ant ad scalpellum. Zeno 1, 5, 9 castitatis ... virtutem -bit in crimen. Rvfin. hist. 10, 8, 8 hoc in querelam -ans. patr. 6, 3 omnia in unitatem et concordiam. Siric. epist. 10 Migne 13, 1183[A] fides ... in irritum -ata (Frg. Vat. 273 *donationem*. Cod. Theod. 11, 13, 1 [*a. 383*]. Cod. Iust. 6, 43, 3, 3a. 8, 53, 34, 3. *cf.* 2, 50, 7 ad irritum). Mart. Cap. 5, 556 quae nobis cum diversa conveniat, quae in controversiam -entur. Boeth. in top. Cic. 2 p. 301, 18 mulier cellas vinarias oleariasque plenas ad usumfructum proprium -bat.

devolato (Gloss.) *v. sub* divulatio.

dēvolo, -āvī, -āre *a* de *et* volare. Gloss. καθίπταμαι. *legitur inde a* Plavto; Not. Tir. 75, 95[b].

1 *i. q. deorsum volare, latiore sensu et in imagine (de hominibus) i. q. raptim decurrere*: Plavt. Amph. 1108 -ant angues iubati deorsum in impluvium duo. Lvcr. 6, 205 uti ... mobilis ille -et in terram liquidi color aureus ignis. Verg. Aen. 4, 702 Iris croceis per caelum roscida pinnis ... -at. Hor. sat. 2, 5, 10 turdus ... -et illuc. Ov. ars 3, 420 Iovis in multas -at ales aves. Liv. 2, 29, 3 *patres* -ant de tribunali. 3, 15, 6 alii inter tumultum praecipites pavore in forum -ant. 7, 12, 13 nihil agenti sibi de caelo -uram in sinum victoriam. 21, 62, 4 corvum in aedem Iunonis -asse. 27, 11, 4. Colvm. 9, 5, 1 (*de apibus*). Plin. nat. 10, 5 phoenicem -isse in Aegyptum. 10, 117 *psittacus*. 10, 121. 11, 176 *fistula* exterior appelletur sane gula, qua cibus atque potus -ant. 33, 73 *vigil* -at *de monte*. 35, 83 in portum. Val. Fl. 1, 73. 4, 204 Sil. 12, 702. 15, 514 inde ... properatis -at armis *Hasdrubal*. Homer. 121 Frontin. strat. 3, 13, 8 Decl. in Catil. 14 *v. p. 868, 56*. Apvl. met. 3, 23. 5, 17. Tert. mart. 4 Asdrubalis uxor, quae cum filiis suis in incendium patriae -vit (*i. se praecipitavit*. Hier. adv. Iovin. 1, 43). adv. Val. 27 p. 203, 16 super hunc itaque Christum -asse tunc in baptismatis sacramento Iesum per effigiem columbae. Avson. 449. **2** *i. q. avolare, volare*: Rhet. Her. 4, 17, 24 qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi, simul ac fortuna dilapsa est, -ant omnes (*cf.* 4, 48, 61. Cic. Quinct. 93 non ab afflicta amicitia transfugere atque ad florentem aliam -are). Petron. 105 Tryphaena ... raptim ad puerum -at. Apvl. met. 3, 21 dominam ... in avem sese plumaturam atque ad suum cupitum sic -uram. *L.*

✱dēvolvo, -vī, -ūtum, -ere *a* de *et* volvere. Gloss. -at deducat. *dub.* II 48, 6 -uta περιηλθα απεκυλισαν. *legitur inde a* Cic. *et* Caes., *singulis locis*: Cic. Catvll. Ciris Hor. Germ. Phaedr. Scrib. Larg. Mela Qvint. Svet. Gran. Lic., *binis*: Caes. Verg. Ov. Sen. rhet. Cels. Colvm. Lvcan. Plin. nat. Val. Fl., *saepius* Liv. Sen. phil. Cvrt. Sil. Apvl. [*loci dubii et corrupti*: Liv. 1, 47, 5. 5, 11, 2 Sol. 20, 10 *cf. p. 871, 1. falso traditur* Catvll. 63, 5 *v. p. 849, 14.*] [*forjul.* davuolzi, *prov.* devolver. *M.-L.*]

I ***transitive***: **A** *proprie*: **1** *strictiore sensu i. q. volvendo deorsum movere*: **a** *generatim*: Plin. nat. 8, 24 *elephanti* congerunt ramos, moles -unt (*sc. in foveas*). Sil. 10, 533 -unt quercus et ... pinum ac ... maestas ad busta cupressos. Itala gen. 29, 3 (Lugd.) -bant lapidem desuper os putei (ἀπεκύλιον, Vvlg. ut -rent). Ios. 10, 18 (Lugd.) -ite (κυλίσατε, Vvlg. volvite) lapides ad ostium speluncae. 10, 27 (Lugd.) -erunt (ἐπεκύλισαν, Vvlg. posuerunt) lapides super speluncam usque in hodiernum diem. Marcell. chron. II p. 100, 518, 1 *terrae motu* saxa ... suis evulsa compagibus, -utaque arborum crepido. *obiectum est persona*: Val. Fl. 2, 89 *Iuppiter* Vulcanum vertice caeli -it. Sil. 4, 566 hinc atque hinc iaculo -itur Allius acto *i. prosternitur*. Apvl. met. 4, 12 aniculā lectulo suo -utā. *cf. l. 80.* Ov. met. 7, 574 corpora (*i. se*) -unt in humum. *cf. p. 870, 62.* se -ere *v. sub II.* **b** *speciatim: aliquid de corpore*: Ov. met. 5, 355 *Typhoeus* saepe remoliri luctatur pondera terrae oppidaque et magnos -ere corpore montes. Apvl. met. 8, 5 *equus* toto tergo supinatus invitus dominum suum -it ad terram. *aliquid in hostes*: Caes. civ. 2, 11, 1 oppidani saxa ... vectibus promovent praecipitataque ⟨e⟩ (*add. Meusel*) muro in musculum -unt (Liv. 21, 34, 6 saxa ingentia in agmen -unt. 42, 15, 9 *absolute*. Cvrt. 5, 3, 18 per montium prona. Sil. 1, 491 corripit ... saxum et nitentis [*i. ascendentis*] in ora -it. Apvl. met. 8, 17 de summis ... tectis ac de proximo colle ... saxa super nos raptim -unt). civ. 2, 11, 2 cupas taeda ac pice refertas incendunt easque de muro in musculum -unt. Verg. Aen. 2, 449 auratas ... trabes ... -unt *Troiani*. Cvrt. 4, 3, 25 *clipeos aereos* repletos fervida harena caenoque decocto e muris subito -bant. Sil. 14, 303 armatam hinc (*sc. de turri*) igni pinum et -ere saxa. *subiectum est fluvius*: Lvcan. 2, 409 Eridanus fractas -it in aequora silvas. *cf.* Sil. 6, 521 fluvio raptim ad pelagi -imur oras. Prisc. periheg. 1051 auri qua pondus ... -ens Hypanis ... trahit *eqs.* *in imagine*: Hor. carm. 4, 2, 11 per audaces nova dithyrambos verba -it (*sc. Pindarus*) *quasi de flumine dictum. cf.* Qvint. inst. 12, 10, 61 ille *dicendi modus*, qui saxa -at et pontem indignetur. *de exercitu*: Lvcan. 2, 491 -it rapidum ... moenibus agmen *i. celeriter descendere iubet.*

2 *latiore sensu vel paulum immutato: deest notio deorsum movendi*: Mart. Cap. 2, 212 *conspicere* Platonem Archimedemque sphaeras aureas -entes. *i. q. volvendo, torquendo deducere, solvere*: Verg. georg. 4, 349 dum fusis mollia pensa -unt. Sidon. epist. 1, 7, 8 involucra *mercium*. *adde reflexivum usum*: Greg. M. dial. 2. 31 se ... coeperunt illigata bracchiis lora -ere. *cf.* Ven. Fort. vita Pat. 13, 39 ancillae (*genet.*) ... se manus collegerant nec poterant -ere (*i. solvi*). *i. q. volvendo levare*: Ciris 446 non licuit gravidos penso -ere fusos?

B *translate*: Phaedr. 5, 7, 23 -utis tonitribus di sunt locuti (*sc. in scaena*). Itala prov. 16, 3 (Hier. adv. Pelag. 3, 8) -e super dominum opera tua (*item hebraice; deest* LXX. Hier. *ad l.* quando omne quod agimus quasi super stabilem et solidissimam petram domini adiutorio -imus. Vvlg. revela domino). Tert resurr. 60 p. 121, 2 quo huiusmodi membra (*sc. post resurrectionem*) admittunt subigunt -unt *eqs.*? Vvlg. gen. 43, 18 ut -at in nos calumniam (Itala Lugd. ut calumniet nobis, τοῦ συκοφαντῆσαι ἡμᾶς). Epist. pontif. 286 (Innoc. I) Migne 20, 473[A] si maiores causae in medium fuerint -utae (*i. prolatae*). Favst. Rei. epist. 6 p. 199, 8 haec ... intentionem de spiritalibus ad terrena -unt (*i. detrahunt*). Cod. Iust. 12, 42 (43), 2 in inferiorem locum quinque antelatis posterioribus -atur. *cf. p. 871, 9.*

II ***passivum*** *(reflexivum infra l. 63)* ***intransitive*** *usurpatum, i. q. delabi, decidere, excidere*: **A** *proprie*: **1** *subiectum est res*: Catvll. 59, 4 -utum ex igne (*sc. rogi*) prosequens panem (Ps. Qvint. decl. 12, 27 cadavera rogis -uta sunt). Alf. dig. 19, 5, 23 excidit anulus et in Tiberim -utus est. Apvl. met. 1, 19 spongia de *vulnere* repente -itur. Amm. 15, 10, 4 vehicula paulo tutius -untur. Heges. 5, 1, 4 -bantur sublimium aedificiorum culmina. *de corporibus quae per aera feruntur*: Sen. nat. 4, 3, 5 *grando* per spatium aëris densi -uta. Obseq. 54 globus ignis ad terram -utus. *cf.* Oros. hist. 5, 18, 6. *remissiore sensu*: Cels. 7, 18 p. 295, 34 pondere eo -itur aut omentum aut etiam intestinum (*de hernia*). *de sole*: Germ. 481 *Phoebus* pronus -itur inde (*sc. post aestivum solstitium*). *de fluviis*: Liv. 28, 6, 10 velut monte praecipiti -utus torrens (Sen. nat. 3, 27, 7 -utus torrens altissimis montibus). Cvrt. 5, 3, 1 *Tigris* praeceps inter saxa -itur (Colvm. 1, 5, 2 aqua e montibus oriunda per saxa praeceps -itur). Mela 3, 40 *Araxes* ingenti cum murmure sonansque -itur. Evstath. Bas. hex. 3, 6 p. 897[A]. 4, 7 p. 909[A]. Prisc. periheg. 427 Ilisos aquis -itur amnis. 712 per quos Mardus ... -itur amnis. Cassiod. var. 11, 14, 4 Addua fluvius ... quasi in proprium mare -itur. *de aestu maris*: Sen. nat. 3, 28, 6 nec antequam supra cacumina eorum, quos perfusurus est, montium crevit, -itur (*i. recedit*). *de lumine*: Vlp. dig. 8, 2, 17, 2 si forte κατ' ἀνταναάκλασιν vel pressura quadam lumen in eas aedes -atur.

2 *subiectum est animans* (*daemon infra l. 75*): Liv. 21, 33, 7 iumenta cum oneribus -bantur. Sen. epist. 99, 16 lectulo -untur. (Apvl. met. 1, 16 de alto recidens [*sc. in grabatulum*] Socraten ... superruo cumque eo in terram -or. Hippocr. progn. 3. *cf.* Ov. met. 7, 574 *pestilentia affecti* corpora -unt in humum [*sc. de lecto*]. Val. Fl. 2, 235 se ... toris misero luctamine ... -unt). Cvrt. 7, 11, 16 cum ii, quos instabilis gradus fefellerat, ex praecipiti -rentur. 9, 4, 33 scalis non sufficientibus -uti (Scrib. Larg. 101 arbore alta delapsis vel scalis -utis). Plin. nat. 27, 129 datur ... decoctum ... bibendum ... contusis, ex sublimi -utis. Sil. 2, 219 in vulnus -itur praeceps altis aggeribus muri (*sc. vulneratus*). Apvl. met. 7, 24 non tantum pedibus, verum etiam toto proiecto corpore propere -utus immitto me campis subpatentibus. Porph. Hor. epist. 1, 12, 28 Caesaris genibus minor: subtiliter dixit ad genua -utum. Rvfin. hist. 9, 9, 5 *Maxentius* pontibus ... his -utus est, quos ad *Constantini* aptarat exitium. Svlp. Sev. Mart. 19, 4 de cenaculo. Greg. Tvr Mart. 2, 37 *daemoniacus* -utus terrae (*i. ad terram*). Pallad. hist. mon. I 10 p. 287[A] in Rubrum mare ... -utus est *daemon. sim. de simulacro*: Gran. Lic. p. 13, 2 Martis signum in caput -utum (*cf.* Obseq. 42 simulacrum ... capite stans inventum). *de navigantibus i. q. deferri*: Rvfin. Clement. 1, 22 usque ad id temporis, quo ad eum Caesaream -utus sum. Praedest. 1, 46 p. 601[B] Manes, cum esset civis Persa ..., etiam in Graeciam -utus est. Schol. Stat. Theb. 3, 283 cum igitur per longinqua maria praedam piratae vexissent, ad quandam regionem tandem -uti pervenerunt. 3, 353 si quis forte advena -utus fuisset (*antecedit* Pollux cum Argonautis ad Bebryciam appulsus est). *cf.* Sol. 20, 10 *glaesi* species cum per Pannonica commercia usu ad Transpadanos

homines foret -uta (delata *SA*). *fere i. q. incurrere, accurrere*: Vvlg. Iob 30, 14 quasi rupto muro et aperta ianua irruerunt super me et ad meas miserias -uti sunt.

B *in imagine*: 1 *per gradus* -i *i. diversos status quodam ordine inter se coniunctos percurrere*: Tert. pudic. 1 habet et in Christo scientia aetates suas, per quas -utus est et apostolus. Hier. adv. Iovin. 1, 48 *Terentia* nupsit Sallustio ... et tertio Messalae Corvino, et quasi per quosdam gradus eloquentiae -uta est. 2 *ex superiore ad inferiorem gradum* -i: Tert. castit. 9 non tibi sufficit de summo illo immaculatae virginitatis gradu in secundum recidisse nubendo, sed in tertium adhuc -eris. Hier. epist. 41, 3, 2 *Montanistae* habent ... primos ... patriarchas, secundos, quos appellant κοινωνούς, atque ita in tertium, id est paene ultimum, gradum episcopi -untur. *sim.* Sen. suas. 1, 9 exempla regum ex fastigio suo -utorum (Lact. mort. pers. 2, 7 deiectus ... fastigio imperii ac -utus a summo tyrannus). Sen. epist. 92, 23 si non potest ... sapiens ex beato in miserum decidere, non potest in non beatum. ... quae res illum non patitur ad ima -i, retinet in summo. Hier. in Is. 22, 1 p. 310 qui corruerunt de sublimitate ... et ad humilia -uti sunt. Cassian. inst. 5, 41 de arduis ad perniciosissima praerupta -i. *subiectum est res*: Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 29 p. 397[c] quod processus animae nitentis ad mala consequenter -atur ad infima. 3 *loci natura distinctius indicatur*: Hier. in Am. 2, 4 p. 270 dum erigimini in superbiam, estis in caeni ultima -uti. Rvfin. hist. 5, 28, 19 in ultimum perditionis gurgitem -uti sunt (κατωλίσθησαν). Avg. epist. 82, 18 in barathrum diaboli (Cassian. inst. 7, 11 usque ad profundum inferi -uti. Ennod. epist. 2, 19 p. 62, 11 ad ... gehennam. *cf. infra l. 52. nota ubique animi perditionem, non ipsam poenam significari*). Evstath. Bas. hex. 3, 9 p. 900[A] eas ... *aquas*, quae continentur inferius, spiritus esse pravitatis ... ex altitudine naturali in profundum malitiae -utos (*in interpretatione allegorica*). *fortasse addendum*: Cod. Iust. 6, 29, 3 pr. si postumus in hunc quidem orbem -utus (*i. natus*) est, voce autem non emissa ab hac luce subtractus est. 4 -i super *aliquem i. q. cadere*: Vvlg. Sirach 27, 30 facienti nequissimum consilium super ipsum -etur (εἰς αὐτὸν κυλισθήσεται).

C *translate*: 1 *de condicione*: Cic. Phil. 7, 14 ad spem estis inanem pacis -uti. Sen. contr. 2, 1 ex summis opibus ad egestatem -utus (Pavl. dig. 48, 20, 7 pr. in summam egestatem). Sen. dial. 4, 14, 3 qui primis defungi malis potuimus, in maiora -imur. Svet. vita Lucani p. 51 ad humillimas -utus preces. Apvl. apol. 75 homo miser ampliuscula fortuna -utus. Sol. 42, 3 *Hannibal* in hospitium Prusiae -utus. Hier. c. Ioh. 19 finge aliquem tribuniciae potestatis regradatum per singula militiae equestris officia ad tironis vocabulum -utum. Rvfin. hist. 1, 9, 1 ut ... imperio -utus sit (τῆς ἀρχῆς ... ἀποπεσόντος). hist. mon. 16 p. 436[A] ex latrone ad istud ... foedum artificium (*sc. symphoniaci*) -utum. Basil. reg. 2 hominem in peccatum lapsum et per peccatum (*sc. Adae*) in mortem -utum. Ps. Rvfin. in Am. 8, 11 ad tantam ... doctrinae sunt inopiam -uti. Petr. Chrys. serm. 78 p. 420[C] cum mundi compago ... ad primordiales tenebras ... crederet se auctoris sui morte -utam. Evgraph. Ter. Andr. 263 ad incertam sententiam -utus. Ennod. epist. 2, 19 p. 62, 11 ad periculum et gehennam -imur. *sensu debilitato*: Ennod. epist. 5, 6 p. 152, 23 cautione ... ad hoc -utus sum (*sc. ut binas pro singulis litteris darem*). *de morbis*: Theod. Prisc. log. 46 *quoniam* ad epilempsin supradicta capitis vitia -untur. Cael. Avr. acut. 2, 10, 72 si ad peiora passio fuerit -uta. *adde*: Vvlg. II Macc. 6, 15 peccatis nostris in finem -utis (πρὸς τέλος ἀφικομένων). 2 *de moribus, mente: ad vitia, depravationem*: Colvm. 1 praef. 29 nec si illa praestantis ingenii vis ... defecerit ..., confestim debemus ad otium et inertiam -i. Cypr. epist. 74, 4 ad hoc ... malorum -uta est ecclesia, ut haereticorum exempla sectetur. Lact. ira 12, 3 quia religione iustitiaque detractis vel ad stultitiam pecudum -imur vel ad bestiarum immanitatem. Hier. adv. Rufin. 3, 24 nescio quomodo acutus et prudens ad has ineptias -aris. Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 8 ad idololatriam. Avg. serm. ed. Mai 24, 2 in ultima flagitia. Cassian. inst. 5, 8 ad desideriorum occupationes noxias. 7, 23 ad tam scelestum proditionis facinus. Leo M. epist. 167 p. 1207[B] *monachus*, qui ... ad militiam vel ad nuptias -utus est (Conc. Aurel. a. 533, 17 p. 63, 18 *feminae, quae benedictionem diaconatus acceperunt* ad coniugium ... iterum -utae). Salv. gub. 6, 79 in hoc ... -uti sunt, ut *eqs.* Favst. Rei. spir. 1, 7 p. 110, 26 qui spiritum sanctum non confitetur, usque ad contumeliam patris -itur. Greg. M. moral. 26, 29 sancti ... viri ue appetitu bestiali ad luxuriae voraginem -antur. past. 3, 21 usque ad avaritiam. Pass. Andr. long. 6 Pass. Paul. 11. ad *aliquem*: Rvfin. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 11 ad impudica ... -eris scorta. *subiectum est res*: Salv. gub. 5, 8 in hoc scelus res -uta est. Isid. orig. 10, 209 paulatim per abusionem nomen ad aliud -utum est. *accedit unde*: Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 10[b] p. 592[B] a ratione -itur. Cassian. inst. 4, 41, 3 de coenobio nullis temptationibus inimici ... -eris. *nota adiunctum dativum* (*cf. p. 870, 74*): Ps. Cypr. singul. cler. 1 quidam ignominiae -uti sunt. Rvfin. hist. 5, 17, 2 -untur amentiae. *ad errores, haereses*: Rvfin. hist. 5, 13, 4 alii ... ex eisdem rursus in deterius -uti sunt (ἐξοκείλαντες) ... tria principia et tres naturas confirmantes. 5, 20, 1 in errores -utus est Valentini. Adamant. 5, 14 ad inanes fabulas -imini. Ps. Rvfin. in Os. 4, 9/10 non considerantes post quae religionis insignia, ad quales essent sortes rituum -uti. Cael. Avr. chron. 1, 1, 50 ad empiricorum consilia. Isid. vir. ill. 43 qui ex catholico ad Arrianam pravitatem fuerat -utus. 3 *ad aliquod argumentum* -i *i. sententiarum ordine adduci*: Tert. adv. Marc. 5, 1 p. 568, 20 ex opusculi ordine ad hanc materiam -utus. Amm. 22, 8, 1 ad has partes occasione magni principis -utus. Hier. in Gal. 2 praef. p. 429/430 cum ad haec ipsa, quae diximus, inde -uti simus, quod Galatae stulti et vecordes pronuntiati sint. Didym. spir. 59. Rvfin. Basil. hom. 3, 1 ad inextricabiles istos cogitationis exitus -utus est. Avg. anim. 2, 3, 5 rursus ad id quod declinaverat -utus est. *cf.* Avg. conf. 8, 6, 15 inde sermo eius -utus est ad monasteriorum greges. 4 -i ad *aliquem i. in alicuius possessionem venire, plerumque de hereditaria successione*: Scaev. dig. 32, 32 bona eius ad fratrem -uta sunt. 36, 1, 77 (75) pr. ad te -uta est pars matris meae. Papin. dig. 31, 77, 29 iure successionis ad duos eiusdem gradus possessione -utā. 46, 3, 96, 4 ad eum hereditate postea -utā (*et saepius* Dig. Vlp. dig. 37, 9, 1, 7 ad cum gradum ..., a quo exheredatus est). Vlp. dig. 32, 1, 9 si illo repudiante ad sequentem gradum -uta sit successio. 43, 24, 13, 5 dominio ad aliquem -uto. Pavl. dig. 49, 14, 45, 11 si principalis rei bona ad fiscum -uta sint (*al.* Dig.). Hesych. in lev. 18, 18 p. 1013[D] divitiae *synagogae* ad nos per *ecclesiam* -utae sunt. Cod. Iust. 1, 2, 14 pr. fundos ... cuiuscumque suprema vel superstitis voluntate ad ecclesiam -utos (11, 62 [61], 4 fundi ... qui ex emphyteutico iure ad domum nostram ... -uti sunt). *adde*: Lavrent. paen. p. 89[B] delictum Adam per traducem seminis ad filios -utum. *sim.*: Rvfin. hist. 1, 6, 7 in *Hyrcanum* ... Iudaeorum gentis pontificatus fuerat -utus (περιέστη). Svlp. Sev. chron. 1, 42, 5 regnum ad ... filium -utum (1, 52, 1 imperium). *latiore sensu*: Vlp. dig. 26, 2, 11, 1 si semel ad testamentarium fuerit -uta tutela. 5 *de tempore*: Hier. epist. Pachom. 4 considera horas atque momenta et mensium spatia, quorum cursu humana vita -itur. Cod. Theod. 4, 14, 1, 1 (*a. 424*) triginta annorum -uto curriculo (*syn.* decurrere). 8, 5, 36 quinquennio -uto. Cod. Iust. 1, 23, 2 -uto spatio anni. 6 *technico sensu in iudicium sim.* -i *i. q. venire*: Vlp. dig. 26, 7, 9, 1 *bis* in tutelae iudicium (*antecedit* non venire in t. iud.). 27, 3, 13 -i iudicium tutelae in negotiorum gestorum actionem. 27, 5, 1, 5 in tutelae actionem.

syn.: ad I: praecipitare (Caes.), remoliri (Ov.), deicere (Lact.). *ad II*: decidere (Sen.).

deriv.: devolutio.

dēvolūtio, -ōnis *f. a* devolvere. *i. q. corruptio* (*cf. p. 871, 57*): Rvfin. Orig. princ. 2, 8, 4 decessus ipse mentes ac -o videtur mihi quod non aequalis omnium sentiendus sit, et aliquas mentis servare aliquid prioris vigoris.

dēvomo, -ere *a* de *et* vomere. *i. q. evomere*: Caecil. com. 162 ut -as volt quod foris potaveris (*conicitur* evomas).

dēvorābilis, -e *a* devorare. *i. q. esculentus*: Alc. Avit. epist. 77 -i tegmine pavus ... inclusus.

dēvorātio, -ōnis *f. a* devorare. *plur. l. 53. 68.*

1 *i. q. actio devorandi*: a *proprie*: Hier. hom. Orig. in Ezech. 4 p. 923 aiunt enim Iudaei, si quando lupi homines devoraverint ... istiusmodi -es ex dei indignatione descendere. in Ion. 2, 1 p. 405 *mors in ceti imagine praefigurata* quantum in -e laetata est, tantum luxit in vomitu. 3, 1—2 p. 415 *de Iona*. Vvlg. Tob. 12, 3 me ipsum a -e piscis eripuit. Rvfin. hist. 3, 36, 8 *bestias* invitabo ad -em mei. Evstath. Bas. hex. 7, 3 p. 938[C] *pisces* plurimi ... -e satiantur alterna. Pass. Theclae epit. 4, 3 accepit eam custodiendam, traditura integram ad -em ferarum. b *translate: i. q. peremptio, pernicies, oppressio*: Tert. pudic. 14 cui -o (*i. condemnatio*) ex maerore nimio timebatur. resurr. 54 p. 112, 22 *cf. p. 875, 84*. Hier. in Matth. 26, 51 p. 222 quod Malchus, id est rex quondam populus Iudaeorum, servus factus sit impietatis et -is. Cassian. inst. 5, 22 fratrum perniciosa -o. 7, 10 cum ... pecus (*i. pecunia*) -i facilem contubernii privatione reddiderit *monachum*. *nota singulari translatione de libidine venerea*: Fvlg. myth. 2, 9 Scylla ... in modum pouitur meretricis ... iuste ergo lupis et canibus mixta (*antecedit* inserta), qnia nescit sua alienigenis -bus saturare secreta (*i. muliebria*). 2 *metonymice i. q. esca, pabulum* (*proprie et in imagine*): Itala uum. 14, 9 (Lugd.) nolite timere populum terrae huius, quoniam -o vobis erint (κατάβρωμα, Vvlg. *v. p. 874, 55*). Ezech. 34, 10 (Ps. Cypr. ad Novat. 14) et non erunt eis amplius oves meae in -em (εἰς κατάβρωμα, Vvlg. in escam. *cf.* Vvlg. deut. 31, 17 erit in -em [Itala Lugd. comestio, κατάβρωμα]: invenient eum omnia mala et afflictiones. Ezech. 34, 5 *oves* factae sunt in -em omnium bestiarum agri. 34, 8. Lib. iubil. 23, 22 et dabit illos ... in direptionem et in -em). Lact. inst. 4, 20, 9 'facta est ... hereditas mea sicut leo' (Itala *et* Vvlg. Ier. 12, 8) id est praeda et -o facta sum heredibus meis. Heges. 5, 2 l. 43 escae volatilium et -o canum. *in interpretatione vocum hebraicarum*: Hier. quaest. hebr. in gen. p. 22, 5 Bale ... κατάποσις, id est -o dicitur. Rvfin. Orig. in num. 14, 4 Balach ... qui exclusio vel -o interpretatur (Ps. Avg. serm. 33, 3. *cf.* Hier. in Mich. 6, 5 *p. 876, 77*).

dēvorātor, -ōris *m. a* devorare. Gloss. καταπότης, καταφαγᾶς. -um gluttonum. [*conicitur* Mart. Cap. 1, 87.]

1 *proprie: i. q. homo edax*: PROB. cath. gramm. IV 10 lurcho ... significans ganeonem nepotem -em. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 166 *Balatro* fuit . . . tantus -r, ut simili vitio laborantes balatrones dicti sint. VVLG. Luc. 7, 34 venit filius hominis manducans et bibens, et dicitis: ecce homo -r (φάγος) et bibens vinum. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 276[B] -r ac ventris cultor. ASSVMPT. Moys. 7, 4 homines . . . omni hora diei amantes convivia, -es, gulae. *accedit genet. obi.*: VVLG. sap. 12, 5 comestores viscerum hominum et -es sanguinis a medio sacramento tuo (ACT. Archel. p. 25, 1 sanguinis et carnis). PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281[C] solius panis -es (*ludibriose de monachis*). *nota i. q. is qui aliquid devoravit*: TERT. resurr. 32 p. 71, 1 *cf. infra l. 80.* AMBR. hex. 5, 5, 13 usu venit, ut ... in unum ventrem uterque conveniant cum -e proprio devoratus *piscis. cf. allegoriam infra l. 22.* 2 *translate i. q. perditor, perniciei auctor*: HIER. in Os. 2, 7 p. 75 comederunt daemones robur eius: isti sunt ... hostes ... christianorum, et ipse nescivit, adversarios amicos putans et -es suos arbitrans esse convivas. PASS. Tarach. 7 impius -r servorum dei. *de diabolo*: AVG. serm. 210, 6 ne nos ... ille rugiens -r inveniat (*cf.* VVLG. I Petr. 5, 8 *p. 874, 31*). GREG. M. in euang. 25, 8 per Leviathan ... ille -r humani generis designatur. ... *divinitas Christi* quasi hamus ... fauces glutientis tenuit, dum in illo esca carnis patuit, quam -r appeteret (*cf.* moral. 33, 14). *f.* **dēvorātrīx**, -īcis. *substantive*: PORPH. Hor. epist. 1, 13, 10 lamiae ... dicuntur -es puerorum. VVLG. Ezech. 36, 13 -x hominum es, et suffocans gentem tuam; propterea homines non comedes amplius (*appellatur Israel. cf.* HIER. *ad l.* p. 420). EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 961[C] *bestiae*, quae -es sunt aliarum, steriliores habentur. *adiective i. q. vorax*: FAVST. REI. serm. 27 p. 330, 20 velut cum Iona in illius -is atque immanis bestiae faucibus constitutum *Augustinum* (*allegorice de mundi periculis*). VEREC. in cant. 2, 24 ut bestias eis -es immitteret *deus*.

dēvorātōrius, -a, -um *a* devorator, devorare. *i. q. perniciosus, delendo aptus, cum genetivo obiecti*: TERT. idol. 1 post talia crimina, tam exitiosa, tam -a salutis. EVSTATH. Bas. hex. 3, 5 p. 896[A] quae ... contraria sibimet atque alternae substantiae -a scimus esse. *subst. n.* **dēvorātōrium**, -ī. *i. q. fauces, rictus*: AMBR. epist. 4, 5 ut aculeum mortis hebetaret, -um eius obstrueret.

×dēvoro, -āvī, -ātum, -āre *a* de *et* vorare. NON. p. 98 -are: absumere, eripere (*male intellexit* ACC. praetext. 15 animam -o [*pro* devovero] hostibus. *cf. p. 882, 10*). GLOSS. καταπίνω. κατεσθίω. -at gluttit. -are adsumere (abs-?). -bit καταφάγεται. *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem, deest* TER. LVCR. CAES. SALL. NEP. VERG. HOR. TIB. PROP. LIV. SEN. rhet. LVCANO CALP. ecl. STAT. SIL. TAC. PLIN. epist. IVV. SVET. *saepius occurrit in libris ad medicinam pertinentibus* (*cf. II A 2 d*), PLIN. nat. ITALA VVLG. (*nonnullis locis* ITALA -are, VVLG. comedere, manducare, absorbere *cf. l. 84. p. 874, 28. 44. 875, 50. 877, 27. 878, 3. 13. 42*). [*loci dubii*: CIC. Brut. 283. APVL. met. 9, 21 *v. p. 868, 59.* MIN. FEL. 28, 7 (decoratis *Rigaltius*). PELAG. in Rom. 7 p. 678[B] SCHOL. Cic. Bob. p. 42, 4. *conicitur*: PETRON. 141 (devoverint *trad.*).] [*it.* divorare, *francog. vet.* devourer, *hisp.* devorar. *M.-L.*]

I *subiectum est* **bestia**, *i. q. edere, gluttire*: CATO agr. 71 dato *bovi aegro* unum ovum gallinaceum crudum; integrum facito -et (SEN. epist. 72, 8 quidquid excepit *canis*, protinus integrum -at. PELAGON. 69 hordeum integrum -at *equus*). VAL. MAX. 6, 9 ext. 5 *anulum Polycrates* recuperavit capto pisce, qui eum -verat. PHAEDR. 1, 8, 4 os -atum fauce cum haereret lupi. 1, 23, 7 *mustela mures.* app. 23, 2 *serpens lacertam* -are patula cum vellet gula. PLIN. nat. 8, 29 terram edisse *elephantis* tabificum est, nisi saepius mandant, -ant autem et lapides (28, 296 cervas . . . lapillum -are. *cf.* 29, 69). 8, 72 crocotas ... omnia dentibus frangentes protinusque -ata conficientes ventre (10, 2 concoqueudi sine dilectu -ata mira *struthocameli* natura). 9, 145 scolopendrae ... hamo -ato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant (*syn.* glutire). 9, 146. 10, 115 *avis* cum -atis se implevit conchis, calore ventris coctas evomit atque ita ex iis esculenta eligit, testas excernens (10, 197 *dracones* avibus -atis solidis ... plumam et ossa revomnnt). 11, 91. 17, 99 *et saepius.* APVL. apol. 1 *steliones exuvias* -ant (*cf.* PLIN. nat. 30, 89 *p. 874, 22*). SOL. 10, 12 *grues* harenas -ant. 27, 4 *leones* carnes iusto amplius -atas . . . insertis in ora unguibus sponte protrahunt. *al.* PELAGON. 138. VVLG. gen. 41, 4 -veruntque *boves macrae* eas, quarum mira species. exod. 10, 12 -et omnem herbam *locusta.* SVLP. SEV. epist. 3, 7 *mergi pisces.* BARNAB. 10, 4 quaerunt quomodo alienas carnes -ent (καταφάγῃ) *aquila accipiter corvus.* DRAC. satisf. 271 *leo* -at . . . tauros. CASSIOD. in psalm. 101, 8 ne . . . fetus *passeris* serpentinis . . . -entur insidiis. *bestia -at hominem* (*vivum vel mortuum*): PHAEDR. 2, 3, 5 ne canes nos vivos -ent. SEN. clem. 1, 18, 2 -andos servos obiciebat muraenis, quas esurus erat. APVL. met. 7, 16 hospites ferinis equis suis lacerandos -andosque porrigebat. TERT. resurr. 32 p. 71, 1 nominantur bestiae et pisces . . . , quo magis exprimatnr resurrectio etiam -atorum corporum, cum de ipsis devoratoribus exactio edicitur (*antecedit* ITALA apoc. 20, 13 mandabo piscibus maris et eructabunt [ITALA Apring. *et* VVLG. *aliter, sed cf.* APRING. *ad l.* ne quis diceret bestiis -atos ... non posse resurgere]). HIER. in Ion. 2, 1 p. 405 et praecepit dominus ceto magno, et -vit Ionam (*ex* LXX καταπιεῖν, VVLG. ut deglutiret J. *cf.* EPIST. Paul. et Cor. II rec. B 29 Ionas ... -atus est a marina bestia. HIL. in Matth. 16, 2 SVLP. SEV. chron. 1, 48, 4). VVLG. gen. 37, 20 fera pessima -vit *Ioseph.* deut. 32, 24 -bunt eos aves morsu amarissimo. Tob. 6, 2. Ezech. 29, 5 bestiis terrae et volatilibus caeli dedi te ad -andum (39, 4). Dan. 14, 31. 41. SVLP. SEV. chron. 2, 7, 3 continuo -ati ferarum famem expleverunt. PASS. Petr. Paul. long. 27. *de monstrosis beluis*: OV. trist. 5, 2, 74 me Zanclaea Charybdis -et (SALV. gub. 5, 58 non sic pereuntes nautae Charybdis voracitate aut Scyllaeis canibus -antur). APVL. met. 5, 18 (*de serpente fabuloso*). PORPH. Hor. ars 340 *de lamia.* PRISCILL. tract. 1, 9 cor eorum datum est bestiae et carnes -buntur eorum (*ad* ITALA Dan. 7, 5 manduca carnes eorum [VVLG. comede]). VVLG. apoc. 12, 4 ut cum peperisset, filium *mulieris* -aret *draco* (καταφάγῃ). MART. CAP. 1, 70 draconem candae suae ultima -antem. *de homine in bestiam mutato*: APVL. met. 10, 14. 11, 13 coronam avido ore susceptam . . . -vi. *adde*: PLIN. nat. 10, 15 aquilarum pinnae mixtas reliquarum avium pinnas -ant. ITALA apoc. 17, 16 *cf. p. 875, 50.* VVLG. gen. 41, 7 *spicae* -antes omnem priorum pulchritudinem. exod. 7, 12 sed -vit virga Aaron *in anguem conversa* virgas eorum. *nota obiectum metonymice significatum*: PLIN. nat. 8, 111 angues ... et stelliones senectutem exuere itaque protinus -are (*cf.* 30, 89 quomodo praeripiatur ... membrana hiberna *stelioni* alias -anti eam). VVLG. gen. 41, 7 *cf. supra l. 17.* *subiectum metonymice expressum*: TERT. scorp. 8 Danielem ... usitata feritas leonum -asset. *deest obiectum*: VVLG. Is. 56, 9 omnes bestiae terrae venite ad -andum. Mal. 3, 11 et increpabo pro vobis -antem (*i. locustam*). *in comparatione et in imagine*: ITALA Is. 50, 9 (Barnab. 6, 2) qnia omnes veterescitis tamquam vestimentum et tinea -bit vos (καταφάγεται, VVLG. comedet. *cf.* VVLG. Is. 51, 8 sicut lanam, sic -bit eos tinea). I Petr. 5, 8 (Cypr. zel. 1) diabolus tamquam leo rugiens aliquid -are quaerens circuit (Hier. epist. 14, 4, 1 aliquem -are quaerens, VVLG. quaerens quem -et. ζητῶν τινα καταπιεῖν [*v. l.* τίνα καταπίῃ]. *cf.* VVLG. num. 23, 24 populus ut leaena consurget, et quasi leo erigetur: non accubabit, donec -et praedam et occisorum sanguinem bibat. Ezech. 19, 6 factus est leo, et didicit ... homines -are. 22, 55 sicut leo rugiens ..., animas -verunt). VVLG. Dan. 7, 23 bestia quarta, regnum quartum erit in terra . . . et -bit universam terram et conculcabit et comminuet eam. Nah. 3, 15 peribis gladio, -bit te ut bruchus (*cf. p. 877, 82*).

II *subiectum est* **persona** (*pars corporis humani p. 875, 65. 73. 876, 20, anima l. 50, mens p. 875, 75, affectus p. 875, 77*): A *proprie et strictiore sensu*: 1 *generatim i. q. comedere*: PETRON. 44 asse panem quem emisses, non potuisses cum altero -are. MART. 7, 20, 15 sinu condit ... -ato capite turturem truncum *parasitus.* ITALA Ezech. 34, 3 (Tert. pudic. 7) pastores, ecce lac -atis (κατέσθετε, VVLG. comedebatis). CAPITOL. Gord. 21, 1 ut . . . semper pomorum aliquid recentium -aret. VVLG. lev. 26, 16 frustra seretis sementem, quae ab hostibus -bitur. eccles. 2, 25 quis ita -bit (*i. opulenter cenabit*), et deliciis affluet ut ego? Is. 28, 4. Dan. 14, 12 *sacerdotes Bel* -bant ea *quae in mensa erant* (SVLP. SEV. chron. 2, 8, 8). IV Esdr. 8, 4 absorbe ergo, anima, sensum et -a quod sapit. SALV. gub. 1, 45 cum omnia avium pecudum bestiarum genera -emus (*syn.* comedere). PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277[b]. PASS. Andr. long. 6 cum sit *agnus* ... ab omni populo ... -atus. *in comparatione*: ITALA psalm. 13, 4 (Aug. civ. 16, 10 p. 141, 23) qui -ant populum meum in cibo panis? (κατέσθοντες, VVLG. sicut escam panis). VVLG. num. 14, 9 sicut panem ita eos possumus -are. 2 *speciatim*: a *i. q. gluttire (etiam de liquidis, aëre): in descriptione anatomica*: CIC. nat. deor. 2, 135 *stomachi* partes eae, quae sunt infra quam id, quod -atur, dilatantur. PAVL. FEST. p. 271 rumen est pars colli, qua esca -atur. MACR. sat. 7, 4, 17 *superius ventris orificium* recipit -ata et in follem ventris recondit. 7, 15, 2 *Plato dixit* divisas esse vias -andis cibatui et potui, et cibum quidem per stomachum trahi, potum vero per ἀρτηρίαν ... fibris pulmonis illabi. *res in os ingestas*: CELS. 2, 6 cui ... cervix convertitur, ut -are aeque nihil possit. 4, 7 aeger non cibum -are, non potionem potest (MACR. sat. 7, 15, 17 ἀρτηρία ... si scissa fuerit, potus non -atur). 6, 9 vitandum est ne, quod haustum erit, -etur (*cf.* 6, 15). SCRIB. LARG. 199 hirudinem ... -atam et adhaerentem faucibus (MARCELL. med. 16, 95 expelli -atos sanguisugas). PLIN. nat. 13, 33 nec nt -etur corpus (*i. pomum palmae*), verum ut expuatur suco modo expresso (*cf.* 13, 72 mandunt quoque crudum decoctumque *papyrum*, sucum tantum -antes). 21, 176 *parthenii* folium aegri linguae subicere, ut mox in cyatho aqnae -etur. 23, 20 non ultra gargarizationes et ne quid -etur. SVLP. SEV. Mart. 17, 6 si habes aliquid potestatis, hos (*sc. digitos in os daemoniaci insertos*) -a. MACR. sat. 7, 8, 7 *cur* sinapi et piper -ata nullam corpori inferant laesionem. 7, 12, 22 cur . . . si quid *edulium* plus fervet, quam ut diutius possit mandi, ilico -amus. *adde*: OV. met. 8, 827 proque epulis tenues nequiquam -at auras *dormiens Erysicthon.* PLIN. nat. 26, 30 fumus per harundinem haustus et -atus. *humores in corpore procreatos:* CELS. 2, 6 qni -are salivam suam non potest. lacrimas, bilem *v. sub II B 2.* *per iocum*: PLAVT. Trin. 908 -vi nomen imprudens modo (*i. oblitus sum*). b *i. q. integrum gluttire frustum dentibus non comminutum:* PLIN. nat. 23, 141 *cerasia* si quis matutino roscida cum suis nucleis -et. 27, 70 *coccus Cnidius* in pane -atur, ne adurat gulam transitu. 28, 170 fimum *caprarum*

cerā circumdatum. 28, 199 leporis renes . . . -ari iubent . . . ita, ne dente contingantur (*cf.* 29, 42). AVG. civ. 7, 19 quasi qui glebam *Saturno pro Iove* opposuit ... non potius glebā semen operiendo fecerit illud diligentius -ari (*semen in interpretatione allegorica pro ipso Iove accipiendum. cf. l. 37. p. 877, 35*). c *i. q. avide vel immoderate haurire*: VAL. MAX. 3, 5, 3 avide ... abdomine -ato (APVL. met. 1, 19 optimi casei bonam partem avide -verat. MACR. sat. 7, 12, 21 ubi avide -atur, tunc multus aer cum edulibus infertur propter hiantium rictus et crebritatem respirandi [*syn.* vorare]). LACT. inst. 1, 21, 35 dum *Hercules* ... alienos boves -at. VVLG. deut. 28, 51 -et *gens* fructum iumentorum tuorum, ac fruges terrae tuae. PAVL. MED. bened. 11, 1 more lupi rapacis . . . sacrificium . . . -bat. *per iocum*: PLAVT. Aul. 194 inhiat aurum, ut -et. Rud. 544 iam postulabas te ... totam Siciliam -urum insulam? *cf. translatum usum sub B 3.* d *medicamenta sim.* (*accedunt interdum notiones sub a, b descriptae*): CELS. 4, 10 laseris ... paulum -are. 4, 15 catapotium (SCRIB. LARG. 87 catapotium, id est medicamentum, quod non diluitur, sed ita ut est -atur. MARCELL. med. 16, 27 tussienti tria catapotia -anda, id est transgluttienda, dato). *al.* 5, 25, 3 paululum aut -atur aut aqua diluitur et potui datur. *cf.* 5, 25, 12. SCRIB. LARG. 83 manducare et -are. 94 medicamentum quod per coclearium -atur. 165 per se commanducandus erit pastillus et -andus. *al.* PLIN. nat. 24, 126. 25, 21 *flos* -atus securos in totum annum a metu anginae praestat. 30, 19 ut, si quis cor *talpae* recens palpitansque -et, divinationes ... promittant. 32, 112 comitiales ... coagulum vituli marini bibunt cum lacte equino .... nec non aliqui per se pilulas -ant. *saepe.* MART. 5, 4, 2 fetere multo Myrtale solet vino, sed fallat ut nos, folia -at lauri. GARG. MART. med. 4. *cf. p. 874, 83 sqq.* e *res quae comedi non solent, quae cum taedio vel periculo comeduntur*: VELL. 2, 88, 3 vivo igni -ato. CELS. 3, 21 malagmata sua -ando . . . in exitium se praecipitavit. PLIN. nat. 10, 139 pestis . . . opimas aves et suopte corpore unctas -andi. 10, 142 a *filio Aesopi tragoedi* -atas diximus margaritas (*cf.* 9, 122 absorbendos dedit). APVL. met. 1, 4 circulatorem . . . spatham praeacutam mucrone infesto -asse. MIN. FEL. 30, 6 qui de harena feras -ant illitas et infectas cruore *eqs.* SOL. 30, 5 elephantos. HYG. fab. 139 p. 17, 6 *lapidem* Saturnus -vit (AVG. civ. 7, 9. 19 [*interpretatio Varronis*] et quod illi pro Iove gleba obiecta est -anda, significat ... manibus humanis obrui coeptas serendo fruges. *cf. sequentia, ubi in Saturni persona terra intellegenda est, p. 877, 35*). VVLG. Ezech. 23, 34 epotabis *calicem* usque ad faeces, et fragmenta eius -bis. apoc. 10, 9 accipe librum et -a illum (*κατάφαγε*. 10, 10 -vi [*ἔφαγον*]. *cf.* HIER. epist. 7, 3, 1. *alludit* PAVL. NOL. epist. 45, 1 *cf. l. 70*). *carnem humanam*: OV. fast. 4, 200 *Saturnus* suam ..., ut quaeque erat edita, prolem -at immersam visceribusque tenet (PAVL. FEST. p. 101 TERT. nat. 2, 12 COMM. instr. 1, 6, 9. LACT. inst. 1, 13, 2 *v. l. 51.* 3. FIRM. err. 12, 8. AVG. civ. 4, 17 *saepius*). TERT. nat. 1, 2 quanto ... studio in caveam conveniretur depugnaturo aliquo, qui centum infantes -asset! 1, 15 anim. 33. ITALA apoc. 17, 16 (Primas.) decem cornua, quae vidistis in bestia: hi odient fornicariam ... et carnes eius -bunt (*φάγονται*, VVLG. manducabunt). LACT. inst. 1, 13, 2 Saturnum et Opem ceterosque tunc homines humanam carnem solitos -are. VVLG. Zach. 11, 9 reliqui -ent unusquisque carnem proximi sui. RVFIN. hist. 1, 2, 19 usque quo procedente immanitate etiam -arentur ab alterutro (*ἀνθρωποβορεῖν*). *adde*: AVG. agon. 4, 4 *in doctrina Manichaeorum* gentis *tenebrarum* principes -verunt partem dei. *per iocum*: PLAVT. Asin. 338 iam -andum censes *hominem*, si conspexeris? Pseud. 1127 *cf. p. 876, 57.* *adde*: VVLG. Ezech. 16, 20 tulisti filios tuos et filias *tuas*, et immolasti *idolis tuis* ad -andum (*appellatur Ierusalem personata*). *subiectum metonymice significatur*: PLIN. nat. 15, 105 nec cessat in veneficiis vita (*i. vitae cultus*), dummodo omnia -et (*i. dummodo homines omnia -ent*).

B ***latiore sensu et translate***: **1** *i. q. avide excipere: auscultando* (*cf.* NON. p. 454 -ari non solum cibus gutture, sed et vox auribus potest): PLAVT. Asin. 649 auscultate ... et mea dicta -ate. Poen. 968 quam orationem hanc aures dulcem -ant. CIC. Sest. 23 verbum ipsum omnibus animi et corporis ⟨sensibus⟩ -bat. TERT. resurr. 37, 10 sermo -andus auditu et ruminandus intellectu et fide digerendus. PAVL. NOL. carm. 17, 134 ferus ipse ... auribus tantum pia -bit cantica (*antecedit mentio Ionae a ceto -ati*). *legendo*: CIC. Att. 7, 3, 2 qui illos libros -asti. HIER. adv. Rufin. 3, 26. PAVL. NOL. epist. 45, 6 in volumine -ando, quod postea voranti mihi et in ore et in ventre dulcissimum fuit (*cf.* VVLG. apoc. 10, 9 *seq. v. supra l. 41*). *cernendo*: MART. 1, 96, 12 spectat oculis -antibus draucos. IVST. 21, 5, 6 quod emere non poterat, oculis -are. *mente*: CVRT. 8, 6, 18 adeo pertinax spes est, quam humanae mentes -verunt.

2 *i. q. opprimere, de affectibus*: OV. fast. 4, 846 *rex* lacrimas introrsus obortas -at (*cf.* met. 13, 540 ipse dolor). SEN. dial. 6, 1, 2 gemitus -asti quidem, non tamen hilari fronte texisti (11 [12], 17, 1 dolorem obruere et -are gemitus. epist. 66, 29 sub tortore). QVINT. inst. 11, 2, 41 quaecunque aetas operam iuvandae studio memoriae dabit, -et initio taedium illud ... quasi eundem cibum remandendi. APVL. met. 2, 15 tandem denique -ato pudore (*cf.* 9, 19). TERT. resurr. 54 p. 112, 25 quia et illud apud apostolum positum est (*cf. p. 878, 13*) 'uti -etur mortale a vita' ... devorationem quoque ad perditionem ... carnis arripiunt (*i. interpretantur*), quasi non bilem et dolorem dicamus -are, id est abscondere ac tegere et intra nosmet ipsos continere. HIER. in Ier. 4 pr. p. 968 dolorem silentio -ans (in Is. 26, 16 p. 354 reg. Pachom. praef. 2). *verba*: SEN. dial. 5, 14, 5 potest dici merito -asse verba *Praexaspes.* *i. q. non satis dilucide pronuntiare*: QVINT. inst. 11, 3, 33 *verborum* pars -ari, pars destitui solet. APVL. met. 11, 24 lacrimis obortis singultu crebro sermonem interficiens et verba -ans. *i. q. tolerare rem molestam*: CIC. Phil. 6, 17 expectate legatorum reditum et paucorum dierum molestiam -ate. Brut. 236 *ineptiae ac stultitiae* -andae nobis sunt. Att. 5, 1 etiam — dudum enim circumrodo, quod -andum est — subturpicula mihi videbatur esse *παλινῳδία*. ASCON. Mil. p. 44 ut, cum pusillum edissent dulcedinis, largiter acerbitatis -arent. APVL. met. 9, 41 tacitus iniuriam -ans (*cf.* HIER. c. Ioh. 14). AVSON. 404, 19 invitus ... -vi absentiae necessitatem. *sim.*: SEN. epist. 82, 18 ad *bona* pervenire ... -atā unius mali patientiā. *de peccatis i. q. neglegere*: HIL. in Matth. 24, 7 irridet eorum in colandis culicibus diligentiam, quorum in gluttiendis camelis esset incuria, peccata videlicet levia vitantium et gravia -antium (*cf.* VVLG. Matth. 23, 24 camelum ... gluttientes). VVLG. prov. 19, 28 os impiorum -at iniquitatem.

3 *i. q. per luxuriam consumere*: PLAVT. Truc. 569 *cf. p. 877, 6.* LVCIL. 672 -are se omnia ac deverrere. CIC. Verr. 2, 135 qui iam spe atque opinione praedam illam -asset (Flacc. 57 avulsum est praeter spem, quod erat spe -atum lucrum. dom. 60 cum ... omnium locupletium fortunas, omnium provinciarum fructus *eqs.* ... spe atque avaritia -asses. Att. 1, 16, 10 regis hereditatem. SALV. gub. 5, 74 praedam ... spe et cupiditate ardentissima -arat. *cf.* APVL. apol. 77 Prudentillae quadragiens praesumptione cassa -arat). Verr. 4, 177 -are omnem pecuniam publicam non dubitavit (Pis. 90 acceptam iam et -atam pecuniam ... evomere non poteras. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 7 'cur ... stringat malus ingluvie rem' ... cur ... pecuniam -et). Phil. 13, 3 veterani ..., qui suis rebus exhaustis, beneficiis Caesaris -atis fortunas nostras concupiverunt. epist. 11, 21, 2 *Segulius* res novas quaerit, non quo veterem comederit ..., sed hanc ipsam recentem novam -vit. CATVLL. 29, 22 quid hic potest nisi uncta -are patrimonia? (MACR. sat. 3, 13, 6 Gurgitem a -ato patrimonio cognominatum). FLOR. epit. 4, 8, 5 praedā -atā. APVL. apol. 75 reliquit Rufius huic ... ℍS XXX -andum. TERT. adv. Marc. 3, 23 p. 417, 19 regionem eorum ... extranei -ant. LACT. epit. 46, 3 occupabunt orbem et partientur et -bunt (mort. pers. 26, 1). EPIST. impp. de Asia (Bruns fontes[7] p. 270) 1 actorum fraudibus -atum. HIER. epist. 45, 5, 1 tu te perdere existimas, quidquid in praesentia non hauseris, comederis, -aris. VVLG. Iob 20, 15 divitias, quas -vit, evomet (PS. RVFIN. in Os. 13, 15 ut nunc ideo *Sennacherib* vomere cogatur, quidquid per iniquitatem antea -verat). Marc. 12, 40 qui -ant domos viduarum (*κατέσθοντες*. *cf.* Luc. 20, 47). Luc. 15, 30 qui -vit substantiam suam cum meretricibus. CLAVD. 5, 323 vicissim promittunt ... quas *quisque* -et urbes. SALV. eccl. 3, 48 opes suas aliis -antibus. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281[B] propriam domum -asti. *adde res personatas*: CIC. Pis. 48 cum partim eius praedae profundae libidines -assent. VARRO rust. 1, 8, 1 vineam . . . sumptu fructum -are. *i. q. depopulari, vastare*: VVLG. Ier. 8, 16 et -verunt terram et plenitudinem eius: urbem et habitatores eius. *subiectum res personata*: SIDON. epist. 7, 1, 1 circumiectarum ... spatia ... regionum regni minacis ... -vit impressio. *obiectum est homo per hypallagen, cf.* QVINT. inst. 8, 6, 25 a possessore quod possidetur, ut 'hominem -ari', cuius patrimonium -atur. PLAVT. Pseud. 1127 iam ad mordere hunc mihi lubet. :: iamne illum comessurus es? :: dum recens est, dum calet, -ari decet. PELAG. in Rom. 3 p. 659[D] plebem suam ... -antes. VVLG. II Cor. 11, 20 si quis vos in servitutem redigit, si quis -at (*κατεσθίει*. AMBROSIAST. *ad l.* quia contenti erant -ari res suas a falsis doctoribus). IV Esdr. 6, 57 istae gentes ... coeperunt dominari nostri et -are. *adde*: SALV. gub. 5, 18 quis locus est, ubi non a principalibus civitatum viduarum et pupillorum viscera -entur *eqs.*?

4 *i. q. pessum dare, extinguere*: VVLG. num. 24, 8 -bunt gentes hostes illius ossaque eorum confringent. deut. 7, 16 -bis omnes populos. Esth. 11, 11 exaltati sunt, et -verunt inclytos. psalm. 34, 25. prov. 20, 25 ruina est homini -are sanctos (SALON. in prov. p. 981[B]). Is. 9, 12 -bunt Israel toto ore. Ier. 2, 3. 5, 17. 51, 34 comedit me, -vit me Nabuchodonosor. Ezech. 35, 12 deserti, nobis ad -andum dati sunt. Os. 7, 7 -verunt iudices suos. 8, 8 Hab. 1, 13. 3, 14. PELAG. in I Cor. 9 p. 743[D] ne ... adversariis occasione accepta -antibus offendatis. *subiectum est daemon*: LACT. inst. 2, 16, 21 idcirco etiam humanas hostias excogitaverunt, ut quam multos -ent animas *inimici generis humani*. HIER. epist. 22, 4, 2 -ato Iuda *apostolo* (*sc. a Satana*). in Mich. 6, 5 p. 504 qui -are voluit et nostram congregationem elingere, verus Balac diabolus (*interpretatio nominis. cf.* APRING. in apoc. 2, 14 ISID. orig. 7, 6, 48). ISID. reg. monach. 16, 2 ore diaboli -etur. *adde rem personatam*: POMER. 2, 15, 2 *daemoniacae cupiditatis imperium* velut quaedam cadavera in pastum feris avibus bestiisque proiecta, captivos suos immundis spiritibus tradit, sed avidissimis mortiferorum criminum faucibus -andos. *deest obiectum*: VVLG. Zach. 9, 15 et -bunt et subicient lapidibus fundae. *addendum fortasse*: MAR. MERC. subnot. 2, 2 te ita sentientem -et Manichaeus.

5 *i. q. eripere*: VARRO Men. 378 cum hic rapo (*sc. praetor*) umbram quoque spei -asset (*sc. si apud eum causam dixissem; conicitur* -assit).

III *subiectum est* **res corporea** (*accedunt locutiones figuratae infra l. 18. 65*): A *i. q. hiatu in se trahere*: 1 *aqua*: PLAVT. Truc. 569 meretricem ego item esse reor, mare ut est: quod des -at. VITR. 4, 1, 4 *Myus* olim ab aqua est -ata. SEN. dial. 6, 20, 6 Catonem si ... mare -asset. nat. 3, 27, 14 'nat lupus inter oves (OV. met. 1, 304) ...' non est res satis sobria lascivire -ato orbe terrarum. PLIN. nat. 4, 62. 6, 1. 10, 15 terras -ant aquae, flammas necant. FRONTO p. 62 N. maria naufragos -ent. AMPEL. 8, 9 Boeotiae lacus sacer, ubi Amphiaraus -atus [in eo lacu] est. TERT. pall. 2. PANEG. 9, 17 cum impios Tiberis hausisset, ipsum etiam ... idem Tiberis correptum gurgite -vit. SCHOL. Cic. Bob. p. 36, 9 Helicem et Buram sinus Corinthius -vit. VVLG. Hebr. 11, 29 -ati sunt *Aegyptii a mari* (κατεπόθησαν). *in imagine*: TERT. idol. 24 inenatabile excussis profundum est ..., irreparabile -atis hypobrychium. *adde*: PETRON. 76 uno die Neptunus trecenties sestertium -vit. SOL. 52, 7 *Gangis altitudo* mensuras centum pedum -at. 2 *terra*: OV. epist. 3, 63 -er ... subito telluris hiatu. VITR. 10, 11 propter ... viarum campestrem mollitudinem non confisus carris ne rotae -arentur (*i. in caenum demergerentur*). SEN. nat. 3, 19, 4 aliis *amnibus* semper in occulto cursus est, donec aliquo sinu terrae -entur. epist. 91, 9 quot oppida in Syria, quot in Macedonia *terra* -ata sunt? (PLIN. nat. 2, 194 urbibus ... -atis agrorumque tractu hausto). PLIN. nat. 2, 205 ipsa se comest terra: -vit Cibotum, altissimum montem *eqs.* ITALA deut. 11, 6 (Lugd.) aperiens terra os suum -vit illos *eqs.* (κατέπιεν, VVLG. absorbuit). CYPR. epist. 3, 1 hiatu terrae absorpti ac -ati. 75, 10 ut ... civitates ... dirupti soli hiatu -arentur. PANEG. 2, 12 si haustu terrae -etur. TREB. Gall. 5, 3 motu *terrae* ... multae fabricae -atae sunt cum habitatoribus (OROS. hist. 3, 3, 1 civitates abruptis locorum hiatibus -atae). HYG. fab. 71[b] p. 75, 8 Amphiaraus ... terra est -atus. VVLG. exod. 15, 12 num. 13, 33. 16, 32 dirupta est terra sub pedibus eorum et aperiens os suum, -vit illos cum tabernaculis suis *eqs. paulo aliter*: AVG. civ. 7, 19 *terra* (*cum Saturno comparata cf. p. 875, 37*) quodam modo -at quae genuerit, cum ex ea nata semina in eam rursus recipienda redierint. *de sepulcro* (*in imagine*): OPTAT. 2, 25 p. 63, 18 unicuique sepulcro sufficit unum funus et clauditur: gutturi vestro honorum funera minime suffecerunt et adhuc patent, dum aliquos quaeritis -are (*cf.* VVLG. psalm. 5, 11 sepulcrum patens est guttur eorum. AVG. *ad l.* potest et illud intellegi, quod ... trahunt in se quos ad peccata illectant et eos tamquam -ant cum in suam vitam convertunt). *de Orco sim.*: CATVLL. 3, 14 malae tenebrae Orci, quae omnia bella -atis. HIER. epist. 39, 3, 2 quem gehenna suscipit, quem tartarus -at. 3 *chaos*: SEN. Tro. 400 *cf. p. 878, 10.*

B *quasi elingere i. exsiccare, de sole*: PLIN. nat. 5, 55 Nilum, ne *sole* -etur, abscondi. 20, 1 ignes aquis restinguentibus, aquas sole -ante.

C *praevalet notio insatictatis, voracitatis*: 1 *subiectum est ignis: proprie*: SEN. epist. 79, 2 montem, qui *igne* -etur cotidie, minui (*syn.* consumi. PACIAN. paraen. 11 *gehennae* fumariola ... maximos montes subterraneis ignibus decoquunt. aestuant ... Aetna ... et Vesuvius ..., dissiliunt, -antur). VVLG. lev. 9, 24 ignis a domino -vit holocaustum et adipes (SALV. gub. 1, 51). ind. 9, 15 cedros Libani. 9, 20 egrediatur ignis ... et -et Abimelech. Am. 1, 4 mittam ignem ... et -bit domos Benadad. *cf. quae sequuntur.* 1, 14 aedes ... in ululatu in die belli. apoc. 20, 9 et descendit ignis a deo de caelo et -vit eos (κατέφαγεν). *saepius.* SVLP. SEV. chron. 2, 5, 2. CYPR. GALL. Ios. 397 currus celeres subiectus -at ignis. EVSTATH. Bas. hex. 1, 7 p. 875[B] *flamma* -at ... materiam. 3, 8 p. 899[C]. MVTIAN. Chrysost. hom. 20 p. 361 ille ignis ... non dimittit, sed -at et dilacerat. SERM. Caspari Anecd. p. 328, 1 ne, quod incuratum remanserit post aquam baptismi, -andum suscipiat ignis inferni. flamma: VVLG. num. 21, 28 Ier. 48, 45. incendium: VVLG. num. 16, 39. PS. RVFIN. in Am. 1, 6—8 *syn.* consumere. *adde:* MART. CAP. 6, 576 -ante Mulcifero. OV. Ib. 316 ut ... necatorum Darei ... sic tua subsidens -et ora (*F*, ossa *G*) cinis (*cf.* CVRT. 6, 6, 30 flammam in ora hostium ventus ferebat). *in comparatione et in imagine*: VVLG. deut. 9, 3 ipse transibit ante te, ignis -ans atque consumens (Is. 30, 30. *cf.* 29, 6 flammae ignis -antis. 30, 27 lingua eius quasi ignis -ans. thren. 2, 3 quasi ignem flammae -antis in gyro). Sirach 36, 11 in ira flammae -etur. Is. 5, 24 sicut -at stipulam lingua ignis (Ioel 2, 5 sicut sonitus flammae ignis -antis stipulam). Is. 10, 17 et erit lumen Israel in igne, et sanctus eius in flamma: et succendetur, et -bitur spina eius, et vepres in die una. Soph. 1, 18 in igne zeli eius -bitur omnis terra. Zach. 9, 4 et haec igni -bitur (*sc. Tyri fortitudo*). 12, 6. *sim. de frigore*: VVLG. Sirach 43, 23 *aquilo* -bit montes et ... extinguet viride sicut igne. 2 *pro subiecto sunt arma*: IVST. 14, 4, 14 -ent vos arma vestra, quibus plures vestros quam hostium duces absumpsistis. LVCIF. non parc. 13 p. 236, 25 cum ore gladii soleas displicentes tibi -are, nobis tamen parcas. VVLG. deut. 32, 42 inebriabo sagittas meas sanguine, et gladius -bit carnes (Is. 1, 20 vos. Ier. 2, 30 prophetas vestros. 12, 12 gladius domini -bit ab extremo terrae usque ad extremum eius. 46, 10. 14 Nah. 3, 15 *cf. p. 874, 37*).

IV *subiectum est res incorporea*: A *de affectibus, morbis, fame i. q. conficere, macerare*: ITALA II Cor. 2, 7 (Tert. pudic. 13) ne forte abundantiore tristitia -etur (καταποθῇ, VVLG. absorbeatur. *cf.* TERT. *l. c.*). TERT. adv. Val. 9 p. 187, 19 Sophia ... modico abfuit praevi dulcedinis et laboris -ari et in reliquam substantiam dissolvi. HIER. epist. 39, 2, 3 quid causae est, ut *infantes* ... morbo regio -entur ...? VVLG. Iob 18, 13 -et pulchritudinem cutis eius *inedia.* Ezech. 7, 15 pestilentia et fame -buntur. GREG. M. moral. 9, 93 quia macror ipse quasi sine maerore fit, qui afflicti *hominis* mentem -ans sensum doloris tollit. B *varia*: SEN. Tro. 400 tempus nos avidum -at et chaos (GREG. M. moral. 9, 72 vitam nostram ... aeternitas -at). dial. 10, 6, 4 ista vitia nullum non saeculum -bunt. ITALA II Cor. 5, 4 (Tert. resurr. 42 p. 87, 1) uti -etur mortale a vita (καταποθῇ, VVLG. absorbeatur. TERT. *l. c. saepissime verbum repetit varias addens interpretationes.* p. 88, 10 -ari, ut demutetur. *cf. p. 875, 84*). AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 41 mala Evae successio totum hominem -bat (*i. pessum dabat*), praeclara Christi hereditas totum hominem liberavit. VVLG. exod. 15, 7 misisti iram tuam, quae -vit eos. Os. 5, 7 -bit eos mensis (*hebr.: nova luna, i. exacto mense peribunt*). PETR. CHRYS. serm. 40 p. 314[A] vivens mortalium pastu mors moritur, dum -at vitam. GREG. M. moral. 10, 21 ab iniquitate protinus mens incauta -atur (*i. opprimitur, pessum datur*). EVG. TOLET. carm. 14, 8 crudelis aetas, o senectus improba, quae cuncta pulcra fauce saeva -as. *deest obiectum*: ITALA Is. 25, 8 (Tert. resurr. 54 p. 113, 14) -vit mors invalescendo (κατέπιεν, VVLG. *ex hebr.* praecipitabit mortem). *debilitato sensu fere i. q. superare, confundere*: TERT. anim. 57 Mosei veritas mendacium -vit. VVLG. psalm. 106, 27 omnis sapientia eorum -ata est. GREG. M. moral. 9, 40 quantalibet *innocentis* simplicitas fuerit, divinae magnitudinis simplicitate -atur. *subiectum incertum*: VVLG. Am. 7, 4.

V *passive fere i. q.* **extingui,** *evanescere, disparere*: PLIN. nat. 11, 270 theatrorum in orchestris scobe aut harenā superactā -atur *vox.* 34, 40 in campo Martio Iuppiter, qui -atur Pompeiani theatri vicinitate. VVLG. Ier. 51, 30 -atum est robur eorum. MACR. sat. 1, 14, 14 ut illi tres dies, qui per annos triginta et sex ... excreverant, sequentibus annis duodecim nullo die intercalato -arentur. *de pernicie aeterna*: TERT. pudic. 14 -ari adhuc increpitus periclitabatur ... maerens ob increpationem *eqs.* (*cf. quae antecedunt p. 872, 60*). *accedit* in *c. acc.*: TERT. resurr. 7 p. 34, 25 oblitteratus ... et -atus est limus in carnem *Adae* (*i. absumptus, commutatus*). HIL. trin. 11, 49 quod carnale ei est, in naturam spiritus -atur. *accedit* in *c. abl.*: ITALA I Cor. 15, 54 (Tert. resurr. 51 p. 105, 26) -ata est mors in contentione (κατεπόθη, VVLG. absorpta est mors in victoria). HIL. trin. 26, 25 dura consuetudine mens in peccato -atur. *absolute*: ITALA psalm. 51, 6 (Aug. spec. 6 p. 34, 18) dilexisti omnia verba ad -andum (τὰ ῥήματα καταποντισμοῦ, VVLG. praecipitationis). *dub. quo pertineat*: CORP. IV 1854 Cal(l)iste -a (*fort. obscaene, cf. p. 872, 68*).

syn.: comedere (PLAVT. CIC.), admordere (PLAVT.), exhaurire (CIC.), consumere (SEN.), edere (ASCON.), absorbere, gluttire, haurire (PLIN. nat.), vorare (MACR.), transgluttire (MARCELL. med.). *opp.*: circumrodere (CIC.), (com-)manducare (SCRIB. LARG.), mandere (PLIN.); bibere (PLIN.); evomere (CIC.), exspuere (PLIN.).

deriv.: devorabilis, devoratio, devorator, devoratorius. *Ammann.*

dēvortium *v.* divortium. **dēvorto** *etc. v.* deverto.

dēvōtāmentum, -ī *n. a* devotare. *i. q. execratio*: TERT. scorp. 2 ut ... -a (devota mente *B*) fierent universa eius *civitatis* (*cf.* deut. 13, 15 ἀναθέματι ἀναθεμεῖτε αὐτήν, VVLG. delebis). ITALA deut. 13, 17 (Tert. scorp. 2) nec adhaerebit quidquam manibus tuis ex -o eius (ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, VVLG. de illo anathemate).

dēvōtātio, -ōnis *f. a* devotare. AVG. quaest. hept. 4, 40 anathema sit: hinc vulgo ductum est, ut -o dicatur. GLOSS. per furorem maledictio. *i. q. devotio*: HEGES. 5, 2 l. 59 ubi est illa -o (*C*, devotio *vulg.*) patrum? *i. q. imprecatio*: ITALA Hebr. 6, 8 (cod. d) terra ... quae promit spinas et tribulos, reproba et -i proxima (κατάρας ἐγγύς, VVLG. maledicto). VVLG. III reg. 8, 38 cuncta -o et imprecatio quae acciderit omni homini de populo Israel.

dēvōtē *v. sub* devoveo.

dēvōtīcius NOT. Tir. 48, 6. *a* devovere, devotus.

***dēvōtio,** -ōnis *f. a* devovere. deb-: *v. p. 879, 83.* SERV. Aen. 4, 607 iam utitur imprecationibus, hoc est -bus. SCHOL. Iuv. 3, 174 *ad* maiestas: -o. GLOSS. καθοσίωσις, κατάρα, ὀλιγωρία, ἀθυμία. γέρα. φιλοτιμία. obsequio. destinatio (vel honor *add. a b*). obsequio vel oratio (honoratio? *Götz*) vel oboedientia. -e honore. -es ἀφοσιώσεις εὐχαί, ἐπῳδαί. *legitur inde a* CIC.

1 *i. q. execratio* (*cf.* devovere *sub IB, dedi omnes locos*): a *t. t. religionis*: CIC. Rab. Post. 2 in -e vitae ... imitatus est P. Decium filius. nat. deor. 3, 15 tu ... Deciorum -bus placatos deos esse censes. LIV. 9, 10, 3 -i P. Decii consulis. VAL. MAX. 5, 6, 6 is ... -e simili ... vires urbis nostrae correxit. SEN. benef. 6, 36, 2 -i fortissimae. MIN. FEL. 7, 3 Deciorum -o rata. CAPITOL. Max. Balb. 8, 6 multi dicunt apud veteres hanc -em contra hostes factam. VIR. ill. 28, 4 Latinos Decii collegae -e superavit. *hinc translate i. q. dedicatio, deditio* (*cf.* devovere *sub II*): CIC. p. red. ad Quir. 1 eius -is me esse convictum. dom. 145 hanc ... -em capitis mei ... convictam esse et com-

missam. PANEG. 9, 3 usque ad mortem -is obstrinxerat parricidas. ZACCH. 3, 10 ut...-o sanguinis pura sanctificet. GREG. M. moral. 1, 52 dum -is portant hostiam. PASS. Polycarp. 2, 1 singulorum militum Christi fidelia -um trophaea. **b** *latiore sensu (saepe etiam i. q. incantatio, defixio, praevalet plur.)*: NEP. Alc. 4, 5 eius . . . -is quo testatior esset memoria. 6, 5. PETRON. 103 dissimulata nauseantis -e. TAC. ann. 2, 69 reperiebantur . . . carmina et -es et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum. 3, 13 ipsum -bus et veneno peremisse. 4, 52 veneficia in principem et -es obiectabat. 12, 65. 16, 31 nullos impios deos, nullas -es, nec aliud infelicibus precibus invocavi. SVET. Cal. 3 veneficiis...et -bus (APVL. met. 9, 29 -bus ac maleficiis). APVL. met. 1, 10 haec -bus sepulcralibus . . . cunctos in suis sibi domibus . . . clausit. 2, 29 non putas -bus meis posse Diras invocari? 7, 14 diras -es imprecor (9, 23). 11, 16 donec muneribus largis et -bus faustis . . . navis . . . pelago redderetur. AVG. c. Faust. 14, 1 Christum . . . diro -is convicio lacessivit. MACR. sat. 3, 9, 15 ut . . . praeter evocationem etiam vim -is ostenderet. 5, 19, 7 sacricolarum sagarumque carmina et -es.

2 *i. q. animus devotus (erga homines, deum, leges sim.), oboedientia, fides, pietas*: **a** *generatim*: TERT. apol. 30 ubi veritas dei et -o est. scorp. 5 auditum transgressionis auditu -is limantes. ieiun. 9. NEMES. cyn. 83 agmina quis fortes animat -o mentes. PANEG. 6, 7 ut . . . veritas . . . meae erga te -is appareat. 7, 16 cui non . . . servit adulatio, sed simplex et sincera -o (OPT. PORF. epist. ad Constant. 2). 8, 11 -is officiis (AMBR. Cain et Ab. 1, 6, 22 in psalm. 118 serm. 19, 19). 10, 1. CAPITOL. Max. Balb. 11, 3 non tacenda...-o est Aquileiensium pro Romanis. TREB. Claud. 18, 2. Gall. 14, 1 Heracliani ducis erga rem publicam -o. LACT. inst. 2, 12, 15 ut . . . deo patri summa -e serviret (6, 23, 19). 5, 19, 13 -e ac fide (5, 22, 17 opif. 19, 9 mort. pers. 16, 8 VEG. mil. 1, 28 AMBR. epist. 17, 2 CASSIAN. inst. 4, 10 AVELL. p. 9, 25 NICET. psalm. 10 p. 78, 6 CAES. AREL. epist. de hum. 1, 4. CORP. VIII 22672 inclita fide, -e praestans). *al.* IVVENC. 4, 40 -o cordis. FIRM. err. 19, 7 praecedentia vitae facinora religiosa -e castiga (AMBR. in Luc. 4, 34). MAR. VICTORIN. ad Iust. 14 humanae -is pavens veneratio. PS. HIL. libell. 19. LVCIF. non parc. 1 p. 210, 12 zelo -is incensus. epist. 7 p. 328, 12 erga deum. SYMM. epist. 10, 22 an magis veteres *tribunos* oporteat praelata -e removere. AMM. 16, 8, 3 apparitionis praefecturae praetorianae princeps ob -em. SCHOL. Cic. Bob. p. 55, 11 ut ceteri huius -is imitentur exemplum. p. 165, 9 CLAVD. DON. Aen. 1, 447 *al.* VEG. mil. 2 prol. certavit saepe -o cum pudore. 2, 8 omni labore ac -e. 2, 9. 3, 4. AMBR. virginit. 19, 125 laborat in nobis Petrus, quando nostra laborat -o. epist. 29, 5 *et saepe.* HEGES. 1, 45, 7 pietatis et -is praemiis (AVG. c. acad. 2, 1, 1). 2, 12, 1. 5, 41 l. 53 non condemno -em, sed quaero pietatem. HIER. in Gal. 3, 27 p. 369 fides pro mentis -e censetur. GENNAD. dogm. 73. RVFIN. hist. 2, 1, 7 ut ... civitas illa ... velut speciali quadam Christo -e dicata sit. AVG. serm. 52, 1 studium et -o vestra. in psalm. 72, 31 accipite conatum meum -em nitendi. 134, 3. civ. 18, 45 non -e supplicis, sed iure victoris. virg. 8, 8 religione ac -e. c. Iul. op. imperf. 3, 33. 46 epist. 44, 1 *al.* PS. AVG. quaest. test. I 43, 3 p. 70, 15 Sout. stulta -e. I 94, 1 p. 165, 15 *al.* CARM. epigr. 303, 1 -e vigens . . . Pontius. COD. Theod. 5, 6, 1 (*a. 314*) universi -is studio contendant. 16, 2, 47 pr. (*a. 425*) prona -e. 16, 8, 23 (*a. 416*) *al.* gest. in sen. p. 1 M. -e socii. OROS. apol. 33, 2. CASSIAN. inst. 5, 17, 2 praepeti conscientiae -e. *et saepe.* LEO M. serm. 2, 2. 28, 5 observantiam vestrae -is. *al.* EPIST. pontif. 351 Migne 20, 763[B]. AVELL. p. 42, 5 non . . . ut christiani ex -e sacramenti alter alterum . . . devitantes. *al.* SACR. Leon. p. 315 *al.* PS. PROSP. vocat. gent. 1, 12. 2, 36. PETR. CHRYS. serm. 82 p. 430[C] feminea -e. SALV. eccl. 1, 28. 2, 20 casti affectus -e. SIDON. epist. 3, 1, 3. 4, 6, 2 pro intempestiva -e. FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 8, 19 adnitentis -i elationis. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 50 nam tibi subiecti servit -o sancti. PAVL. PELL. 588 nostra . . . iugis -o. EVG. TOLET. carm. 29, 7 pro te -o summa est. ENNOD. epist. 2, 19 p. 62, 11 *opp.* contemptus. 8, 2 p. 201, 13 crescente susceptorum -e. 9, 1 p. 228, 4 nefas est, in -bus despici discendi cupiditatem. *et saepe.* FVLG. RVSP. epist. 12, 14 cordis et oris -e. *et saepe.* CASSIOD. in psalm. 12, 4 cum -em fidei divina religio non haberet. inst. div. 2 *al.* COD. Iust. 1, 27, 2, 2 homine . . . -em servante rei publicae nostrae. GREG. M. epist. 2, 34 militaris -is oboedientiam. FERRAND. epist. 7, 7 propter officii publici -em. 7, 8 publicae intercessionis -o. NICET. spir. 22 p. 36, 25 fructum -is. *al.* PASS. Felicit. 3 sacrificium piae -is. VITA Caes. Arel. 1, 40 huius . . . miraculi magnitudo . . . provinciam cunctam fidelium -bus ac nuntiis peragravit. CORP. XII 1524 -is public⟨ae⟩. INSCR. christ. Rossi II I 14 Iohannes . . . basilicam cum omni -e et desiderio . . . construxit. **b** *speciatim -o actibus exhibita, i. q. cultus, religio*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. (Corp. VI 32326) 19 ⟨...⟩am nos devotioni⟨s qu⟩os d⟨ii volent⟩ adder⟨e f⟩elici numero. TERT. anim. 39 quis non . . . totum filii caput reatui vovet . . . pro gentica, pro avita, pro publica aut privata . . . -e? ieiun. 14 si omnem in totum -em temporum et dierum et mensium et annorum erasit apostolus. adv. Marc. 4, 23 p. 499, 14 de sacerdotio in levitico . . . de -e in Arithmis *egs.* SOL. 2, 26 -is ministerium. 16, 6 -is . . . pontificium. CORP. XIV 2080 (*Lavinii, saec. III vel IV*) aeditionem debotionis renobabit ('*editio in honorem imperatoris ideoque cum -e coniuncta*' *Mommsen*). LAMPR. Heliog. 3, 5 Iudaeorum et Samaritanorum religiones et christianam -em illuc transferendam. ITIN. Anton. Plac. rec. A 21 christiani pro -e ad mansionem ascendunt (37 barbas et capillos suos tondent). OPTAT. 7, 1 p. 161, 15 -o quae ab homine debebatur, ubi exhibita non est. AVSON. rhop. 8 ut longum celebris -o continuetur. VEG. mil. 2, 5 tamquam praesenti et corporali deo fidelis est praestanda -o. AVG. c. epist. fund. 8 ne passio eius (*Christi*) . . . celebraretur et non tanta -e diem mortis suae . . . sollemnitas honoraret. quaest. hept. 2, 61 ipsa -e offerendi. 3, 85 voto et -e offerentis. PAVL. MED. vita Ambr. 33 reliquiae summa omnium -e depositae fuerant. ZACCH. 3, 3 laudandi deum -o. *ibid.* -o matutina. COD. Theod. 13, 5, 38, 1 (*a. 412*) diebus feriatis et -um. 15, 5, 4 (*a. 424*) solitae -is officia. OROS. hist. 7, 27, 1 impedicndae -is instinctu. CASSIAN. inst. 4, 19, 2 consummata eorum -is obsequia. LEO M. serm. 11, 2 -em fidelis populi. 34, 1. SACR. Leon. p. 332 huius . . . triumphi diem hodierna -e celebrantes. PETR. CHRYS. serm. 114 p. 512[D] solemnitatum . . . non omittenda -o. VAL. CEM. hom. 15, 2. VRAN. epist. 4 p. 862[A] lucernariae -is tempus. ALC. AVIT. hom. 25 p. 146, 21 incipiatur hodie et -i aeternitas. *cum genet. obi.*: PS. AVG. quaest. test. I 47, 3 p. 92, 12 Sout. ad dei -em. I 81, 1 p. 137, 18 creatoris. I 83, 5 p. 142, 12 -e et reverentia creatoris. *al.* serm. 86, 3. OP. imperf. in Matth. 2 p. 640 *Herodes* non ad -em flectitur nascituri regis. PASS. Petr. 8 contra sanctum ritum Romanum et contra urbis aeternae -em nescio quae inepta et vana docere. CORP. VII 963 pro -e numinis eius. **c** *metonymice de persona*: ANVLIN. Aug. epist. 88, 2 scripta . . . -o mea insinuare curavit. COD. Theod. 7, 20, 1 (*a. 318*) ad -em tuam. 7, 22, 2 pr. (*a. 326*) -is tuae officio. AVELL. p. 120, 26 ipsi per omnia tua -e famulante. p. 630, 16 -is nostrae animum. COLL. Mos. 15, 3, 8. CASSIOD. var. 1, 29, 2 -o vestra. *et passim.* COD. Iust. 10, 48, 7 -i nostrae. GREG. M. epist. 2, 34 -em vestram. *huc spectant*: EDICT. imp. Diocl. II 23 cohortamur . . . omnium -em. SIGISM. Alc. Avit. epist. 78 p. 93, 2 si -em nostram qua vobis animo militamus, etiam corporaliter praesentari obex temporum regionumque patitur. VEN. FORT. epist. (carm. 3, 2) 1 dulcedinem quam circa -em personae meae vestram beatitudinem . . . fateor impendisse.

3 *i. q. tributum, vectigal*: COD. Theod. 11, 1, 20 (*a. 385*) in fraudem annonariae rei ac -is publicae. 11, 1, 20, 22 (*a. 386*) ut plus haberet dispendii translatio quam -is illatio (COD. Iust. 10, 16, 9). 11, 1, 29 (*a. 401*) amplius . . . quam rei annonariae necessitas ac -o postularit. 13, 1, 19 (*a. 403*) omnes -em aurariae functionis agnoscant. NOVELL. Valent. 1, 2 pr. remissio tributorum . . . redivivae -is fomitem subministrat. SIDON. epist. 1, 9, 6 impositae -is astipulator. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 34 annua -e (CASSIOD. var. 6, 24, 1. 11, 7, 1). CASSIOD. var. 3, 32, 1 quatenus . . . ab illis . . . solita -o non negetur. 3, 40, 2. 9, 10, 2. 9, 11, 3. 11, 7, 4. 12, 5, 7. 12, 16, 2. *i. q. multa*: COD. Theod. 7, 1, 10 (*a. 367*) sciant se non absque -is nota . . . esse postponendos. *i. q. obligatio*: COD. Iust. 4, 63, 1 agnoscendae -is effectus. 8, 39, 4 pr. ad unum creditorem quidam ex debitoribus -em suam ostenderunt (*opp.* indevotio). 8, 39, 4, 2. 3 sit itaque generalis -o et nemini liceat alienam indevotionem sequi.

4 *i. q. votum*: TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 17 misericordiam, quae et filium Saulis moriturum ex -e populo concessit. VVLG. act. 23, 14 -e devovimus (ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν) nos nihil gustaturos. LIB. pontif. p. 88, 9 dedicavit basilicam . . . ex -e testamenti cuiusdam . . . feminae. ENNOD. epist. 1, 20 p. 31, 25 ut beneficiorum caelestium magnitudini sub hac -e respondeam (CASSIOD. chron. II p. 161, 1364 cuius spectaculis voluptates etiam exquisitas Africa sub -e transmisit. VITA Fulg. 49). CORP. IX 333, 14 Theodosio . . . statuam equestrem . . . pro voto et -e posuerunt. XI 6658 Flavio Claudio Iuliano . . . ordo possessoresque Brixellanorum optata devotio⟨ne⟩ dedicarunt. EVGIPP. Sev. 11, 2 in castellum quoque . . . -bus accolarum vir sanctus advenerat evocatus.

compar.: indevotio.

? dēvōtiōsus, -a, -um. EVGIPP. Sev. 46 femina . . . beatum Severinum . . . -a (*L*, religiosa devotione *al.*) venerata est.

dēvōto, -āvī, -ātum, -āre [*a* devovere, devotus. *Th.*]. COMMENT. Lucan. 3, 127 'voverunt' pro '-verunt' posuit, nam vovere dicimus sacrum. AVG. quaest. hept. 4, 40 -are se quemquam nemo fere dicit nisi maledicens. 4, 41 hoc erat anathemare quod vulgo dicitur -are. GLOSS. ἀφοσιοῦμαι. accuso. -at maledicit. -are exprobrare, maledicere, proprie tamen est voto se obligare. denotare (*sic*) iurare. -bat forsuor (*anglosax.*). -vit despexit. -urus uuergendi (*anglosax.*). -uri maledicturi. [*dub.*: APVL. met. 9, 21 *v. p. 868, 58.*]

i. q. maledicere: PLAVT. Cas. 388 -bit (*J*, deuobit *codd. i. fort.* devovebit) sortes (*i. incantando diriget*), si attigerit. ITALA num. 22, 6 (Lugd.) -a mihi populum hunc (κατάρασαι, VVLG. maledic). 23, 8 quid -bo quem non -at deus? (καταράσομαι...καταρᾶται, VVLG. detester...detestatur). Ios. 6, 25 -vit . . . dicens (ὥρκισεν, VVLG. imprecatus est). Matth. 26, 74 (codd. a b c ff[2] q. Orig. in Matth. 18, 114) coepit -are se et iurare (se -are Orig., ITALA codd. h r [*cf.* PS. CYPR. rebapt. 9] -are et iurare, ITALA codd. f ff[1] δ *et* VVLG. detestari [g[1] detestare], καταθεματίζειν). Marc. 14, 71 (codd. d q) -are et dicere (cod. a -are se dicens, ff[2] -are et iurare, c k -are se et iurare [k *corr. ex* devitare]; ἀναθεματίζειν, VVLG. anathematizare). *i. q. vovere*: VEREC. in caut. 8, 17 ego quidem vovi tibi.

reddam vota mea, si me iuveris -antem. IORD. Rom. 179 quod dux ... Marti suo torquem aureum -asset. *i. q. se vovere*: INSCR. christ. Leblant I 258 Lea -ans deo puella vinculo caritatis et studio religionis titulum posuit. *i. q. execrari*: PS. APVL. herb. 8, 1 si quis -atus (devotus *T*) defixusque fuit.

deriv.: devotamentum, devotatio.

dēvōtor, -ōris *m.*, **dēvōtrīx,** -īcis *f. a* devovere. SERV. Aen. 4, 607 unde (*a devotionibus*) et -r et -x dicitur qui imprecatur.

✱**dēvoveo,** -vōvī, -vōtum, -ēre *a* de *et* vovere. dĕvotam: PS. DAMAS. epigr. 76ᵃ, 1. divotus: CORP. III 14156². XIII 1491. debotus: CORP. II 4787 PAPYR. Wessely p. 9 n. 21. devót-: CORP. XIII 6754. PS. CYPR. aleat. 9 devovunt. *fut. exact.*: ACC. praetext. 15 devoro. GLOSS. ἀφιερῶ, ἀφοσιῶ, καθοσιῶ. -et ἀνατίθησιν, καθοσιοῖ. -vit ἀφωσίωσεν, ηὔξατο. devovesent (*i.* -vissent) κατηράσαντο, ἐβλασφήμησαν. *legitur apud* ENN. *et inde ab* ACC. *per totam latinitatem* (*perf. inde a* VARRONE, *part. perf. pass. inde a* CIC., *part. fut.* QVINT. inst. 5, 6, 2), *deest apud* LVCR. PERS. TAC.

I *i. q.* ***consecrare***: **A** *i. q. vovere aliquid* (*plerumque accedit dat. dei, personae v. l. 21*): CIC. Catil. 1, 16 quae *sica* quidem quibus abs te initiata sacris ac -ota sit, nescio. har. resp. 6 quod ... T. Annio -ota et constituta ista hostia esse videtur. off. 3, 95 cum *Agamemnon* -visset Dianae quod in suo regno pulcherrimum natum esset. CATVLL. 66, 62 -otae flavi verticis exuviae (*i. crines*). CAES. Gall. 6, 17, 3 huic (*Marti*) ... ea quae bello ceperint, plerumque -ent. HOR. sat. 2, 3, 219 si quis gnatam pro muta -et agna. carm. 3, 24, 10 -ota *victima*. PROP. 4, 9, 67 maxima quae gregibus -ota est ara repertis (CORP. VIII 2620 aram quam -vit sua pecunia posuit). LVCAN. 8, 112 tu quoque -otos sacro tibi foedere muros oramus ... dignere vel una nocte tua. LACT. inst. 2, 16, 15 templa -entur et novae imagines consecrantur. OPTAT. 6, 4 p. 151, 10 rem iam deo -otam. AVSON. 165, 8 -otae virginitatis amor (185, 3 HIST. Apoll. 46. *cf.* ZACCH. 3, 3 -otae castitatis). VVLG. num. 6, 21 iuxta quod mente -verat ita faciet *eqs.* SALON. in prov. p. 981ᶜ pagani ... diis suis -verunt sanguinem christianorum. *aliquem*: PROP. 2, 32, 9 tibi me credere turba vetat, cum videt accensis -otam currere taedis in nemus. AVSON. 165 tit. virgo -ota (VICTRIC. 5). DRAC. laud. dei 3, 112 qui -otus erat, qui ad vulnera colla parabat (*sc. filius Abrahae tamquam hostia*). fidem *sim.*: OROS. hist. 4, 14, 1 fidei quam Romanis -verant *Saguntini*. PASS. Petr. 2 amabilius sibi esse ... pro castitate succumbere quam Christum, cui -verant castimoniam, recusare. *seq. infin.*: CASSIAN. inst. 7, 30 quae ... penitus abdicare -vimus. PASS. Thom. p. 119, 2 iam dudum se hoc (*sc. numquam nubere*) animo -visse (quod in animo -visset *P*). *nota* se -ere: ITALA (codd. e g h) *et* VVLG. act. 23, 12 -verunt se (ἀνεθεμάτισαν ἑαυτούς) dicentes neque manducaturos *eqs.* 23, 14 *v. p. 880, 53.* 23, 21. *acc. c. inf.*: SERV. Aen. 3, 121 *Idomencus* in tempestate -vit sacrificaturum se de re quae ei primum occurrisset. *seq.* quod: PS. MATTH. euang. 12, 1 Ioseph ... iurans -vit quod numquam penitus tetigisset eam. *i. q. vovendo consecrare*: CLAVD. 1, 158 anni ... futurum -eas venientis iter.

B *t. t. religionis i. q. vovendo execrari*: **1** *de eo, qui se ipse morti destinat* (*subiectum aut pontifex formulam praeiens [l. 76] aut ipse dux. cf. etiam p. 878, 75*): RHET. Her. 4, 44, 57 Decius ... qui se -visse dicitur et pro legionibus in hostes immisisse medios (CIC. Sest. 48 se ac vitam suam pro salute populi Romani. fin. 2, 61. Cato 43 pro re publica. div. 1, 51 FAST. cos. Capitol. a. u. c. 459 [Corp. I² p. 21]. LIV. 8, 6, 10 utrius exercitus imperator legiones hostium superque eas se -visset. 8, 6, 13. 8, 9, 4 praei verba quibus me pro legionibus -eam. 8, 10, 13. 9, 4, 10. 10, 7, 3. 4. 10, 28, 14 se legionesque hostium. SEN. epist. 67, 9. PLIN. nat. 22, 9 pro victoria. 28, 12 Deciorum ..., quo se -vere, carmen. GRAN. LIC. p. 1, 3 consules ... qui etiam semet ⟨dev⟩ov⟨er⟩ant, ut in ⟨medios hostes se immitterent⟩). CIC. parad. 12 quae *vis* patrem Decium, quae filium -ota vita immisit in ... hostium copias? CVLEX 364 Curtius ... mediis quem ... sedibus urbis -otum ... consumpsit gurges in uuda. 368 Flaminius -ota dedit qui corpora flammae (LIV. 9, 17, 13 Decii -otis corporibus in hostem ruentes). LIV. 5, 41, 3 sunt qui M. Folio pontifice maximo praefante carmen -visse eos se pro patria Quiritibusque Romanis tradant. 7, 6, 4. 8, 9, 9 iubet ... collegae se -otum pro exercitu nuntiare. 8, 10, 11 licere consuli dictatorique et praetori, cum legiones hostium -eat, non utique se, sed quem velit ... civem -ere. 8, 10, 12. 8, 11, 7 consulis -oti. 10, 28, 15. 10, 29, 4 -otam secum aciem. VAL. MAX. 5, 6, 5 caput suum pro salute reipublicae (6, 2 ext. 2). LVCAN. 2, 308 -otum ... Decium. 4, 272 ut ... Caesar ... vidit ... ad certam -otos tendere mortem. 4, 533 stabat -ota iuventus. SEN. clem. 1, 4, 1 -otas (*Leo*, denas *trad.*) legiones. QVINT. inst. 5, 6, 2 modo litis, propter quam -urus se ipse non fuerit. FLOR. epit. 1, 13, 8 ibi -ente pontifice dis se Manibus consecrant. AMPEL. 15, 6 Codrus rex qui pro salute et victoria patriae ... se -vit (AMM. 22, 8, 12. 28, 1, 4). SPART. Hadr. 14, 6 *Antinoum* -otum pro Hadriano. AVG. civ. 5, 18 p. 226 si se occidendos certis verbis quodam modo consecrantes Decii -verunt. OROS. hist. 1, 21, 4 qui cum se magnis execrationibus -vissent. *adde*: CASSIOD. orat. frg. p. 467, 5 Deciorum famam mors -ota vivificat. *accedit dativus*: VARRO frg. Non. p. 485, 13 Decius ... se dis Manibus -vit (LIV. 8, 9, 8 legiones mecum deis Manibus Tellurique. FLOR. epit. 1, 14, 3. 1, 17, 7 caput. AMPEL. 20, 6. 7. VIR. ill. 26, 5 se et hostes). CIC. nat. deor. 2, 10 ut quidam imperatores otiam se ipsos dis immortalibus capite velato verbis certis pro re publica -rent.

aliter: VERG. Aen. 11, 442 vobis (*i. pro vobis*) animam hanc (*i. meam*) soceroque Latiuo Turnus ego ... -vi. **2** *alium* -ere, *internecioni dare, defigere, incantare* (*etiam in imag.*): CARM. devot. Macr. sat. 3, 9, 10 uti vos eas urbes agrosque capita aetatesque eorum -otas consecratasque habeatis ollis legibus, quibus quandoque sunt maxime hostes -oti (*v. totum locum*). ACC. praetext. 15 patrio exemplo et me dicabo (*Decius*) et animam -voro (*i.* devovero. *v. p. 873, 38*) hostibus. NEP. Alc. 4, 5 Eumolpidas sacerdotes a populo coactos, ut se (*Alcibiadem*) -rent (6, 5). CVLEX 370 quorum (*Scipiadarum*) -ota triumphis moenia ... Carthaginis horrent. DIRAE 34 nostris potius -ota libellis *silva* ignibus acthereis flagrabit. 82 o male -oti, praetorum crimina, agelli. TIB. 1, 5, 41 me discedens -otum femina dixit. 1, 5, 44 facie tenerisque lacertis -et *me puella*. 1, 8, 18 num te carminibus, num te pallentibus herbis -vit tacito tempore noctis anus? OV. am. 1, 10, 23 -et imperium tamen haec lenonis avari. 3, 7, 27 mea Thessalico languent -ota veneno corpora? 3, 7, 80. epist. 2, 13 Thesea -vi quia te dimittere nollet. 3, 94. 6, 91 -et absentes. ars 3, 241 -et — et tangit — dominae caput illa. met. 5, 102 sceleratque -et (devocat *M*) arma. 8, 234 suas artes *Daedalus*. 13, 330 licet execrere meumque -eas sine fine caput. trist. 5, 7, 32 quamvis ... carmina -o Pieridasque meas, cum bene -vi, nequeo tamen esse sine illis. Ib. 55 nunc quo Battiades inimicum -et Ibin, hoc ego -o teque tuosque modo. 95. 413. 449. 467. 468 Pont. 2, 9, 41. fast. 6, 738 -vit natum credulus ille suum. NVX 54 -eant umbras proxima quaeque meas. LIV. 31, 18, 7 quos ad mortem -vissent *sacerdotes*. CVRT. 8, 6, 28 omnium -otis capitibus (*i. morti destinatis*). MELA 3, 18 -otos altaribus admovere. LVCAN. 8, 91 -otaque Manibus illis *Cornelia* (*cf.* LAMPR. Heliog. 18, 3 uti ... inferis eius caput dicaretur -returque. CAPITOL. Gord. 11, 9 Maximinum cum filio dis inferis -emus). PETRON. 141 quibus animis -verint spiritum meum, eisdem ... corpus consumant. CARM. epigr. 1031, 4 éreptá quá sibi maerens *maritus* -et invisi noxsia regna dei. TAB. devot. Audolleut 129 hunc ego aput vostrum numen demando, -o, desacrifico. FLOR. epit. 3, 11, 3 Metellus exeuntem ducem hostilibus diris -verat. PS. CYPR. aleat. 9 invicem sibi manus inferunt, maledicunt, se -unt. IVST. 5, 1, 3 ubi ... se ... diris ... -otum cognovit. 5, 4, 14. MACR. sat. 5, 19, 11 sacris quibus delenire aliquos aut -ere aut exigere morbos volebant.

II ***latiore sensu*** *i. q. offerre, proicere, destinare*: **A** *aliquem*: VERG. Aen. 1, 712 infelix pesti -ota futurae ... Phoenissa. PROP. 2, 28, 21 Andromede monstris fuerat -ota marinis. LIV. 10, 39, 16 ancipiti deum irae -otus (SEN. Thy. 712 capita -ota ... irae). MANIL. 2, 894. GERM. 650 -otus poenae ... impius ille futurae (QVINT. decl. 324 p. 276, 28). SEN. Thy. 693 ipse -otos neci contrectat. PS. SEN. epist. Paul. 12 hic -otus pro omnibus igne cremabitur. CALP. ecl. 2, 63 saepe cadit festis -ota Parilibus agna. STAT. Theb. 10, 794 lustralemne feris ego te, puer inclyte, Thebis -otumque caput vilis ceu mater alebam? PANEG. 5, 19 vobis se, vobis liberos suos, vestris liberis omnis generis sui posteros -bant. AMM. 24, 4, 11 *lecta manus* tamquam superatura vel -ota cineribus. 31, 8, 8 serviturum crudo -isti victori. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 101 *Sinon* neque ullis appetitus insidiis est neque -otus hostiae (*cf. p. 881, 21. 25. 37*). SERV. Aen. 1, 712 illum immaturae morti -otum fuisse. CLAVD. 8, 645 quae tali -ota toro. 20, 445 more suis, dapibus quae iam -ota futuris turpe gemit.

se -ere (*etiam* caput, vitam *sim.*): ENN. ann. 79 in monte Remus auspicio se -et atque (-veratque *codd.*) secundam solus avem servat. CIC. dom. 145 me atque meum caput ea condicione -vi, ut ... liceret. p. red. ad Quir. 1 cum me fortunasque meas pro vestra incolumitate ... -vi. PS. CIC. epist. ad Oct. 10 cives qui ut hostibus imperarent, victoriae se -verunt. CAES. Gall. 3, 22, 3 amicitiae. SALL. hist. 1, 125 se regibus -ent et post eos vitam refutant. VERG. Aen. 12, 234 ad superos quorum se -et aris. HOR. carm. 4, 14, 18 -ota morti pectora liberae. LIV. 6, 14, 8 illi -ere *se* corporis vitaeque ac sanguinis quod supersit. 28, 34, 5 vitam pro eo. SEN. contr. 2, 2, 4 alteri vitam debet, alteri -et. VAL. MAX. 2, 6, 11. CVRT. 8, 6, 21 gloria cui me uni -vi. STAT. Theb. 3, 233 tibi praecipites animasque manusque -eant. FRONTO p. 6, 12 N. caput suum pro te ... -vit. p. 41, 19. 96, 14. APVL. met. 8, 6 paenissimo ibidem quam -verat ei reddidit animam. PANEG. 4, 16 ut spiritum ... meum pro illorum salute -eam. 5, 19 *v. l. 50.* PORPH. Hor. carm. 2, 8, 5 ⟨simul⟩ ac periurio te -isti. IVST. 14, 4, 7 iure iurando quo totiens vos sacramento mihi -istis. QVEROL. p. 58, 12 patri egomet tuo me iam -veram. CARM. epigr. 1551 E 3 nam se -vit iam ⟨defi⟩ciente marito. CYPR. GALL. gen. 144 *Abelus* miti se -et agno. GREG. M. in Ezech. 2, 8, 15 qui enim se per fidem in conversatione sancta domino -verunt. PASS. Petr. 2 castitati se -entes.

i. q. se dare alicui rei: COD. Iust. 5, 9, 10, 6 genitores, qui sese secundis uuptiis -verunt. ad: COD. Theod. 6, 35, 14 (*a. 423*) qui intra nostra scrinia ... ad apparitionis amplissimae praefecturae praetorianae sacramenta se -verit. **B** *aliquid*: TIB. 1, 9, 72 -eat pro quo *iuvene* remque domumque tuam. OV. met. 14, 683 soli ... suos tibi -et annos. PETRON. 82 frequentius manum ad capulum, quem -veram (*sc. ad caedem*), refero. MART. 6, 73, 6 aspice quam

certo videar non ligneus ore nec -ota focis inguinis arma geram. CLAVD. carm. min. 30, 61 Phariac segetes et Punica messis castrorum -ota cibo. HIST. Apoll. 24 regnum -otnm percipere. INSCR. christ. Rossi II XIII 25, 3 haec sunt tecta pio semper -ota timori. in *c. acc.*: LVCAN. 3, 311 accipe -otas externa in proelia dextras. TERT. pall. 5 p. 947 Öhl. cum alio pari tabulato *togae* in terga -oto.

i. q. dedicare: PRISC. gramm. II 2, 31 tibi ergo hoc opus -o. SERV. gramm. IV 456, 4 tibi hunc libellum . . . -vi. PRVD. praef. 42 carmen martyribus -eat *anima*. CARM. epigr. 525, 9 hos versus tibi, sancte, nepos victorque -vi.

deriv.: devotio, devotor (-trix). devotare.

b *ad officium pertinentia* (*idem persaepe exprimitur casu genet. cuius usus exempla contuli sub 1A*): aequoreus: PRIAP. 9, 4 OV. met. 12, 197 fast. 5, 512. aetherius: AVG. civ. 8, 21 *al.* agricola (*adi. vice*): NVX 10. aquatilis: CORP. V 5258. bellicus: OV. fast. 2, 478 PAVL. FEST. p. 178. belliger: STAT. silv. 5, 2, 147. bellipotens: STAT. Theb. 3, 577. caeruleus: PROP. 3, 7, 62 OV. met. 2, 8 *al.* campestris: CORP. VIII 2635. castrensis: CORP. III 14369 ⟨d⟩ibus k(astrensibus?). coniugalis: VARRO frg. Non. p. 528 SEN. Med. 1 QVINT. decl. 347 p. 368, 2 *al.* cumatilis: COMM. instr. 1, 10, 3 (*i. Neptunus*). feralis: SEN. Med. 740 Thy. 668. finitimus: CORP. XII 75 (*i. Mercurius*). fluvialis: AVG. civ. 3, 12. fontanus: AVG. civ. 3, 12. genitalis: ENN. ann. 115 AVSON. 424, 1. hospitalis: CIC. Verr. 5, 48 LIV. 39, 51, 12 VAL. MAX. 1, 7 ext. 4 TAC. ann. 15, 52 CORP. VII 237 *saepe*. ignipotens: VERG. Aen. 12, 90. infernalis: PAVL. FEST. p. 29. inferi: LIV. ANDR. frg. 26 PLAVT. Cist. 512 VARRO ling. 6, 34 CORP. X 8249, 3. 15 *al.* VARRO frg. Serv. Aen. 3, 578 inferiores. HOR. carm. 1, 10, 19 imis (OV. met. 5, 665). *v. etiam sub* Inferi. infernus: PACVV. trag. 211. liquidus: PROP. 3, 19, 14 (*i. Enipeus*). litoralis: CATVLL. 4, 22. lucrius: ARNOB. nat. 4, 9. marinus: OV. met. 13, 964. maritalis: SEN. Oed. 956. medicus: AVG. civ. 3, 17 *al.* militaris: CORP. III 3472. 3473. 7591. montenses: CORP. VI 377. musicus: PORPH. Hor. carm. 3, 25 pr. (*de Baccho*. epist. 2, 2, 78). noctivagus: STAT. Theb. 10, 158 (*i. Sopor*). nocturnus: PLIN. nat. 30, 84 a nocturnis -is Faunisque agitentur. CORP. III 13461. 13462. Palatinus: MART. 5, 19, 4 (*i. qui Palatinum montem tuentur*). pastoralis: PORPH. Hor. carm. 4, 12, 11/12. patellarius: PLAVT. Cist. 522. paternus: LIV. 40, 10, 2 CORP. VI 32575 (= 2825). V 4206. patriensis: CORP. VI 32551 (= 2821). 32574. patrius: CIC. har. resp. 37 an patrii penatesque -i. VERG. Aen. 2, 702 TERT. nat. 2, 9 *persaepe, etiam in titulis, ex. gr.*: CORP. VI 32575. III 3429. 3668. VIII 240. 12003. 17721. 21486. X 1553. XIII 3191. XIV 3. pelagicus: TAB. devot. Audollent 292 *al.* penetralis: PAVL. FEST. p. 101 VAL. MAX. 1, 8, 7 SEN. Oed. 265 TAC. ann. 2, 10 *saepe*. pestilens (*activo sensu*): PORPH. Hor. carm. 3, 18 pr. (*i. Faunus*). carm. saec. 34 (*i. Apollo*). praetorii (*ad praetorium principis pertinere videtur*): CORP. XIV 3554 (*saec. II*) Herculi Tiburt. Vict(ori) et ceteris -is pract(oriis) Tiburt. privatus: VARRO frg. Serv. auct. Aen. 8, 275 LIV. 5, 52, 3 *al.* promarinus: AVR. Fronto p. 47, 25 N. proprius: VARRO frg. Serv. auct. Aen. 1, 141. 12, 139 SVET. Aug. 5 *al.* publicus: NEP. Them. 7, 4 -os publicos suosque patrios ac penates. LIV. 5, 52, 3 CORP. IX 3577. 6020. 6492 *saepe*. scholarius: CORP. X 3793. semitalis: VERG. catal. 10, 20. sidereus: MART. 12, 60, 2 (*i. Sol*). AVG. civ. 7, 3. silvestris: CLAVD. carm. min. 25, 19. CORP. III 1145 (*i. Silvanus*. 1155). socialis: LIV. 3, 18, 3. 40, 22, 11. socius: OV. epist. 5, 126 fast. 2, 618. superus: LIV. ANDR. frg. 26. PLAVT. Cist. 512 di deaeque, superi atque inferi. VARRO frg. Serv. Aen. 3, 578 superiores. CIC. top. 90 *saepe v. sub* superi. terrestris: LIV. 1, 32, 10 PAVL. FEST. p. 29. trivii: CORP. VII 163. tutelaris: MACR. sat. 3, 9, 2. vialis: AVR. Fronto p. 45, 25 N. SERV. auct. Aen. 3, 168. undisonus (*i.* ἀκταῖος): PROP. 3, 21, 18. urbanus: VARRO rust. 1, 4, 4.

c *de patria vel origine*: alienigena: AVG. civ. 3, 12. alienus: VVLG. gen. 35, 2 *saepe*. barbarus: CORP. III 14068. indigena: OV. met. 6, 330 AVG. civ. 3, 12. indiges: VERG. georg. 1, 498 di patrii (*cf. l. 38*) indigites. TIB. 2, 5, 44 -um . . . indigetem. LIV. 8, 9, 6. OV. met. 14, 607 (*i. Romulus*). PAVL. FEST. p. 106 CORP. X 5779 *v. sub* Indigetes. novensilis: LIV. 8, 9, 6 SERV. auct. Aen. 8, 187 MART. CAP. 1, 46 *v. sub* Novensiles. peregrinus: CIC. leg. 2, 37 LIV. 5, 52, 10 *saepe*. rusticus: APVL. met. 5, 25 (*i. Pan*). *ethnica et sim.*: Aonius: OV. ars 1, 312 (*de Baccho Thebano*. 2, 380). Arcadius: PROP. 1, 18, 20 (*i. Pan*). Arcas: STAT. Theb. 4, 222 (*i. Hermes*). Argolicus: STAT. Theb. 10, 884 Argolici Tyriique -i. Castalius: MEROB. carm. 1, 12 (*i. Apollo*). Clarius: OV. met. 11, 413 fast. 1, 20 VAL. FL. 3, 299. Cynthius: LYGD. 4, 50. Delius: PHAEDR. app. 6, 7. Delphicus: NEP. Paus. 5, 5 SEN. Oed. 214 APVL. met. 2, 25 *al.* Epicureus: CIC. nat. deor. 1, 75. Epidaurius: PROP. 2, 1, 61 SEN. Phaedr. 1022. Graius (*i. Achaicus*): STAT. Theb. 8, 686. Iliacus: OV. fast. 1, 528 AVG. civ. 3, 8. Italus: VERG. Aen. 8, 715. Ledaeus: OV fast. 1, 706 -is (*i. Castori et Polluci*). Lethaeus: LVCAN. 6, 686. Leucadius: OV. trist. 3, 1, 42 (*i. Apollo*. 5, 2, 76). Lycaeus: VAL. FL. 6, 532 (*i. Pan*). Maenalius: OV. fast. 4, 650. Maeonius: COLVM. 1 praef. 30 (*i. Homerus*). Milesius: APVL. met. 4, 32 (*i. Apollo*). Oetaeus: PROP. 3, 1, 32. Ogygius: OV. epist. 10, 48 (*i. Bacchus Thebanus*). Pergameus: MART. 9, 16, 2 (*i. Aesculapius*). Platonicus: CIC. nat. deor. 1, 20. Pythius: PROP. 2, 31, 15. Romanus: LIV. 4, 30, 11. 5, 52, 4. 25, 40, 2 LVCAN.

6, 809 *al.* Samothraces -i: SALL. epist. Mithr. 7. Sidonius (*i. Thebanus*): STAT. Theb. 8, 686. Stoicus: CIC. div. 1, 8 SEN. apocol. 8. Stygius: STAT. Theb. 4, 624. Taenarius: PROP. 1, 13, 22 (*i. Neptunus*). Tarpeius: LVCAN. 8, 863. Tartareus: OV. trist. 1, 9, 32. Thebanus: PROP. 3, 18, 6 (*i. Hercules*). Troianus: AVG. civ. 3, 11. 14. Tyrius (*i. Thebanus*): STAT. Theb. 10, 884.

4 ***substantiva*:** a *iuxta posita. nonnisi notabiliora attuli; nonnulla etiam sub I B 1 invenies, velut* fors, natura, casus. *hic illic mera hypallage est statuenda. omisi praeterea nomina propria eum* -us *coniuncta, velut* Diespiter, Iuppiter, Hercules di deaeque *sim., titulorum permulta exempla congessit Vaglieri ap. Ruggiero, Diz. epigr. II 1724 sq.* amicus: PLAVT. Bacch. 347. arma: VERG. Aen. 2, 181 arma -osque parant comites. caelum: LVCR. 1, 54 OV. trist. 2, 2, 215 LIV. 26, 9, 8 *al.* di deaeque (*rarius* et, atque, vel, sive, *ἀσυνδέτως hic illic in titulis*) *praecipue in conclusione enumerationis -orum. saepe etiam additur* ceteri, omnes (*interpositus ex. gr.*: PLAVT. Poen. 859 AVG. civ. 4, 9), cuncti. *per* D. D. *fortasse notatum in* CORP. I 1171 (= IX 3654), *v. p. 886, 71*: ENN. scaen. 333 PLAVT. Aul. 785. Cas. 670 -os et deas (*26ies*). TER. Eun. 302 (*6ies*) VERG. georg. 1, 21 Aen. 6, 64 PROP. 3, 13, 41. *frequentissime in titulis (cf. Ruggiero l. c.), ex. gr.*: LEX Vrson. (Corp. II 5439) II 72, 33 -o deaeve (CORP. VI 2098 sive -o sive deae. 2099. XI 111. XIV 3572 sei -us sei -a. VIII 21567B, 9. INSCR. Notiz. degli scavi 1890 p. 218 si -o, si deai. PAVL. FEST. p. 193). SEN. epist. 96, 4 neque di neque -ae faciant, ut. CORP. VI 101 -um dearum (30991 -is deabus. III 5307. 8173. 14361. V 514 *al.*). XIII 3638 dibus et deabus. 7793 -i ac -ae omnes. *cf. etiam* OV. fast. 5, 685 -um ... divamque fefellit. CORP. VI 30694 (= 110) sei -o sei deivae (*cf. Wissowa, Rel. u. Kultus p. 33*). fatum: VERG. Aen. 4, 651 CORN. SEV. carm. frg. 19 LIV. 2, 44, 12 *saepe.* fides: LIV. 9, 12, 8. fors: OV. fast. 2, 782. fortuna: VERG. Aen. 12, 677. genium: PERS. 4, 27 -is iratis genioque sinistro. heros: LYDIA 75 HOR. ars 227 QVINT. inst. 1, 10, 10. 12, 10, 5. homines (*saepe idem valet atque omnes. apud poetas* homines *fere ubique praecedit*): PLAVT. Capt. 622 (*16ies*) TER. Hec. 198 Haut. 61 VARRO rust. 3, 16, 5 CIC. de orat. 2, 196 Verr. 5, 67 (*7ies*) nat. deor. 2, 133 (*9ies in phil.*) epist. 1, 9, 19 CAEL. Att. 10, 9a, 1 SALL. Catil. 15, 4 VERG. Aen. 1, 229. 2, 254 *al.* HOR. ars 373 OV. am. 1, 2, 37 ars 3, 653. met. 2, 578 -os hominesque. LIV. 1, 4, 3. 5, 27, 12 nec -us nec homo quisquam. *saepe.* SIL. 15, 542 -umque hominumque. maiores: PLAVT. Aul. 166 di et maiores. Capt. 324. Persa 390 Trin. 346. mores: VERG. Aen. 9, 252 di moresque. mundus: SEN. dial. 7, 8, 4 mundus ... -us. *al.* numen: OV. medic. 83 -os irataque numina. PS. QVINT. decl. 10, 14. parentes: PLAVT. Poen. 1208 di aut parentes (Rud. 192). RHET. Her. 3, 3, 4 parentes, -os, patriam. poeta: HOR. sat. 2, 3, 8 iratis natus ... -is atque poetis (*ironice*). prodigium: LIV. 26, 45, 9. reges: PLAVT. Amph. 61 HOR. carm. 4, 2, 13. sacrum: VERG. Aen. 12, 192 sacra -osque dabo. semideus: OV. met. 14, 673 viri ... semideique -ique. somnus: OV. met. 15, 25. terra: STAT. Theb. 3, 440 terris Aurora -isque ... vehit ... diem. vates: LIV. 6, 12, 8. vir: QVINT. inst. 3, 7, 3 laudes -orum virorumque. votum: OV. met. 2, 186.

b *appositiva vel praedicativa*: ablator: AVG. civ. 19, 13. acceptator: TERT. patient. 4 p. 5. acceptor: OROS. hist. 7, 29, 3. adiutor: MIN. FEL. 25, 7 VVLG. psalm. 17, 3 *al.* administrator: PS. APVL. Ascl. 3. adstipulator: VAL. MAX. 7, 1, 2 vanae opinionis. aedificator: CIC. nat. deor. 1, 18 mundi. *al.* ales: STAT. Theb. 4, 286 -o vacat alite (*i. Mercurio comite.* 4, 605). alumnus: HOR. ars 239 (*de Baccho*). SOL. 7, 11 montes Cyllene et Lycaeus ... -is alumnis inclaruerunt. amator: APVL. met. 5, 24. AVG. civ. 9, 7 hominum ... amatores. anticipator: AVSON. (?) 153, 9. arbiter: LIV. 9, 1, 7 foederis (21, 10, 3). SEN. epist. 16, 5 mundi. PETRON. 98 humanarum rerum. TAC. ann. 15, 24 potentium populorum. *al.* artifex: LACT. inst. 2, 1, 14 ira 14, 2 *persaepe.* auctor: VERG. Aen. 8, 336 Apollo. OV. met. 7, 148 fast. 3, 157 LIV. 9, 14, 4 *saepe.* auxiliator: VVLG. Is. 50, 9 ORIG. in Matth. 18, 33. bellator: VERG. Aen. 9, 718 STAT. Theb. 4, 356. celator: LVCAN. 10, 286 undarum ... Nile, tuarum. circumscriptor: TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 328 sententiae suae. cognitor: OROS. hist. 7, 22, 6 secretorum. comes: CIRIS 338 OV. epist. 7, 158 fast. 3, 615 CARM. c. pag. 49. commilito: SEN. suas. 2, 18 FLOR. epit. 1, 11, 4. conditor: SEN. Phoen. 655 mundi. PLIN. epist. 8, 24, 3 *persaepe.* conservator: OROS. hist. 3, 3, 3 humilium. CORP. III 3419. 14242. 14262 loci. 15156. V 6653 (*de Marte*). 4864. 5052. VIII 10178. 17621 *saepe.* consolator: AVG. civ. 1, 14. consors: PANEG. 12, 6 -o consorte (*i. genio comitante*). conspector: VVLG. Sirach 36, 19 saeculorum. constitutor: LACT. inst. 3, 9, 10 omnium rerum. consultor: SALL. or. Macri 15 AVG. civ. 2, 4. creator: CORP. III 710 -is genitis et -orum creatoribus. cremator: TERT. adv. Marc. 5, 16 p. 630 (*ludit cum verbo 'creator'*). cultores: CORP. VII 980 huius loci. custos: HOR. carm. 1, 36, 3 Numidiae. MART. 7, 91, 4 (*de Priapo.* CARM. epigr. 193, 1). LACT. inst. 1, 20, 41 finium (*de Termino.* 6, 12, 35). CORP. VI 30860. VII 705. damnator: TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 592. dator: LACT. inst. 4, 26, 15 vitae. AVG. civ. 4, 23 felicitatis. *al.* debitor: SEN. benef. 4, 11, 3 nobis. TERT. patient. 15 p. 22. decurio: TERT. nat. 2, 8 municipii. demonstrator: TERT. patient. 4 p. 5 omnium bonorum. dispensator: OROS. hist. 7, 37, 11. dispositor: SEN. uat. 5, 18, 5 mundi. doctor: LACT. inst. 1, 1, 15 sapientiae. 4, 26, 23 magistro ac doctori -o. dominator: VVLG. exod. 34, 6. dominus: HOR. carm. 1, 1, 6 terrarum (OV. Pont. 1, 9, 36. 2, 2, 12). OV. epist. 4, 12 dominos ... -os (am. 3, 10, 48). *cf. p. 891, 37.* dux: OV. epist. 7, 141 LIV. 1, 41, 3. 1, 54, 3 ARNOB. nat. 1, 5 *al.* effector: CIC. Tim. 17 mundi (LACT. inst. 5, 8, 5). PS. APVL. Ascl. 3. AVG. civ. 12, 27 animalium. epulo: AVG. civ. 6, 7. exactor: TERT. spect. 2 innocentiae. executor: TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 501. fabricator: APVL. Plat. 1, 8. 9, 10. factor: TERT. anim. 11 LACT. inst. 7, 6, 1 VVLG. Is. 51, 13. fautor: VAL. MAX. 5, 5, 3 virtutum. fictor: LACT. ira 14, 2. figulus: AVG. civ. 15, 1. flagitator: AVG. civ. 2, 13 ludorum scaenicorum. fratres: PROP. 3, 14, 20 (*de Dioscuris*). *adde*: OV. fast. 1, 707 (*de Tiberio et Druso.* EPICED. Drusi 290 SVET. Cal. 22 *al.*). genitor: VAL. FL. 5, 126 NEMES. cyn. 71 CORP. VI 31746 *persaepe.* gubernator: PS. APVL. Ascl. 17. LACT. inst. 5, 8, 5 *mundi. saepe* CORP. VI 31746. helluo: AVG. civ. 3, 20. hospes: OV. met. 8, 685 fast. 1, 240 (*de Saturno*). 1, 615. 3, 160 SEN. Thy. 148 *al.* CORP. VIII 8435. illuminator: TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 434 Marcionis. LACT. inst. 6, 18, 2. imperator: CIC. rep. 3, 33 omnium. impulsor: PLAVT. Aul. 737 ARNOB. nat. 1, 5. inspector (*i. ἐπίσκοπος*): COMM. instr. 2, 18, 9. intentator: VVLG. Iac. 1, 13 malorum. inventor: PLIN. nat. 25, 30. iudex: CIC. leg. 2, 25 SEN. contr. 1, 1, 23. 7, 1 (16), 5 SEN. benef. 3, 6, 2 TERT. anim. 35 *al.* iuvenis: OV. met. 1, 531 (*Apollo*). CALP. ecl. 7, 6. largitor: AVG. civ. 19, 13. machinator: MIN. FEL. 5, 7 LACT. inst. 2, 11, 14 *saepe.* magister: CIC. rep. 3, 33 omnium. VERG. Aen. 5, 391 SEN. benef. 4, 6, 6 TERT. patient. 12 p. 19 *saepe.* moderator: CIC. leg. 2, 15 omnium rerum. molitor: CIC. Tim. 17. nebulo: AVG. civ. 3, 20. opifex: CIC. nat. deor. 1, 18 mundi. SEN. Phaedr. 189 fulminis. LACT. opif. 3, 18 rerum. *saepe.* osores: AVG. civ. 9, 7 hominum. paedagogus: SEN. epist. 110, 1. parens: CORNELIA epist. frg. 2 parentabis mihi et invocabis -um parentem. CORP. X 3283. 3290. 8249 -bus parentibus. pastor: PROP. 3, 13, 39 APVL. met. 5, 16 TERT. pudic. 7. pater: TERT. bapt. 7 *persaepe.* praedicator: AVG. civ. 10, 25. praesul: MART. CAP. 2, 203. praevaricator: TERT. adv. Marc. 1, 27 p. 328 veritatis. procreator: CIC. Tim. 27 mundi. prospector: VVLG. Sirach 3, 34. protector: VVLG. psalm. 17, 3 meus. punitor: OROS. hist. 3, 3, 3 malorum. rector: SEN. dial. 7, 8, 4 universi. epist. 16, 4 *al.* restitutor: PS. APVL. Ascl. 26. resuscitator: TERT. resurr. 12 carnis. retributor: TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 522. rex: CARM. epigr. 1438, 1. salvator: VVLG. psalm. 24, 5 *al.* salutificator: TERT. adv. Marc. 2, 19 p. 361. servator: LIV. 45, 44, 20. speculator: MIN. FEL. 32, 9 omnium. stator: PANEG. 2, 12. stipulator: VAL. MAX. 7, 1, 2 vanae opinionis. susceptor: VVLG. psalm. 17, 3. testis: PROP. 4, 1, 79. 4, 9, 13 *saepe.* tutor: AVG. civ. 3, 13. venter: HIER. epist. 7, 5 *saepe.* victor: CORP. VIII 17628 (*de Marte*). vindex: CIC. leg. 2, 19. 25 LIV. 9, 1, 8 SEN. contr. 10 praef. 6 *al.* virgo: *v. p. 915, 29.* ultor: TIB. 1, 8, 72 PROP. 3, 20, 22 OV. am. 3, 8, 65 met. 14, 693 *saepe.* zelotes: TERT. adv. Marc. 2, 29 p. 376 *al.*

deriv.: dealitas, dealiter, deitas, deitatus. *comp.*: deicida, deicola, deifer, deificus, deificare, deiloquus, deipara (-partrix), deipassiani (deop-). semideus. *nom. propr.*: Adeodatus, Deodata, Deogratias, Deumhabet, Deusdedit, Quodvultdeus.

DEA

f. ✱**dea**, -ae. *de dat. vel abl. plur.* -abus: CHAR. gramm. I 54, 10 dat. et abl. per is exeunt ... nisi quod nonnumquam ratio ista auctoritate vel necessitate corrumpitur, cum dicimus his -bus ... quod iuris periti institucrunt (CLEDON. gramm. V 46, 4) ambiguitatis secernendae scilicet gratia, ob quod multa sordide ab auctoribus dicta videntur habere rationem (148, 25 DIOM. gramm. I 304, 24 DON. gramm. IV 378, 9 POMP. gramm. V 173, 27. 188, 29 CONSENT. gramm. V 354, 6 PHOC. gramm. V 427, 7 GRAMM. suppl. 45, 9 EXPLAN. in Don. gramm. IV 545, 17). PROB. inst. gramm. IV 82, 17 haec quinque nomina (*sc.* -a, sponsa, mula, amica, equa. *praeterea addunt alii*: nata, asina, liberta, famula, anima, ursa, ambo, duo) propter metra et structuras dat. et abl. casu numeri plur. sic anomala constituta sunt declinari his et ab his -bus (POMP. gramm. V 189, 19 SERV. gramm. IV 434, 8). deabus *solum legitur*: GELL. hist. 12 VARRO frg. Aug. civ. 7, 24 APVL. met. 4, 30 *al.* INSCR. (*v. Neue, Formenlehre I³ 41*). *in locutione* dis deabusque: CIC. Rab. perd. 5 or. frg. A VII 2 (*cf.* CAPER gramm. VII 109, 6 PRISC. gramm. III 294, 4) *et deinde saepe.* d(e)is: VARRO rust. 3, 16, 7 his dis (*i. Musis*). ARNOB. nat. 7, 19 dis feminis (*opp.* maribus. *cf.* LACT. inst. 1, 11, 26). ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 115 deis (I)lithyis. CORP. VII 221 deis Matribus. *de scripturis variis in titulis obviis*: daea: CORP. VIII 10765. dae: (*i. -ae*): CORP. XIII 6733 (*a. 276*). 2859. 8004. 8546 *al.* die (*i. -ae*): CORP. XIII 6553. diae (*i. -ae*): CORP. VI 30854. III 10393 *al.* diabus: CORP. III 5896. 10298. dabus: CORP. III 11107. *de mensura: apud veteres poetas scaenicos formae bisyllabae praeter hos locos semper* (PLAVT. *22ies* TER. *4ies*) *unam arsin vel thesin explent* (*cf. etiam p. 886, 44. 915, 12*): -ă: PLAVT. Pseud. 678 ACC. trag. 52 (*utrumque in fine versus*). -am: NOVIVS Atell. 105. -ā: PLAVT.

Poen. 1177. -ae: PLAVT. Capt. 172 Curc. 720. 793 Mil. 501 Most. 655 Poen. 460 TER. Hec. 102 Phorm. 976. -as: PLAVT. Cas. 670 Poen. 950. *apud dactylicos poetas notanda synizesis*: CARM. c. pag. 118 solvere dis deabusque parat superisque minatur.

1 *apud scriptores*: ENN. scaen. 55 iudicium inter -as tres (*sc. Iuno, Minerva, Venus*). CATO agr. 139 si deus, si -a es (CARM. evoc. Macr. sat. 3,9,6 si deus, si -a est cui populus... Carthaginiensis est in tutela. *cf. p. 909,21*). NOVIVS Atell. 105 *de Laverna* (PAVL. FEST. p. 117. PORPH. Hor. epist. 1,16,60 Larv[e]arum -a quae foribus praeest). VARRO ling. 6, 19 Furrinalia Furrinae quod ei -ae feriae publicae dies. 6, 20 Opeconsiva. frg. Non. p. 44, 2 pandere: panem dare. hanc -am Aelius putat esse Cererem (Ov. am. 3, 10, 5. 38 *persaepe*). p. 352 *de Numeria*. SCHOL. Veron. Aen. 10, 78 -am *Veniliam* cum Neptuno coniungunt (VERG. Aen. 6, 90 TERT. nat. 2, 11) *permulta alia -arum nomina a* CIC. *praecipueque a* TERT. *et* AVG. *laudata ex Varrone sumpta sunt v. p. 912,26. 52*. CIC. Verr. 6,188 quae -ae illos Hennenses lacus lucosque incolitis, cunctaeque Siciliae ... praesidetis. har. resp. 37 cuius *-ae* ne nomen quidem viros scire fas est quam iste idcirco Bonam dicit (*cf. vol. II p. 2070, 66—2071, 8*). prov. cons. 35 eius deae *Fortunae* periculum facere (PVBLIL. E 7 Ov. Pont. 2, 3, 56 *al.* FRONTO p. 8, 6 N. -am -arumque praecipuam, *persaepe, fuse de ea agit* AVG. civ. 4, 19). nat. deor. 3, 43 si di sunt, suntne etiam Nymphae -ae? 3, 45 iure naturae qui -a matre est, deus sit necesse est. 3, 46 si Latonam (Ov. met. 6, 188 *al.*) -am putas ... si haec *Hecate* -a est (VERG. Aen. 6, 258 VAL. FL. 7, 384 *al.*), cur non Eumenides? (CATVLL. 64, 201) quarum si -ae sunt ... Furiae, -ae sunt speculatrices ... et vindices facinorum et sceleris (VERG. Aen. 7, 324. VAL. FL. 7, 151 redit de strage -arum. *al.*). CIC. nat. deor. 3, 47 ea *Natio* si -a est, di omnes illi qui commemorabantur a te Honos, Fides (SIL. 2, 481 AVG. civ. 4, 20) Mens (TERT. nat. 2, 11 AVG. civ. 4, 21. 7, 3) Concordia (Ov. fast. 1, 648. AVG. civ. 3, 25 an ulla ratio redditur, cur Concordia -a sit [*al.*] et Discordia -a non sit, *sed cf.* SEN. Herc. f. 93). nat. deor. 3, 48 Ino -a ducetur et *Λευκοθέα* (PROP. 2, 26, 10 Ov. epist. 18, 126 *al.*) a Graecis, a nobis Matuta dicitur (Ov. fast. 6, 545 *cf.* AVG. civ. 18, 14) ... Circon -am duces? (VERG. Aen. 7, 19 Ov. rem. 276 met. 14, 33 LIV. 1, 49, 9). nat. deor. 3, 51 Luna (CATVLL. 34, 17 FLOR. epit. 3, 5, 23 AVIEN. Arat. 940). 3, 52 terra ipsa -a est (PLIN. nat. 2, 159 AVG. civ. 7, 23) ... quae est enim alia Tellus (PREC. terr. 1 Ov. fast. 1, 586 FLOR. epit. 1, 19, 2 AVG. civ. 7, 23. 28). Brut. 59 -am *Suadam* in Pericli labris scripsit Eupolis sessitavisse (*Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν*). Att. 9, 5, 3 cui *Achilli* et mater et -a *Thetis* (HOR. epod. 13, 12 Ov. met. 2, 521 STAT. Ach. 1, 218 *al.*). CATVLL. 63, 3 -ae *Cybebe* (63, 30. 43 -a Pasithea. 63, 91 -a magna, -a Cybebe, -a domina Dindymei. PROP. 3, 17, 35. 4, 11, 52 Ov. fast. 2, 58 STAT. Theb. 12, 226 *persaepe*). 67, 17 non est -a *Venus* nescia nostri (LVCR. 1, 6. 26. 36 *persaepe*). BELL. Alex. 66, 3 (*de Bellona*. PAVL. FEST. p. 33 VAL. FL. 3, 64 COMM. instr. 1, 16, 9). SALL. hist. frg. 2, 87 *de Matre Magna* (LIV. 29, 10, 8 *persaepe*). NEP. Timoth. 2, 2 *de Pace*. VERG. Aen. 1, 17 *de Iunone* (*admodum frequenter*). 2, 170 *de Minerva* (2, 227. PRIAP. 1, 4 de patris vertice nata -a. Ov. epist. 3, 147 fast. 3, 828. PAVL. FEST. p. 192 -a belli. SOL. 27, 43 artium -a. BOETH. herm. sec. 2, 5 p. 109, 19 -a sapientiae. *saepe*). Aen. 3, 262 *de Harpyis* (*item, ut videtur* VAL. FL. 4, 519). 5, 657 *de Iride* (Ov. met. 14, 841). 7, 641 pandite nunc Helicona, -ae, cantusque movete (= 10, 163 *item de Musis persaepe, ex. gr.*: PROP. 3, 3, 37 una -arum ... Calliopea fuit [VAL. FL. 5, 217] Ov. ars 3, 348 Bacche novemque -ae. met. 5, 663 -as Helicona colentes. Pont. 4, 2, 46 trist. 4, 1, 49 fast. 5, 9 VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 SIL. 9, 340 STAT. silv. 1, 2, 4. 5, 3, 15. 211 Theb. 1, 4 MART. 1, 81, 9. *cf. p. 910, 74*). Aen. 9, 101 aequoris esse -as qualis Nereia Doto et Galateia (9, 116 ite -ae pelagi [SEN. Tro. 879 FLOR. Verg. p. 185]. Ov. am. 3, 12, 38 maris [fast. 4, 62 *de Venere*]. met. 11, 221 undae [STAT. Theb. 4, 683]. PAVL. FEST. p. 327 Salaciam dicebant -am aquae). HOR. carm. 4, 6, 33 *de Diana* (Ov. met. 3, 163 -a silvarum [VAL. FL. 1, 106 *al.*]. GRATT. 105 nemorum -a [155]. PAVL. FEST. p. 104 *Diana* viarum ... -a. SEN. Phaedr. 793 *persaepe*). LYGD. 5, 6 *de Proserpina* (LIV. 2, 9, 8. 29, 18, 15 Ov. met. 5, 565 *persaepe*). CARM. de mens. 1, 12, 42 *de Iside* (Ov. met. 1, 747 STAT. silv. 3, 2, 122 *persaepe*). PROP. 2, 28, 18 -a quae Nili flumina vacca bibit (*sc. Io*. Ov. epist. 14, 86 ex bove facta -a [= fast. 5, 620]. VAL. FL. 4, 346 *al.*). 3, 20, 18 *de Ariadna* (Ov. fast. 3, 460 *Corona Gnosis* Theseo crimine facta -a est). 3, 24, 19 Mens Bona, si qua -a es. 4, 4, 15 Tarpeia -ae fontem libavit (*Vestae, ut videtur*. Ov. fast. 3, 47). 4, 6, 62 *de Nereidibus* (Ov. am. 2, 11, 36). Ov. am. 3, 2, 46 *de Victoria* (AVG. civ. 4, 14). met. 1, 373 *de Themide* (PAVL. FEST. p. 367). 7, 690 nate -a (*i. Psamathe, matre Phoci, sorore Thetidos. v. p. 913, 38*). 7, 705 *de Aurora*. 8, 456 (*de Parcis*. SEN. Herc. O. 1083). 14, 851 quae *Hora* nunc -a iuncta Quirino est. trist. 2, 380 hospitis igne duas incaluisse -as (*Circe et Calypso*). Pont. 1, 6, 29 *de Spe* (1, 6, 39). fast. 1, 455 -ae Nocti ... caeditur ales. 2, 173 (*de Phoebe sc. Diana*). 2, 440 *de Iunone Lucina* (3, 253 *al.*). 2, 525 facta -a est Fornax. 2, 568 tot de mense supersint Luciferi, quot habent carmina nostra -as (*coni. H. Winther*, dies *codd. boni*, pedes *vulgo*). 2, 583 quae sit -a Muta requires. 2, 592 *de Iuturna*. 3, 275 *al. de Egeria* (3, 289 *al.* LIV. 1, 19, 5). 3, 543 *de Anna Perenna* (3, 677). 4, 729 *de Pale* (PAVL. FEST. p. 222 -a pastorum). 5, 277 *de Polyhymnia*. 5, 376 *de Flora* (AVG. civ. 4, 8). 6, 101 *de Carna*. 6, 775 *Fors* (AVSON. 163, 24). LIV. 7, 3, 7 in templo Fortiae, Etruscae -ae. 24, 3, 4 sacrum -ae (*sc. Iunoni Laciniae*) pecus. GRATT. 105 nemorum -a (155). MANIL. 1, 415 *Argo* -a facta. PAVL. FEST. p. 17 Angerona. p. 76 Empanda paganorum -a. p. 88 *de Furina*. p. 123 de Meditrina. p. 134 *de Maia* (AVSON. 377, 9). p. 149 *de Murtia. al.* VAL. MAX. 1, 8, 3 *de Iunone Moneta*. 2, 1, 6 sacellum -ae Viriplacae. OCTAVIA 397 illa virgo, numinis magni -a, Iustitia. SEN. frg. 33 *de Cloacina*. PLIN. nat. 7, 122 *de Pietate* (STAT. Theb. 11, 473). 11, 251 (*de Nemesi*. AVSON. 417, 54 ultrix -a Medica belli). VAL. FL. 2, 141 *de Fama* (STAT. Theb. 3, 431). 5, 112 *de Nympha Asopi fluvii*. 5, 205 Arcados -ae (*i. Callistus*). SIL. 4, 636 luci -arum (*i. Hesperidum*). 5, 126 -a sola in pectore *Virtus* (STAT. Theb. 10, 646. 661. *cf.* AVG. civ. 4, 20). STAT. Theb. 4, 726 *de Langia, nympha fontana*. MART. 6, 68, 9 an -a (*i. Salmacis*) femineum iam neglegit Hermaphroditum. 12, 8, 1 terrarum -a gentiumque Roma. QVINT. inst. 10, 1, 82 in labris eius (*sc. Xenophontis*) sedisse quandam persuadendi -am (*cf. p. 911, 39*). IVV. 6, 310 *de Pudicitia*. TAC. Germ. 8 *feminas* venerati sunt, non adulatione nec tamquam facerent -as (*cf.* hist. 4, 61). 40 *Nerthus*. SVET. Nero 56 Deae Syriae *contemptor* (FLOR. epit. 3, 19, 4. APVL. met. 9, 10 quem cantharum deûm Mater sorori suae Deae Syriae hospitale munus obtulit. HYG. fab. 197 p. 126 *Venus* quae postea -a Syria est appellata. *saepe*. SCHOL. Germ. Bas. p. 82, 1 [*ex Nigidio*] *saepe. cf.* Syrius *et Cumont, PW. IV 2236—2243, Cesano apud Ruggiero, Diz. epigr. II 1466—1472*). APVL. met. 3, 27 -a Epona. FRONTO p. 213, 22 N. nebulas nubesque putari -as. TERT. anim. 37 superstitio Romana -am finxit Alemonam alendi in utero fetus et Nonam et Decimam a sollicitioribus mensibus et Partulam quae partum gubernat et Lucinam quae producat in lucem. 39 Statinae -ae sacrum. nat. 2, 11 Candelifera, *deinceps enumerantur* Postverta, Prosa, Carmens, Potina et Edula, Statina, Adeona et Abeona (AVG. civ. 4, 21) Domiduca (AVG. civ. 7, 3) ... Voleta, Paventina, Venilia, Volupia, Praestitia, Fortuna Barbata (AVG. civ. 4, 11) Pertunda ... Praemater. 2, 15 ipsius mortis -a est ... et diva arquis est Iana. spect. 5 Robiginis -am finxerunt (AVG. civ. 4, 21). 8 Murciam ... -am amoris volunt. PORPH. Hor. carm. 1, 7, 12 Albunea. epist. 1, 10, 49 Vacuna in Sabinis -a quae sub incerta specie est formata. hanc quidam Bellonam, alii Minervam, alii Dianam putant. COMM. instr. 1, 16, 9 -as oratis, Bellonam et Nemesim, -as Furinam, Caelestem virgines. SOL. 2, 29 *de Angitia*. CAPITOL. Opil. 3, 1 Caelestis (TREB. trig. tyr. 29, 1). FIRM. err. p. 12, 9 *de Igne, -a Persarum*. IVST. 18, 6, 8 quamdiu Karthago invicta fuit, pro -a culta est. ITIN. Burdig. p. 5, 7 (*a. 333*) -a Augusta Bocontiorum civitas (CORP. XII 690. 1529 *al. cf. Ihm, PW. IV 2235 sq.*). AVIEN. ora 241 *de Inferna*. AVSON. 11, 2 ignotam oculis sollicitare -am (*i. Echo*). 12, 3 sum -a quae rara et paucis Occasio nota. 12, 10 sum -a cui nomen nec Cicero ipse dedit (*sc. Paenitentia*). 12, 11 sum -a quae facti non factique exigo poenas, nempe ut paeniteat. sic Metanoea vocor. 385, 4 -ae Pallados. VVLG. III reg. 11, 5 colebat ... Astarthen -am Sidoniorum (11, 33). CLAVD. 3, 129 *de Megaera*. 22, 12 *de Clementia*. 22, 227 conveniunt ad tecta -ae (*sc. Provinciae Romanae personatae*). 28, 3 haec -a (*sc. Fortuna redux*) pro meritis sibi posceret aedes. AVG. civ. 2, 23 Marius ... Maricae -ae ... commendatus est. 3, 12 -a Febris. 4, 8 partes -ae Cloacinae tribuere (6, 10) aut Volupiae, *praeterea numerantur ibidem* -ae Lubentina, Rusina, Cunina (4, 34) Collatina, Vallonia, Seia, Segetia (5, 21), Volutina, Patelana, Hostilina, Matuta (*cf. p. 911, 34*), Runcina, Cardea. 4, 11 ipse sit -a Mena (6, 12. 7, 2) ... *sequuntur* Carmentes, Rumina (4, 21. 34), Potina *et* Educa (4, 34. 6, 9), Paventia, Venilia, Agenoria (4, 16), Stimula (4, 16), Strenia, Numeria, Camena, Sentia, Iuventas (4, 29. 6, 1), Virginiensis (6, 9). 4, 15 *cur* iniquitas -a non sit (4, 17). *eqs.* 4, 16 *de Murcia, Quiete, Collina*. 4, 18 Felicita -a. *eqs.* (4, 21. 23). 4, 20 cur denique fortitudo -a non est? 4, 21 Ops ... Volumna ... Pecunia (4, 24. 7, 3. 11). 4, 34 nec consecraverunt aliquam -am Manniam. 6, 9 -a Manturna ... -a mater Prema et -a Pertunda ... Nenia. 7, 3 Iterduca. *nota metonymian i. q. effigies, statua -ae*: LIV. 29, 10, 8. 29, 14, 13 in aedem Victoriae ... pertulere -am. Ov. am. 3, 13, 23 qua ventura -a est. APVL. met. 8, 25 *sqq.*

2 *de titulis v. quod supra monuimus p. 888, 42.*

3 *de divinitate* **mortalibus** *attributa*: Ov. ars 3, 2, 60 pace loquar Veneris, tu -a maior eris (*de amica. cf.* am. 1, 7, 32 *Tydides* -am *Venerem* primus perculit, alter ego [*sc. puellam meam laesi*]. PETRON. 127, 5 libuit -ae nomen quaerere). SEN. apocol. 9 divam Augustam aviam suam, quam -am esse iussit *Claudius*. TERT. nat. 2, 9 cur non magis -a, quae magis pia, illa filia patris in carcere fame defecti uberibus suis educatrix (*cf.* VAL. MAX. 5, 4, 7. 5, 4 ext. 1). CLAVD. carm. min. 31, 43 *de Serena sub specie Cereris*. AVG. civ. 2, 5 absit, ut ... sic vellet coli matrem suam, ut talibus -a sacris propitiaretur, qualibus matrona verbis offenderetur. CARM. epigr. 1532, 3 mortua heic ego sum et sum cinis, is cinis terrast, sein est terra -a, ego sum -a, mortua non sum (*θεός. translatum ex Epicharmo*).

4 *deus pro -a, v. p. 890, 16 sqq.*

de **locutionibus** *in iurantis formulis his locis exceptis ubique cum* di *coniunctum* (*v. p. 892, 34 sqq.*): ACC. trag. 52 utinam me ... telis

mactasset -a. NOVIVS Atell. 105 per -am sanctam Lavernam. Ov. met. 7, 95 per sacra triformis ille -ae ... iurat. EPIST. Sapph. 108 perque novem iuro, numina nostra, -as. APVL. met. 2, 5 per hanc -am.

IVNCTVRAE

de ratione exemplorum eligendorum v. p. 894, 11.

1 ***verbales***: a *subiect.*: adest: STAT. Theb. 10, 285. adiuvant: PLAVT. Epid. 396. annuit: LIV. 5, 22, 5. damnat: Ov. epist. 19, 177. devincit: PLAVT. Pseud. 678. fallit: VERG. Aen. 12, 634 fallis -a (*λανθάνεις θεὸς οὖσα*). gubernat: CIC. nat. deor. 2, 73. instigat: LIV. 10, 19, 18. praesidet: CIC. Verr. 6, 188. praevitiat: Ov. met. 14, 55. prohibet: STAT. Theb. 8, 478. regit: CIC. nat. deor. 2, 73. b *eum dat.*: gratias agere: APVL. met. 11, 14. concumbere: PROP. 2, 15, 16. dedicare: CIC. dom. 130 curiam. APVL. met. 11, 16 navem. dicare: VARRO ling. 6, 20. facere: CIC. har. resp. 28 vota. *al. sim.* immolare: VARRO frg. Gell. 2, 28, 3. sacrificare: Ov. fast. 3, 850. servire: APVL. met. 11, 15. solvere: Ov. fast. 6, 248 vota. supplicare: GELL. hist. 12. tribuere: CIC. Balb. 9 plus homini quam -ae. c *cum aecus.*: accersere: VAL. MAX. 8, 15, 4. advehere: LIV. 36, 36, 3. agnoscere: Ov. met. 5, 414. appellare: CIC. Verr. 6, 188. blasphemare: VVLG. act. 19, 37 -am vestram (*se. Dianam*). colere: VARRO frg. Non. p. 352 *al.* conspicere: APVL. flor. 15 p. 52. consulere: Ov. epist. 19, 220. detrahere: CIC. Verr. 5, 112 -am -ae. dissimulare: Ov. fast. 6, 507 STAT. silv. 1, 2, 14. non pluris facere: CIC. epist. 1, 9, 15. implorare: CIC. Verr. 6, 188. invocare: PLAVT. Asin. 781 SEN. contr. 1, 3, 5. lenire: Ov. met. 1, 738. movere: Ov. epist. 16, 66 met. 6, 360. orare: PLAVT. Poen. 1134 COMM. instr. 1, 7, 20 (*i. adorare*). placare: Ov. fast. 4, 777. precari: VARRO frg. Non. p. 352 LIV. 24, 3, 4. propitiare: APVL. met. 10, 32. recinere: VARRO Men. 150. revereri: APVL. met. 8, 30. satiare: APVL. met. 8, 29. solari: Ov. met. 13, 746. sollicitare: Ov. met. 4, 473. spectare: Ov. ars 1, 247. spirare: APVL. met. 5, 9. suscipere: APVL. met. 6, 6 cum gaudio. 8, 30. testificare: Ov. epist. 19, 160. 20, 134. venerari: APVL. met. 4, 28. vincere: Ov. met. 12, 32. violare: CIC. dom. 112. d *eum ablat.*: nasci, *nonnisi in alloeutione quae est* 'nate -a' *ex. gr.*: VERG. Aen. 1, 582 (*de Aenea.* 1, 615. 3, 435 *al.* SIL. 8, 81). HOR. epod. 3, 12 (*de Achille.* Ov. met. 12, 86). Ov. met. 7, 690 *de Phoeo.* e *cum praepos.*: precari a: CIC. Tusc. 1, 113. congredi cum: LIV. 1, 19, 5.

2 ***nominales***: *genet. subi. vel obi. pendet ex substantivo*: adventus: APVL. met. 6, 6. amor: VAL. FL. 8, 29. arcus: Ov. fast. 2, 157. beneficium: APVL. met. 11, 13. benignitas: APVL. met. 11, 22. caput: AVG. civ. 7, 28 -arum (*de Tellure*). certamen: Ov. epist. 15, 69. comes: Ov. am. 3, 1, 44 fast. 4, 212 (*Curetes*). congressus: LIV. 1, 21, 3. consors: Ov. Pont. 3, 2, 48 Phoebi (*Diana*). EPICED. Drusi 437 (*Thetidos se. Musae*). conspectus: APVL. met. 4, 29. 11, 20. contemptor: SVET. Nero 56. corpus: Ov. met. 9, 381. cubiculum: APVL. met. 11, 17. cultus: PAVL. FEST. p. 317 AVG. civ. 3, 25. cura: STAT. silv. 4, 4, 50. currus: APVL. met. 6, 6. custos: Ov. fast. 5, 538 (*Lunae, de Orione*). delubrum: VERG. georg. 4, 541 Ov. met. 1, 373. dia: ENN. ann. 22 dia -arum (*δῖα θεάων*). disciplina: VAL. MAX. 2, 1, 2. dolos: SEN. Tro. 570. donarium: APVL. flor. 15 p. 51. donum: VERG. Aen. 8, 617 LIV. 29, 14, 14. effigies: PLIN. nat. 36, 21 IVV. 6, 310. exemplum: Ov. ars 3, 87 ite per exemplum ... -arum (*i. imitamini -as*). exuviae: APVL. met. 11, 29. facies: VERG. Aen. 5, 619 Ov. met. 11, 322. famuli: LIV. 37, 9, 9 (*Magnae Matris*). fletus: VAL. FL. 4, 76. frons: Ov. met. 5, 570. fulcrum: STAT. silv. 1, 2, 54. genus: PLIN. nat. 2, 160. habitus: SVET. Aug. 70. honos: VARRO ling. 6, 19. initium: AVG. civ. 7, 28 -arum (*de Tellure*). invocatio: QVINT. inst. 10, 1, 48. ira: Ov. epist. 9, 56. 20, 6 SIL. 1, 38 *al.* iudex: Ov. fast. 4, 322 PLIN. nat. 34, 77. iussum: Ov. met. 1, 385. 2, 119. iuventus: GRATT. 492. lis: AVG. civ. 3, 25 trium -arum. maiestas: APVL. met. 11, 15. mandatum: Ov. met. 8, 810. manus: APVL. met. 11, 21 in manu -ae ponere. maritus: PLIN. paneg. 82. mens: VERG. Aen. 2, 170. ministerium: APVL. met. 11, 19. moenia: Ov. fast. 6, 62 Praenestinae moenia sacra -ae. monitus: FLOR. epit. 1, 2, 3 APVL. met. 11, 19. numen: VERG. catal. 3, 9 LIV. 29, 18, 7. 12 SEN. Phaedr. 405 APVL. met. 4, 29 *al.* nutus: APVL. met. 6, 66. 11, 21. obstetricium: PLIN. nat. 35, 140. persona: SVET. Nero 21. pompa: APVL. met. 11, 9. 15. precatio: LIV. 1 praef. 13 cum bonis ominibus votisque et precationibus deorum -arumque. preces: STAT. Theb. 5, 157. princeps: Ov. fast. 6, 37 (*Iuno*). pulvinar: CIC. har. resp. 8 Pis. 95 Mil. 8 NEP. Timoth. 2, 2. regina: Ov. fast. 6, 37. religio: VAL. MAX. 8, 15 ext. 1. rex: AVG. civ. 4, 9 deorum omnium -arumque. ritus: VAL. MAX. 1, 1, 21. sacerdos: CIC. Att. 2, 4, 2 BELL. Alex. 66, 3 APVL. met. 3, 1 *al.* sacra: CIRIS 142 Ov. trist. 4, 4, 68 APVL. met. 11, 27 *al.* secretum: IVV. 6, 314. sedes: VERG. Aen. 7, 324 STAT. silv. 1, 1, 40 Theb. 5, 59. sententia: CIC. Mil. 8. sortes: PAVL. FEST. p. 317 AVG. civ. 3, 25. species: APVL. met. 10, 30. suffragium: APVL. met. 6, 5. tectum: Ov. met. 14, 447. templum: VARRO ling. 6, 15 CIC. har. resp. 57 *al.* vestigium: APVL. mot. 6, 2. 11, 17. visus: APVL. met. 11, 19.

3 ***epitheta per genera digesta***: a *de condicione, natura, qualitate* (*tam corporis quam statuae*): agilis: Ov. epist. 4, 169 (*Diana*). apta: Ov. ars 1, 446. arcanae: Ov. am. 1, 7, 10. ardens: VAL. FL. 2, 175 (*Venus*). armifera: EPICED. Drusi 22. arquitenens: ACC. trag. 52 SEN. Phaedr. 709. Augusta: CORP. XII 690. 1529 Vocontiorum. *cf. Ihm, PW. IV 2235 sq.* aurea: Ov. epist. 12, 70 (*Diana*). benigna: SCHOL. Germ. Bas. p. 82, 1 (*dea Syria*). bona: PLAVT. Rud. 261. *cf. etiam* Bona dea *vol. II p. 2070, 66 sqq.* caeca: MART. 4, 51, 3 (*Fortuna*). calens: LVCAN. 2, 127 (*Venus*). candida: VERG. Aen. 8, 608 (*Venus*). Ov. epist. 17, 61 (*Diana*). casta: TIB. 3, 12, 14 CLAVD. carm. min. 30, 125. clara: SEN. Phaedr. 309 arsit obscuri -a clara mundi (*Luna*). STAT. Theb. 10, 82 (*Iris.* 10, 134). corporalis: PORPH. carm. saec. 59/60 (*Copia*). Dia: *v. sub* Dia. digna: PLAVT. Poen. 1177 (*Venus*). dira: Ov. met. 14, 278 (*Circe*). *nota speciatim de Furiis* VERG. Aen. 7, 324. 12, 914 *et v. s.* Dira. docta: Ov. fast. 6, 656 (*Minerva*). durae: MART. 11, 91, 12 (*Pareae*). exosa (*passive, ut videtur*): Ov. trist. 5, 8, 8 (*Fortuna*). fallax: Ov. ars 1, 446. fera: MAECEN. carm. frg. 4 montium -a (*Cybele*). ferox: OCTAVIA 546 armis (*Minerva*). fertilis: Ov. met. 5, 642 (*Ceres*). fida: STAT. Theb. 9, 714 (*Diana*). fidens: SIL. 13, 138 (*Minerva*). flava: Ov. am. 3, 10, 43 (*Ceres.* fast. 4, 424. 6, 476). fortis: Ov. fast. 3, 850 (*Minerva*). frugifera: GERM. frg. 4, 38 (*Virgo*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 138 (*Ceres*). gallans (*i. bacchans*): VARRO Men. 150. gemellipara: Ov. fast. 5, 542 (*Latona*). gemina: APVL. apol. 13 esse Venerem -am. genuinae: PRVD. c. Symm. 1, 222. grata: Ov. met. 14, 123 (*Sibylla*). ignobilissimae: AVG. civ. 7, 3 (*Abeona et Adeona*). immitis: EPICED. Drusi 375 (*Fortuna*). indigna: PLAVT. Poen. 457[b] (*in versu suspecto*). ingeniosa: Ov. fast. 3, 840 (*Minerva*). iniquae: STAT. silv. 5, 1, 139 (*Fortuna et Invidia*). invidiosa: PROP. 2, 28, 10 (*Venus*). laeta: Ov. epist. 20, 173. levis: OCTAVIA 452 (*Fortuna*). linigera: Ov. met. 1, 747 (*Isis*). magna (Magna): ENN. ann. 191 CATVLL. 63, 91 TIB. 1, 6, 50 Ov. am. 3, 9, 2 fast. 4, 194 *v. s.* Magna Mater. AVG. civ. 7, 16 maxima -a (*Vesta*). melior: Ov. met. 4, 38 (*Pallas*). mendax: ANTH. 415, 42 (*Spes*). misericors: SCHOL. Germ. Bas. p. 82, 1 (*dea Syria*). mollis: Ov. ars 2, 556 (*Venus*). multinomen: APVL. met. 11, 22. nota: STAT. Theb. 9, 681 (*Latona*). nova: Ov. epist. 15, 332. nuda: PROP. 2, 15, 16. 3, 13, 38 Ov. epist. 16, 116. obsequens: PLAVT. Rud. 261. omniparens: APVL. met. 8, 25 (*dea Syria.* 11, 11. 16). pallens: STAT. Theb. 6, 26 (*Aurora*). palmaris: APVL. met. 2, 4 (*Victoria*). pharetrata: Ov. epist. 19, 204 (*Diana.* trist. 4, 4, 64). placatior: PLIN. nat. 2, 159. pollens: NAEV. carm. frg. 61. potens: SEN. Ag. 731 (*Iuno, Minerva, Venus, in versu suspeeto*). APVL. met. 11, 7 (*Isis.* 11, 22). praepotens: APVL. met. 11, 1 (*Luna*). praesens: VERG. Aen. 9, 402 Ov. epist. 20, 134 *al.* prisca: Ov. fast. 4, 372 (*Cybele*). providens: APVL. met. 11, 18. pudica: Ov. fast. 4, 344 (*Cybele*). pulchra: ENN. ann. 18 -arum. VERG. Aen. 11, 852. saeva: VERG. Aen. 7, 19 (*Circe*). 7, 511 (*Dira*). Ov. epist. 20, 6 (*Diana*). met. 4, 548 (*Iuno*). sancta: ENN. ann. 64 NOVIVS Atell. 105 CIC. Verr. 6, 188 *persaepe.* sapiens: CIC. Mil. 8 QVINT. inst. 5, 11, 18. sollicitae: STAT. Ach. 2, 52 (*Iuno et Minerva*). spicifera: GERM. frg. 4, 152 (*Virgo*). SEN. Herc. O. 598 (*Ceres*). summas: APVL. met. 11, 1 (*Luna.* 11, 22). superba: PROP. 2, 33, 14 (*Io*). taedifera: Ov. epist. 2, 42 (*Ceres.* fast. 3, 786). terrifica: VAL. FL. 6, 174 aegide. tetricae: MART. 4, 73, 6 (*Pareae.* 7, 96, 4). triformis: Ov. met. 7, 95 (*i. Hecate*). triplex: Ov. met. 2, 654 (*i. Pareae.* 8, 481). CASSIOD. var. 5, 42, 3 (*i. Diana*). tristis: VERG. Aen. 7, 408 (*i. Alleeto*). SIL. 10, 175 (*i. Medusa*). turbida: STAT. Theb. 2, 208 (*i. Venus*). turrigera: Ov. fast. 4, 224. turrita: PROP. 4, 11, 52. vehemens: CATVLL. 50, 21 (*i. Nemesis*). venusta: PLAVT. Poen. 1177 (*i. Venus*). verae: Ov. epist. 17, 68. vetusta: APVL. met. 11, 5 (*i. Ceres*). volens: APVL. met. 6, 5.

b *de officio* (*plerumque loco genet. posita, cuius usus exempla sub I A invenies*): aequorea: Ov. epist. 18, 126 (*i. Leucothea.* ars 224). Pont. 4, 10, 14 (*i. Circe*). aetheria: Ov. fast. 6, 427 (*i. Minerva*). agrestis: GELL. 9, 9, 14. auxiliaris: Ov. met. 9, 699 (*i. Isis*). bellica: Ov. met. 2, 752 fast. 3, 814 Pont. 4, 1, 32. caelestis: AMM. 22, 13, 3 CORP. X 4849 (*i. Bona Dea*). *cf. s.* Caelestis. cothurnatae: Ov. fast. 5, 348 non est illa *Flora* cothurnatas inter habenda -as (*i. eis Musis quibus tragoedia curae est, nisi plur. poet. est statuendus*). discors: SEN. Herc. f. 93 (*i. Discordia*). fatales: Ov. Pont. 1, 8, 64 (*i. Pareae*). feminea: PROP. 4, 9, 25 (*i. ἡ θεὸς Γυναικεία Bona Dea*). fornacalis: Ov. fast. 6, 314. genitalis: PORPH. Hor. carm. saec. 13 (*i. Lucina. cf. p. 911, 79*). lucifera: MART. 11, 67, 6 (*i. Luna*). montana: APVL. met. 5, 25 (*i. Echo*). montivaga: STAT. Ach. 1, 450 (*i. Artemis*). pastoralis: SOL. 1, 14 (*i. Pales*). proeliaris: APVL. met. 10, 31 (*i. Minerva*). roscida: Ov. ars 3, 180 (*i. Aurora*). rustica: Ov. fast. 4, 744 (*i. Pales*). salutaris: AMM. 19, 11, 6 quietem colentes quasi salutarem -am. siderea: PROP. 3, 20, 18 (*i. Ariadne*). trivia: PROP. 2, 31, 10.

c *de patria vel origine*: peregrina: FLOR. Verg. p. 185 (*i. Isis*).

Apvl. met. 8, 28 (*i. -a Syria*). *ethnica*: Aegyptia: Avg. civ. 8, 27 (*i. Isis*). Delia: Ov. epist. 4, 39 (*i. Diana*). Dictaea: Germ. 38 (*i. Rhea*). Eleusiniae: Macr. somn. 1, 2, 19. Etrusca: Liv. 7, 3, 7. Gnidia: Mart. 13, 66, 2 (*i. Venus*). Idalia: Ov. ars 3, 106 (*i. Venus*). Medica: *cf. p. 912, 10.* Ortygia: Ov. met. 1, 695 (*i. Diana*). Palaestinae: Ov. fast. 4, 236 (*i. Furiae*). Parrhasia: Ov. fast. 1, 618 (*i. Carmenta*). Praenestina: Ov. fast. 6, 62 (*i. Fortuna*). Syria: *v. p. 912, 20.* Thespiades: Ov. met. 5, 310 (*i. Musae*). *addc*: Orestea: Ov. Pont. 1, 2, 80 (*i. Diana ab Oreste in Graeciam relata*). Thoantea: Ov. Ib. 384 (*i. Diana a Thoante culta*). Saturnia: Verg. Aen. 12, 807 (*i. Iuno, filia Saturni*).

4 ***substant.***: a *iuxta posita*: di -aeque. *vox apud* Ter. *nonnisi in hac iunctura legitur (6ies), item apud* Plavt. *praeter hos locos*: Asin. 781 Poen. 457b. 1134. 1177 Pseud. 678 Rud. 261. *ceterum v. p. 909, 14. 910, 72. 912, 83.* Svet. Nero 21 heroidum ac -arum. Ov. fast. 6, 333 nymphasque -asque captat *Priapus*. b *appositive vel praedicative*: Prec. terr. 1 -a sancta Tellus, rerum naturae parens...(4) caeli ac maris diva arbitratrixque (*Leo*, arbitratum *codd.*) omnium. Ov. met. 10, 673 -a, muneris auctor. 11, 220 coniunx -a. Avg. civ. 3, 12 -a civis Romana. Ov. am. 3, 13, 18 dominae -ae. Ter. Mavr. 2060 -a belli dominatrix. Cic. nat. deor. 3, 45 -a matre (Verg. Aen. 1, 382. 12, 52 Ciris 396 [*Leucothea*]). Catvll. 61, 23 hamadryades -ae. Ov. met. 5, 566 -a, regnorum numen commune -orum (*Proserpina*). Epist. Sapph. 108. Sen. Phaedr. 109 praesidem terrae (*Athena.* 405). Apvl. met. 11, 9 sospitatrix (*i. Isis.* 11, 15). Cic. nat. deor. 3, 46 speculatrices et vindices facinorum et sceleris. Ov. epist. 15, 116 sponsor -a. Ov. epist. 16, 124 teste -a (19, 18). Sen. Tro. 921 victrix -a (*Venus*). Anth. 430, 4 quales *digitos* (*sc. pueri amati*) credas virginis esse -ae (*sic trad.*, dei *Ziehen, deum virginem intellegens Apollinem ephebum vel Bacchum*). Sen. Med. 13 sceleris ultrices -ae (*Furiae.* 967 Octavia 966 Lvcan. 10, 337 Val. Fl. 1, 796). Avson. 417, 54 (*cf. p. 912, 10*). *Gudeman.*

deüstio, -ōnis *f. a* deurere. *i. q. conflagratio*: Hier. in Os. 7, 4 p. 70 omnes adulterantes quasi clibanus ardens ad coquendum in -em flammae (*ex* LXX *εἰς πέψιν κατακαύματος ἀπὸ τῆς φλογός*, Vvlg. quievit paululum civitas) a commistione fermenti.

deuter Not. Tir. 6, 23 (*antecedunt* alteruter, neuter). *? a* de *et* uter, *cf. Schmitz, Archiv I 286.*

deuterius, -a, -um *δευτέριος*. *i. q. secundarius*: Plin. nat. 14, 86 non possunt iure dici vina, quae Graeci -a appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis, sed tamen inter vina operaria numerantur. Diosc. 5, 30 *melicraton* simile est vino -o. *ibid. iterum.* *cf. nom. propr.* Deuterius.

deuterogamiae secundae nuptiae Gloss. *δευτερογαμία.*

deuterologos *m.*, *δευτερολόγος*. Schol. Hor. epist. 1, 18, 14 partes mimum tractare secundas: quem Graeci -on dicunt.

⁂**deuteronomium**, -ii *n.*, *δευτερονόμιον*. *nom.* -on: Itala deut. 17, 18 (Lugd.) Avg. quaest. hept. 5, 49 (-io *U'*). *cf.* Itala Lugd. tit. 11, 4 *sq.* liber -o (1, 1—11, 4 -um). Hier. epist. 53, 8, 2 -um, secunda lex et euangelicae legis praefiguratio. *cf.* Avg. quaest. hept. 5, 49. 6, 30 Evcher. instr. 2 p. 161, 1. Verec. in cant. 2, 1 -um quod secunda lex appellatur: deuteros quippe secunda, nomos lex dicitur apud Graecos. Isid. praef. test. 2 -um id est recapitulatio legis et quasi secunda lex. 22. Gloss. -um secunda lex. quasi secunda lex. iteratio legis. *titulus libri V a Moyse conscripti*: Itala Lugd. liber deuteronomio. Svbscr. Itala Lugd. Monac. incipit -um... explicit -um. Itala deut. 17, 18 (Lugd.) princeps scribet (Vvlg. describet) sibi -on hoc in libro (*τὸ δευτερονόμιον τοῦτο*, Vvlg. -um legis huius in volumine). Ios. 8, 32 (Lugd.) scripsit Iesus super lapides -um legis Moysi, quam scripsit (Vvlg. -um legem Moysi, quod ille digesserat) coram filiis Istrahel. Tert. adv. Iud. 10 dicit in -o (scorp. 2 ieiun. 6 *al.* adv. Marc. 4, 15 p. 465, 23 in -o Moysei. Lact. inst. 4, 18, 29 Hier. epist. 21, 13, 5 *al.* Avg. quaest. hept. 5, 10 *al. et saepe* Eccl.). Tert. pudic. 9 si quis dubitat..., legat -um. Filastr. 119, 1 *sqq.* Hier. epist. 30, 3, 1 -ii canticum (*sc. 32, 1—43.* Rvfin. symb. 15 in -ii cantico. Evcher. form. 3 p. 16, 14). 33, 4, 6 *scripsit Origenes* in -o omeliae xiii. Ps. Rvfin. in Os. 8, 11—14 -ii... volumine. Sidon. epist. 9, 9, 12 illam -o astipulante nubentem. Comm. apol. 429 uno volo titulo tangere librum -um (*cf.* Assvmpt. Moys. 1, 5 *profetia* facta est a Moyse in libro -o). Itin. [Silv.] 10, 6 locus ubi scripsit Moyses librum -ii. *al.* Isid. praef. test. 23 in deut. 1, 1. 2. *idem liber vocatur* **deuteronomos**: Optat. 7, 1 p. 161, 7 *liber* qui graeco vocabulo -os scribitur. **deuteron** *n.*: Cypr. Gall. Ios. 279 *Iosua* legis discribit iura magistrae: -on est nomen quoniam transacta revolvit.

deuteros *δεύτερος*. *i. q. secundus v. l. 52. 72.* *deriv.*: deuterius, deuterosis. *comp.*: deuterogamia, deuteronomium (-mos). *δευτερόπρωτος* (Luc. 6, 1) *interpretatur* Hier. epist. 52, 8, 2.

deuterōsis *f.*, *δευτέρωσις*. *scribitur plerisque locis et declinatur graece, nom. plur.* -ēs *l. 84*, -īs *p. 916, 4.* Hier. in Matth. 22, 23 p. 179 Pharisaei traditionum et observationum, quas illi *δευτερώσεις* vocant, iustitiam praeferebant. Avg. c. adv. leg. 2, 1, 2 habere praeter scripturas legitimas et propheticas Iudaeos quasdam traditiones suas, quas non scriptas habent, sed memoriter tenent, quas -in vocant. Gloss. -in novitatem. -es renovationes. Hier. vir. ill. 18 hic (*Papias*) dicitur annorum mille Iudaicam edidisse -in. epist. 18 B, 4, 2 quas Iudaei vocant -eis et in quibus universam scientiam ponant. in Hab. 2, 9 p. 619 quod doctrinae Pharisaeorum et praecepta hominum et -is Iudaeorum stercora dicantur ab apostolo (Phil. 3, 8). Pelag. in I Tim. 1 p. 875B Avg. c. adv. leg. 2, 2, 6 Ps. Primas. in I Tim. p. 661A -eon contrarietas. Isid. praef. test. 39.

?deūtor, -ī *a* de *et* uti. *i. q. abuti*: Nep. Eum. 11, 3 non enim hoc convenire Antigoni prudentiae, ut sic -retur victo (*sic codd.*, uteretur devicto *vulgo*).

dēvulgo *v.* divulgo. **dēvus** *v.* divus.

⁂**dextāns**, -tis *m.* [*a* de(esse) *et* sextans *ductum, cf.* deunx, dodrans. *Th.*]. *nom.* -as: Colvm. 5, 1, 12 *l. 13.* Victor. metrol. p. 87, 14 Metrol. p. 127, 15. destas: Colvm. 5, 1, 12 *codd.* Plin. nat. 18, 324 Compvt. Carth. 2, 9 destam. destant. destante. *nomen mensurae, decem unciae* (*Hultsch, PW. V 296*): Varro ling. 5, 172 -s dempto sextante (*cf.* Prisc. fig. num. gramm. III 416, 20). Pavl. Fest. p. 73 -s dicitur quia assi deest sextans, quemadmodum duodeviginti et deunx. Colvm. 5, 1, 12 pars dimidia et tertia *iugeri* pedes viginti quattuor milia, hoc est -s, in quo sunt scripula ccxl (Lib. de asse 16). Maecian. distrib. 13 si dodranti applicueris unciam . . . , facies -em, hoc est decem partes duodecimas; nota -is S ⊏ ⊏ (*cf.* Frontin. aq. 43 *al.*). *cf.* 61 Lib. de asse 2. 6. Avson. 368, 20 nec -s retinet nomen *assis* sextante remoto. Prisc. fig. num. gramm. III 408, 24 -s vel decunx unciae decem (Victor. metrol. p. 87, 14 Metrol. p. 127, 15). Gloss. *δεκαούγκιον*. Vitr. 3, 4, 4 ut *columnae* neque crassiores -e nec tenuiores dodrante sint collocatae. Scrib. Larg. 203 resinae frictae pondo dua cum olei veteris pondo -e. Plin. nat. 18, 324. 325. Frontin. aq. 26 digitus quadratus . . . capit quinariae *fistulae* -em. 63. Svet. Nero 32 ut ex libertorum defunctorum bonis pro semisse -s ei cogeretur. Afric. dig. 28, 5, 48, 2 ut *ille* duas uncias habeat, ceteri... ex reliquo -e heredes sint. Vlp. dig. 28, 5, 51, 2. Corp. XIV 3340 cum agro iugeribus duobus -e semuncia (*i.* $2^7/_8$). Cod. Theod. 9, 42, 8, 2 (*a. 380*). *L.*

dextella, -ae *f.* [*a* dextra, dextera *deminutive. Th.*]. Cic. Att. 14, 20, 5 Quintus filius illius, ut scribis, est -a (*cf. p. 926, 8*).

⁂**dexter**, -(e)ra, -(e)rum [*i. q. umbr.* testru-ku destru-co '*ad dexterum*' destram-e '*in dexteram*', *osc.* destr-st '*dextra est*', *gr.* *δεξιτερός*; *cf. c. hibern.* dess *got.* taíhswa *gr.* *δεξιός* *ind.* dákṣinaḥ dakṣinâḥ *slavon.* desьnъ '*dexter*', *fortasse c.* decere. *Th.*]. Isid. orig. 11, 1, 67 -era vocatur a dando. ipsa enim pignus pacis datur, ipsa testis fidei atque salutis adhibetur. destra: Gloss. *cf. etiam p. 917, 60.* *formae: abl. plur. fem.*: -trabus: Liv. Andr. carm. frg. 40 (Non. p. 493 -trabus pro -teris *ascripto perperam nomine Laberii*). *compar.*: -terior (Don. gramm. IV 374, 10) *inde a* Varrone (*non apud* Cic). *v. p. 919, 59 sqq. 920, 49 sqq. 64. 79. 922, 63 sqq. 923, 57. 69. 924, 9 sq. 51. cf. Neue 2, 187 sq.* *superl.*: dextimus: Cael. hist. 22 Varro frg. Non. p. 94 -tima pro -tera. frg. Prisc. gramm. II p. 98, 9 Sall. Iug. 100, 2 Fest. p. 74 -timum et sinistimum antiqui dixerunt. Gloss. dexterrimus: Pallad. hist. mon. I 29 p. 314d. *de usu formarum* -tera, -terum *etc. et* -tra, -trum: Prisc. gramm. II 225, 17 et '-tri' et '-teri'. Isid. diff. app. 222 inter -teram et -tram hoc interest quod quidam sine causa putaverunt litteram 'e' abundare secuti consuetudinem antiquam . . . ut vemens et vehemens: ita -tram manum et -teram prosperam partem dici (Diff. gramm. suppl. 287, 6). Diff. ed. Beck p. 51, 15 inter -tram et -teram quidam sic distinguunt, quod -tra hominis sit, -tera avis, sed et -tera hominis dicimus. *apud poetas metro probantur formae locis his* (*uncis seorsum indicavi quot locis nom. sing.* -tra *legitur, cum ceteri casus hexametro non apti sint nisi formis contractis; adv.* -ā *v. p. 935, 20*):

	adi.		*subst. f.*	
	-tera, -terum	-tra, -trum	-tera	-tra
Liv. Andr.	—	-trabus	—	—
Enn.	—	-trā	—	—
Plavt.	4	Par. pig. 2	15	Merc. 965
Ter.	Eun. 775 *in extremo pede*	—	3	3
Lvcil.	—	—	1	1
Cic. carm.	—	9	—	11
Catvll.	4, 19 (*hend.*)	64, 312	—	2 *hex. et* 3 *hend.*
Lvcr.	5	2	—	2
Verg.	3 *hex.* + 1 *iamb.*	4 [+ 2]	14 *hex.* + 2 *iamb.*	87 [+ 8]
Hor.	—	3 *hex.*	2 *hex.* + 4 in carm.	2 *hex.* + 3 carm. [+ 1]
Tib.	—	1	1	2
Prop.	2	4	—	2
Ov.	4	16 [+ 6]	23	115 [+ 20]
Germ.	4	5 [+ 3]	1	5
Manil.	⟨5, 131 *a Bentl. del.*⟩	10 [+ 2]	—	2
Phaedr.	1 *in extremo pede*	1	1 *in extremo versu*	—
Sen.	—	3	22 *in med.* + 5 *in extremo versu*	61

	adi.		subst. f.	
	-tera, -terum	-tra, -trum	-tera	-tra
Pers.	1	1	1	—
Lvcan. ...	—	3	4	29 [+ 8 *praeter* 8,795 *in medio versu*]
Val. Fl. ..	—	6	6	—
Homer. ...	—	—	7	13 [+ 2 *in medio versu*]
Mart.....	—	—	3 *hex.* + 1 *choli.*	7 [+ 4 *hex.* + 2 *choliamb.*]
Stat.	—	27 [+ 4]	9,56. 278. 548	87 [+ 7]
Sil.	14, 49	19	20	179 [+ 12, *semper praeter* 4, 209 *in medio versu*]
Ivv.	—	1 [+ 1]	2	8
Comm.....	instr. 1, 26, 33	—	carm.apol.383	—
Avien.	—	9 [+ 1]	8	4
Avson.....	—	2	5	3
Clavd.	—	2	6	16 [+ 6]
Drac.....	—	Romul. 5,270	—	10 [+ 9 *in medio versu*]

Coripp. *praeter* Ioh. 2, 468. 4, 156. 246. 381 *omnibus locis formis non reductis utitur.*

de scriptoribus, modo codicibus fides habenda sit, haec fere statui potest [uncis inclusi versus ab ipsis scriptoribus factos]: leguntur formae

	contractae		non contractae			contractae		non contractae	
⁑diabolicus, -a, -um, διαβολικός. diabulicus: PRISCILL. tract. 4, 81 p. 61, 16. zabolicus: COMM. instr. 1, 35, 23. 2, 32, 12 PRISCILL. tract. 1, 1 p. 3, 5. 1, 22 p. 19, 2. 10, 136 p. 99, 11 PHOEBAD. c. Arrian. 1 *al.* GILD. Brit. 67 chron. III p. 64, 2. *vox sermonis ecclesiastici.*

i. q. ad diabolum pertinens, diabolo similis, a diabolo effectus sim.: 1 *de hominibus*: LVCIF. reg. apost. 3 p. 42, 5 *Salomo* et -is hominibus notatur haesisse. HIER. in Ion. 3, 6 p. 419 σύμφραγμα -um docentium in angulis et in puhlico denegantium. VVLG. III reg. 21, 13 viri. AVG. bapt. 3, 19, 27 *pro subst.* civ. 10, 11 cunctam -am societatem ... nosse. AVELL. p. 104, 9 accusator. BACHIAR. repar. laps. 1 exercitus. PALLAD. hist. mon. I 10 p. 286ᴮ principem -ae legionis. 2 *de rebus*: IREN. 5, 25, 1 -am apostasiam. COMM. instr. 1, 35, 23 legem. 2, 32, 12 germine -o . . . turbae pronatae. HIL. c. Const. 17 -i ingenii tui fallentem subtilitatem. in Matth. 6, 6 -ae potestatis spiritus (AMBR. in Luc. 4, 28 AVG. epist. 149, 26 *al.* SACR. Leon. p. 328). 16, 10 -ae artis (RVFIN. hist. 5, 16, 9 *al.* ZACCH. 1, 29 CASSIOD. compl. in act. 8, 9). 20, 7 -i instinctus (EVOD. epist. ad Val. 66 GREG. M. epist. 10, 3). 25, 2 -is instructus et operibus et dictis. op. hist. frg. 1, 4 -a fraude (PHOEBAD. c. Arrian. 1. 22 ZACCH. 2, 11 *al.* AVELL. p. 360, 18 *al.* SACR. Leon. p. 350 OP. imperf. in Matth. 6 p. 673 POMER. 3, 16, 2. GREG. M. epist. 4, 35 laqueo -ae fraudis. 6, 54 *al.* VITA Vedast. 7). LVCIF. Athan. 2, 6 p. 158, 1 tu, Constanti, turbo atque procella -a. moriend. 3 p. 290, 30 -i fluctus. non conv. 12 p. 26, 27 immundus ille *spiritus* -us (AVG. civ. 19, 23 gen. ad litt. 11, 2 p. 336, 3 PS. AVG. serm. 291, 1 EVGIPP. Sev. 22, 3). ATHAN. Lucif. epist. 6 p. 325, 21 frendores -os (*cf.* VITA Radeg. 2, 2 fremitu). PRISCILL. tract. 1, 1 p. 3, 5 obtrectatione. 1, 22 p. 19, 2 seductioni. 4, 81 p. 61, 16 temptationis (AVG. civ. 262, 2). 10, 136 p. 99, 11. PS. AMBR. laps. virg. 1, 4 animae ... a -a dominatione possidentur (CHROMAT. in Matth. 17, 4). paenit. 11. serm. 20, 5 mortem. 35, 3 deceptionis. MAXIMIN. c. Ambr. 45 adinventionem. HIER. tract. in psalm. 78 p. 67, 16 verbis rhetoricis et -is. 140 p. 268, 18 cogitationes. PAVLA Hier. epist. 46, 2, 3 frontis. VVLG. Iac. 3, 15 *sapientia* (δαιμονιώδης. PS. PRIMAS. in I Cor. p. 509ᴬ). DIDASC. apost. 9, 13 vitia. PELAG. in II Cor. 7 p. 790ᶜ paenitentia. in II Thess. 2 p. 872ᴮ versutia (RVSTIC. c. aceph. p. 1201ᴮ. *cf.* AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 62 astutia. LEO M. epist. 7, 1. CASSIAN. inst. 6, 13, 1 calliditatis). RVFIN. apol. Orig. praef. p. 547 machinationis (*cf.* VITA Radeg 2, 2 machinamenta). hist. 4, 7, 3 venena (PHOEBAD. c. Arrian. 1 virus). PS. RVFIN. in psalm. 24, 3 suasionibus (*cf.* AVG. in psalm. 54, 5 persuasione. FVLG. RVSP. epist. 17, 44 GREG. M. moral. 34, 17 PALLAD. hist. mon. I 36 p. 322ᶜ). 54, 6 tenebris. PAVL. NOL. epist. 29, 11 facibus. AVG. bapt. 5, 2, 2 discessio. civ. 8, 24 vi (gen. ad litt. 11, 28 p. 361, 6). 15, 5 invidentia (VITA Caes. Arel. 1, 28 invidia). 18, 50 furore. epist. 36, 12 calumniae. 82, 16 sacrilegia. 82, 20. 88, 3 vana et -a dissensione. 93, 16. 108, 8 vitium. 141, 2 hominum corda. 177, 18 impietas. 185, 14 doctrinae (APON. 2 p. 38). gen. ad litt. 11, 28 p. 361, 3 a -a passione immunis. 11, 29 p. 362, 12 opus (PASS. Petr. Paul. long. 18 τὰ ἔργα αὐτοῦ διαβολικά). serm. ed. Mai 55, 2 *Simon* -as pinnas sumpserat ut in caelum ascenderet. c. Iul. op. imperf. 4, 56. 5, 7 lihidinem. PHOEBAD. c. Arrian. 1 BACHIAR. repar. laps. 1 sagitta. ZACCH. 1, 36 malitiam (CASSIOD. in psalm. 101, 9). HESYCH. in lev. 4, 22—31 p. 829ᴮ iugum . . . servitutis -ae. CASSIAN. conl. 6, 10, 2 ab omni -a impugnatione securus (POMER. 3, 16, 3 *al.* APON. 3 p. 60). LEO M. serm. 28, 6 -arum inspirationum . . . mendacia (AVELL. p. 359, 12 ENNOD. epist. 2, 19, 1 p. 60, 4). 34, 4 -a Manichaeorum . . . impietas. AVELL. p. 137, 28. 358, 21. 362, 15 malignitas (FVLG. RVSP. epist. 17, 8). p. 364, 19 facinora. *al.* VAL. CEM. hom. 1. 4 -is occupatur officiis. 16, 2 praesumptionis. *ibid.* nequitiae. GILD. Brit. 67 chron. III p. 64, 2 illusio (BENED. reg. 53). SEDVL. op. pasch. 3, 27 p. 253, 14 superhiae. OP. imperf. in Matth. 19 p. 737 errorem. ENNOD. dict. 6, 3 p. 441, 9. epist. 1, 3, 8 p. 7, 1 vota. 4, 1, 1 p. 97, 10 certamen. *al.* VEREC. in cant. 2, 19 -is adulteriis. CASSIOD. in psalm. 32, 11 exitium. 45, 10 armis. 55, 5 mos. *al.* GREG. TVR. Franc. 10, 15 seditionem (PASS. Andr. long. 7). GREG. M. epist. 5, 41 p. 335, 2 temptatio -ae usurpationis. 9, 215 p. 201, 24 *haeresis* -a plantatione subrepsit. 14, 10 instigatione. moral. 23, 13 similitudini. NICET. symb. p. 53, 15 vanitati. PALLAD. hist. mon. I 13 irrisionibus. 20 ex -a suspicione. II 15 p. 370ᴬ. PASS. Petr. 11 captivitatis. VITA Caes. Arel. 1, 41 -a infestatione. 2, 18 flagris -is.

-um est: *seq. infin.*: PS. RVFIN. in psalm. 68, 5 eum autem qui non nocet odio habere non solum humanum non est, sed etiam -um. AVG. serm. 164, 10, 14 humanum est errare, -um est . . . in errore manere (*cf.* CIC. Phil. 12, 5 insipientis *est*). *seq.* ut: MVTIAN. Chrysost. hom. 26 p. 400 hoc -um est, ut ... superflue se quisquam in periculum iactet.

diabolōsus, -a, -um *a* diabolus. *i. q. diabolicus*: AVG. serm. ed. Mai 171, 2 -a et perniciosa consilia.

⁑diabolus, -ī *m.*, διάβολος. *formae*: diabulus: ITALA apoc. 2, 10. 20, 2. 9 (Primas.) Ioh. 6, 71 (cod. b). 8, 44. 13, 2 Matth. 4, 1 (cod. h) 25, 41 (cod. b) COMM. apol. 152 OPTAT. 5, 7 *R* HIER. epist. 1, 13, 1 *pars codd.* tract. in psalm. 90 p. 118, 3. 14 *al.* AVG. civ. 15, 23 p. 108, 30 *r.* 21, 23 p. 528, 5 *et* 14 *al. R* FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 11, 5 *al. P* BENED. reg. *passim* PASS. Fel. 1 p. 60, 18 *A D* PASS. Desid. 4 p. 631, 26 *al.* GLOSS. II 574, 31. zabulus: PS. CYPR. aleat. 5 *sqq. T v* COMM. instr. 2. 16, 7 *al.* LACT. mort. pers. 16, 5. 10 HIL. in Matth. 2, 3 *al. cf. adn. f Migne.* PRISCILL. tract. 1, 14 *al.* AMBR. fid. 1, 1, 8 HIER. epist. 1, 13, 1 *pars codd.* hom. Orig. in Is. 8, 1 p. 933ᶜ PAVL. NOL. epist. 1, 2. 9 AVG. civ. 15, 23 p. 108, 30 serm. ed. Mai 91, 2 PHOEBAD. c. Arrian. 5 PS. PHOEBAD. fid. 6 p. 43ᴮ GILD. Brit. 34 chron. III p. 46, 14 ORIG. in I reg. § 14 p. 1010ᴬ *al.* ASSVMPT. Moys. 10, 1. zabolus: COMM. apol. 775 *R* OPTAT. 2, 15 *P* PRISCILL. tract. 1, 21 *al.* HIER. epist. 39, 6, 1 *pars codd.* PAVL. NOL. epist. 1, 2 *O* LIB. geneal. chron. I p. 161, 9 *T* (*sacc. VII*). ziabolus: ITALA Matth. 13, 39 (cod. k). -um *pro nomin. v. p. 942, 67.*

per synizesin legitur dia- COMM. apol. 775. *altera syllaba longa est* PAVL. NOL. carm. 19, 528. *tertia syllaba in arsi* COMM. apol. 152 *cf. supra l. 67. de significatione*: TERT. anim. 35 p. 361, 4 *v. p. 941, 34* adv. Marc. 2, 10 p. 348, 3 -us id est delator. 5, 18 p. 642, 13.

LACT. epit. 22 (27), 6 -us id est criminator sive delator. inst. 2, 8, 6 HIER. in Eph. 4, 27 p. 511[B] in psalm. 108 RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 19 p. 557[C] apol. Orig. epil. 58 p. 632[B] AVG. quaest. hept. 4, 49 *a διαβολή* creditur etiam -us appellatus, tamquam accusator latine dicendus sit. EVCHER. instr. 2 p. 155, 17 ISID. orig. 8, 11, 18. ACT. Archel. 36 (32), 4 p. 51, 16 ex hoc enim appellatus est -us, eo quod ... in terris mandato dei obtrectator existeret. GLOSS. *διάβολος*. criminator. II 574, 31 comminator: -us adcontrarius. *vox sermonis ecclesiastici.* [*val.* diavol, *it.* diavolo, *francog.* diable, *hisp.* diablo. *M.-L.*]

loci scripturae sacrae selecti: ITALA Zach. 3, 1 (Cypr. testim. 2, 13) -us (*διάβολος*, VVLG. satan). *ceteri loci a* VVLG. *non diversi sunt.* VVLG. (*in* LXX *legitur διάβολος praeter duos locos, l. 14. 16*) III reg. 21, 13 adductis duobus viris filiis -i (*υἱοὶ παρανόμων*). psalm. 108, 6 -us stet a dextris eius. sap. 2, 24 invidia autem -i mors introivit in orbem *terrarum.* Sirach 21, 30 dum maledicit impius -um (*τὸν σατανᾶν*). Hab. 3, 5 et egredietur -us ante pedes eius. I Macc. 1, 38. Matth. 4, 1. 13, 39 inimicus autem, qui seminavit ea, est -us. 25, 41 qui *ignis* paratus est -o et angelis eius. Luc. 4, 2 temptabatur a -o. 8, 12 act. 10, 38. 13, 10 fili -i. apoc. 12, 9 serpens antiquus qui vocatur -us et satanas (20, 2). Eph. 4, 27 nolite locum dare -o. 6, 11 stare adversus insidias -i. I Tim. 3, 6 ne ... in iudicium incidat -i. 3, 7 ut non in opprobrium incidat et in laqueum -i (6, 9 in temptationem et laqueum -i. II Tim. 2, 26). Hebr. 2, 14 eum qui habebat mortis imperium, id est -um. Iac. 4, 7 resistite autem -o. Ioh. 8, 44 vos ex patre -o estis. 13, 2. I Ioh. 3, 8 ex -o est: quoniam ab initio -us peccat. *ibid.* opera -i. 3, 10 filii -i. Iudas 9 cum Michael archangelus cum -o disputans altercaretur de Moysi corpore. I Petr. 5, 8 -us tamquam leo rugiens circuit *cqs.* *loci scriptorum selecti*: TERT. anim. 10 p. 314, 24. 11 p. 316, 12 neque dei neque -i spiritus (ieiun. 11 p. 289, 26 spect. 8 p. 10, 7 HIER. epist. 49, 13, 4). 16 p. 322, 4 a -o immissio delicti. 20 p. 333, 9 deus dominus et -us aemulus (*cf.* ieiun. 16 p. 296, 11 divinorum aemulator. NICET. vigil. p. 65, 15). 35 p. 360, 25. p. 361, 4 sanctorum criminatorem et de ipso etiam nomine -i delatorem. bapt. 5 p. 205, 11 studium -i ... res dei aemulantis (HIER. epist. 42, 1, 3 *cf.* TERT. patient. 16 p. 23, 21). 9 p. 208, 11 -um dominatorem pristinum. cult. fem. 1, 8 a -o..., ab interpolatore naturae. fug. 3 ignea iacula -i (PRISCILL. tract. 10, 137 arcum persequentis -i et iacula. *cf.* TERT. adv. Marc. 3, 14 p. 399, 20 -i ignita tela. HIER. epist. 22, 17, 3 ignitae -i ... sagittae. 54, 7, 3. 65, 12, 3 PAVL. NOL. epist. 1, 2). adv. Hermog. 11 p. 138, 12 praeses *mali*, -us (*cf.* adv. Marc. 2, 14 p. 354, 10 auctorem malorum). idol. 2 p. 32, 5 -i ingenium (adv. Prax. 10 p. 241, 16). p. 32, 6 -i latitudines (altitudines *codd.*). 5 p. 35, 12 a serpentibus id est ab angelis -i (6 p. 35, 26 spect. 4 p. 6, 3 IREN. 4, 41, 2 AVG. civ. 5, 9. 21, 10. 17 *al.*). idol. 5 p. 35, 13 -um id est serpentem (adv. Marc. 3, 18 p. 407, 25 serpens -us. resurr. 28 p. 65, 16). 10 p. 40, 9 -i pompa (18 p. 52, 27 *al.* COMM. instr. 2, 18, 4. 2, 19, 16 AVG. symb. 3, 1 NICET. frg. p. 8, 2). p. 40, 24. 19 p. 53, 16 signo Christi et signo -i (AVG. in euang. Ioh. 7, 7). ieiun. 8 -o ... temptare quaerenti (orat. 8 p. 186, 19 PRISCILL. tract. 4, 80. 81 PHOEBAD. c. Arrian. 5 OROS. apol. 16, 4). adv. Marc. 2, 5 p. 339, 16 circumventum a -o. 2, 8 p. 345, 19 victorem efficit ... de ... -o. 2, 10 p. 348, 5 in creatorem ... ut in auctorem -i. p. 348, 15. 18. p. 350, 3 extinctionem -i. 2, 28 p. 375, 2 auctorem delicti -um (*cf.* AVG. nupt. et concup. 2, 4, 11). 3, 7 p. 387, 22 auctor ... Iudae traditoris, ... temptator (AVG. serm. 32, 11, 11). 3, 14 p. 399, 13. 3, 18 p. 407, 20. 4, 29 p. 521, 20 furem ... -um (OPTAT. 4, 6 *bis*). 5, 6 p. 589, 20 principi transgressionis -o. 5, 11 p. 613, 19 huius aevi deum (*Kroym.*, dominum *codd.*) -um (5, 17 p. 635, 3). p. 614, 17 deus *nationibus* illis -us est, non creator. 5, 17 p. 635, 6 -um habens operatorem. 5, 18 p. 642, 5 machinationes -i (*cf.* AVG. in psalm. 139, 7 machinamentis -i. SACR. Leon. p. 312). p. 642, 9 *sqq.* orat. 8 p. 186, 15 -i est infirmitas et malitia (PRISCILL. tract. 5, 83 AVG. civ. 11, 17 OROS. comm. 3). 23 p. 196, 23 ne quem -o locum demus. patient. 5 p. 6, 20 deus optimus, -us ... pessimus. p. 6, 29. p. 7, 22 circa -i circumscriptionem. p. 8, 10 illa semine -i concepta. 14 p. 21, 15 omnem -i vim. p. 21, 25 feretrum deus de -o extruxit. 15 p. 23, 5 adv. Prax. 1 p. 227, 1. 228, 12 negotia -i (spect. 18 p. 20, 7). pudic. 9 p. 236, 31. 14 p. 248, 27. resurr. 25 p. 61, 10 -o in abyssum ... relegato (*cf.* AVG. civ. 20, 7). 58 p. 118, 24. scorp. 6 p. 156, 7 evulsum ... hominem de -i gula. spect. 4 p. 6, 3 renuntiasse nos -o (OPTAT. 5, 7 PRISCILL. tract. 1, 14 AVG. agon. 1, 1). 9 p. 11, 8. 15 p. 17, 20. 16 p. 18, 4. 24 p. 24, 14. 25 p. 25, 17 de ecclesia dei in -i ecclesiam. 26 p. 26, 3. 27 p. 26, 15. 21 adv. Val. 22 p. 200, 4 *al.* PASS. Mar. Iac. 2 p. 48, 12 rabies -i infestantis. 5 p. 51, 16 magistratibus -i sacerdotibus. p. 52, 6 -i venenato sensu et deiciendi artibus. *al.* IREN. 1, 5, 4 -i virtutem (FILASTR. 2, 1 HIER. epist. 7, 3, 2. 22, 11, 4 AVG. civ. 20, 19 CASSIOD. in psalm. 9, 6). 4, 41, 2 filii ... -i (COMM. instr. 2, 16, 7. HIL. in Matth. 26, 2 antichristus -i filius. PRISCILL. tract. 1, 28 AVG. in epist. Ioh. 4, 10). *al.* PS. CYPR. aleat. 5 -i laqueus (AVG. civ. 14, 11). *al.* COMM. apol. 152 inventiones -i. 775 invidiā -i. PRISCILL. tract. 3, 71 AMBR. epist. 12, 4 HIER. epist. 21, 1, 2 LIB. geneal. chron. I p. 161, 9. LACT. epit. 22 (27), 11 -i satellites. inst. 2, 14, 3. 5 *immundorum spirituum* idem est -us princeps. mort. pers. 2, 8 *Nero* ⟨ut praecu⟩rsor -i. 16, 5. 10 a te -us victus est (PS. MAR. VICTORIN. hymn. 2 p. 1143[B] *al.*). FIRM. err. 4, 3 scelerata -i lege. 5, 1 (*bis*) maculosis -i insignibus. 13, 4 qui *daemones* -i procreatione generantur. 18, 1 -i disciplina. 27, 3 lignum -i (*opp.* lignum crucis). *al.* MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 15 p. 1049. HIL. c. Aux. 8 -i commenta. trin. 6, 10 Manichaeus ... -i ... assertor. *al.* PS. HIL. libell. 6. 12 pugna -i (*cf.* HIER. epist. 64, 1, 4 pugnam contra -um. AVELL. p. 247, 27). OPTAT. 2, 15 *al.* SERM. de confusione -i (*qui extat*). PRISCILL. tract. 1, 20. 3, 67 *natura* -i (AMBR. in Luc. 4, 61 AVG. civ. 19, 13. 22, 24 gen. ad litt. 11, 17 p. 436). 3, 69 redarguitio -i. 7, 115. 10, 132 *al.* FILASTR. 115, 6. 7 *bis al.* TYCON. 7 p. 70 *sqq. passim.* AMBR. epist. 70, 23 exhort. virg. 6, 36. in Luc. 4, 61 -*i* opera (LEO M. serm. 27, 2 *al.*). 4, 11 laqueum fraude -i praeparatum (parad. 12, 59). 7, 115 potentiam -i. parad. 12, 59 -i artes (HIER. epist. 50, 5, 3). *ibid.* temptamenta -i. in psalm. 35, 27 impii membra sunt -i. 36, 56. 43, 54 saevissimus rex -us est (AVG. civ. 18, 41 -i regis. in psalm. 90, 9). 118, 37 esca -i luxuria est. *al.* AMBROSIAST. in Roman. 7, 8 *al.* HIER. epist. 2, 4. 3, 5, 1. 14, 5, 2. 14, 6, 2 -us pirata. 22, 4, 1 adversarius noster -us (*cf.* AVG. civ. 14, 13 in *Christi* adversario qui est -us. serm. 9, 4, 4 ALC. AVIT. hom. 7 p. 114, 24 *cf. p. 941, 8*). 22, 4, 4. 22, 26, 3. 22, 28, 1 argumenta -i. 22, 38, 7. 23, 2, 1. 36, 16, 2. 39, 3, 7 -i ancilla. PAVLA Hier. epist. 46, 7, 1. HIER. epist. 54, 13, 1 chorum -i. 60, 11, 3. 61, 2, 1 de -i paenitentia. 61, 3, 1 zelo -i. 61, 4, 2. 3. 65, 11, 2 de -i eripiens potestate (AVG. lib. arb. 3, 10, 29 AVELL. p. 98, 7). hom. Orig. in Is. 8, 1 p. 933[C] in iudicium incidemus -i (OROS. apol. 22, 2). tract. in psalm. 1 p. 7, 27 aura -i. 107 p. 184, 3 *al.* RVFIN. hist. mon. 20 p. 443[A] in haec -i blandimenta (ENNOD. dict. 5, 9 p. 439, 24). *al.* PAVL. NOL. carm. 19, 528. AVG. agon. 1, 1 praevaricatores angeli, quorum -us princeps est (*cf.* correpl. 10, 27 gen. ad litt. 3, 10). civ. 4, 26. 5, 18 ab iniquitatis et mortis et -i dominatu. 11, 13. 15 Esaias sub figurata persona principis Babyloniae -um notans. 14, 3 -us fornicator vel ebriosus. *ibid.* factus est homo similis -o. *al.* 17, 16 civitas -i Babylon (CASSIOD. in psalm. 47, 1 *cf.* AVG. civ. 17, 20. 20, 11. 21, 1). 20, 8 de alligatione et solutione -i. 20, 9. 11. 13 et regnum sanctorum et vinculum -i. 20, 14 de damnatione -i. 21, 17 ad liberationem ... -i. 21, 23 -i ... perpetua futura supplicia. 21, 24 cur ... pro -o ... oret ecclesia *eqs.* contin. 5, 13. epist. 23, 5 tantus -i triumphus. 39, 2. in euang. Ioh. 43, 11 homicida dicitur -us. 43, 12. 13. c. Faust. 12, 32 regna -i (serm. 71, 2, 4). gen. ad litt. 11, 24. 31. tit. p. 441 de corpore mystico -i. gen. c. Manich. 2, 14. in Iob p. 553, 14 *bona* temporalia ... aut antichristi aut -i. c. Iul. 2, 8, 27 -i adversus nos indesinens bellum. 4, 7, 38 -i persecutionibus. 6, 19, 58 -um substantiae conditorem. 6, 19, 59 vitiatorem substantiae. 6, 20, 64 subditur ... creatura dei -o. 6, 20, 65 rebellare -o. c. Iul. op. imperf. 3, 46. 4, 77 mundi ... princeps. lib. arb. 3, 25, 75. in psalm. 33, 4 in figura Christi David sicut Golias in figura -i. 71, 7. 97, 6 malleum universae terrae -um voluit *deus* intellegi. in psalm. 48 serm. 2, 2. serm. 4, 8, 9 -us princeps peccatorum (12, 2, 2). 4, 9, 9. 4, 22, 22. 4, 32, 35 superbiam -i (*opp.* humilitatem dei). 4, 33, 36. 93, 3, 4 *ecclesiae* virginitatis corruptor -us. 216, 6, 6 expulsio -i. 263, 1. serm. dub. 367, 5 inter -i saevientis insidias. serm. ed. Mai 91, 2 *al.* AVELL. p. 8, 20. 10, 1. 29, 5. 123, 20 imitator -i. p. 140, 8. 359, 26. 415, 13. 25 victor -i Christus. p. 456, 12 templum -i (*opp.* templum dei). p. 510, 9 importuna -i commixtione. p. 512, 23 *saepius.* SVLP. SEV. *saepius.* VICTRIC. 27 omnis -i impetus. PS. PHOEBAD. 6 p. 43[B] BACHIAR. repar. laps. 9. OROS. apol. 17, 5 morte devicta et -o triumphato. 20, 1 sollicitudo -i. hist. 7, 29, 2 adversus deum verum -i insectatio. EVCHER. form. 4 p. 24. 25, 14 (*cf.* POMER. 2, 3, 4) *al.* LEO M. serm. 47, 2 -i ... astutia. 57, 5 ad mortiferum -i ... auxilium. 69, 5 -i cavete versutias. *ibid.* tot species -i quot simulacra mendacii. 70, 5 inimicitiam -i (*opp.* pacem -i). 89, 3 -i dolos. *al.* GILD. Brit. 34 chron. III p. 46, 14 ut vas ... vertatur in -i organum. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 190[B]. CLAVD. MAM. anim. p. 164, 19 iuxta -i casum. FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 32, 10 in -i transisse consilia. 1, 11 p. 39, 12 in partem -i commutari. *al.* VICT. VIT. 3, 22 ministri -i. *al.* OP. imperf. in Matth. 2 p. 637 ALC. AVIT. hom. 8, 1 p. 119, 7. ENNOD. dict. 6, 8 p. 442, 16 diro -i ... imperio. *al.* CASSIOD. Didym. in I Ioh. p. 1789[C] in psalm. 73, 13. 97, 7. 103, 26. 27 deus enim quem ... abicit fit -i pabulum. 117, 9 var. 2, 40, 11 *al.* GREG. TVR. Franc. 5, 14 credi non debent, quae -um repromittit. *in imagine de homine nequissimo*: TERT. carn. 17 enixa est *Eva* -um fratricidam (*i. Cain*). VVLG. Ioh. 6, 71 ex vobis unus -us est (*διάβολος, de Iuda Iscariota*). CASSIOD. in psalm. 73, 13 nam hodieque quem pessimum intellegi volumus -um nuncupamus. 139, 1.

syn.: adversarius (dei, Christi, noster), apostata angelus, dei aemulus, pravus antitheus, caput malorum, cosmocrator, criminator, daemoniarches, huius aevi deus, dominator terrae, draco, dux damnatus, fur, furcifer, homicida, hostis noster, inimicus divini nominis *vel* humani generis, iniquus (*subst.*), insidians (*subst.*), latro, leo, malevolus (*subst.*), malignus (*subst.*), malus (*subst.*), nequissimus (*subst.*), princeps daemonum (*vel* mundi), satanas, serpens, spiritus immundus *al.*

deriv.: diabolicus. diabolosus. *Pflugbeil.*

diacantharida, -ae *f.* *nomen medicamenti a διὰ κανθαρίδος fictum.* CHIRON 922 -as sic compones.

diacatochia, -ae *f.* [*a* diacatochus, *cf. gr.* διακατοχή. *Th.*]. *i. q. possessio*: COD. Theod. 5, 13, 30 (*a. 386* = COD. Iust. 11, 59 [58], 7, 2) ad -ae vicem defectas possessiones patrimonialis iuris accipiat.

diacatochus, -ī *m.*, *διακάτοχος.* *i. q. possessor fundi patrimonialis*: Cod. Theod. 10, 16, 1 (*a. 365*) de -is quosdam comperimus ita fiscales rationes, ut *eqs.*

diachrisma, -atis *n.*, *διάχρισμα.* Gloss. -a gargarismus. *i. q. inunctio*: Plin. Val. 1, 50 si cervix doluerit, de -e calido oportet ungere. Cass. Fel. 35 -a stomaticon id est illinimentum ori conveniens. 37 hoc est illinimentum quod appellant *διὰ τῶν χελιδόνων.* Diosc. 3, 23.

diachysis, *acc.* -in *f.*, *διάχυσις.* *i. q. diffusio*: Cael. Avr. chron. 1, 1 eo tempore, quo cibamus, adhibenda quoque animi laxatio quam -in vocant.

diachyticus, -a, -um, *διαχυτικός.* *i. q. vim diffundendi habens*: Diosc. 1, 82 (*cf.* 1, 72 W.) est ei *pici* virtus diaquetica, quia mari siccatur. 5, 134 virtus est omnibus *salibus* -a (dialectica *trad., corr. ex gr.*). 5, 186.

diachyton *n.* [**διάχυτον. Th.*]. *genus vini, quod describitur a* Plin. nat. 14, 84.

diacolea, *acc.* -an *f.* *nomen herbae chamaemeli*: Ps. Apvl. herb. 24 Graeci quidam chamaemelon, alii parthenion, alii -an. *cf.* Gloss. III 560, 7 diacolofam camimela.

diācōn, -ōnis *m. v.* diaconus. **diācona,** -ae *f. v.* diaconus.

diāconālis, -e *a* diaconus. *quod ad diaconum pertinet*: Conc. Aurel. a. 533 p. 63, 21 -is benedictio.

⁂**diāconātus,** -ūs *m. a* diaconus. *i. q. munus diaconi*: Ambrosiast. in I Tim. 3, 9 post episcopum tamen -ūs ordinationem subiecit (3, 12). Hier. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 971. epist. 22, 28, 3 ad ... -um ambiunt (= Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 5). Pelag. in I Tim. 5 p. 883[d] ministerio -us praeponere (Op. imperf. in Matth. 53 p. 934 Pass. Thom. 118, 22 Greg. M. epist. 1, 19. 4, 14 Conc. Lyd. a. 583 p. 154, 6). in Rom. 12 p. 701[c] -us officii (Ps. Avg. serm. 30, 1 Svlp. Sev. moral. 5, 2 Max. Tavr. hom. 74 Pallad. hist. mon. II 15 p. 370[a]). Cassian. inst. 11, 14 Epist. pontif. Thiel Simplic. 12. Leo M. epist. 1, 5 nec in presbyteratus gradu nec in -us ordine nec in subsequenti officio clericorum (Greg. M. epist. 5, 57[a] *al.*). Ennod. opusc. 3, 34 p. 339, 12 Greg. Tvr. Franc. 4, 6. Novell. Maior. 7, 7 intra -us gradum locatus. Greg. M. epist. 5, 35. Conc. Aurel. a. 524 p. 37, 2 -us honor. 533 p. 63, 17 -us benedictionem ... acceperunt. Corp. VIII 23563. Carm. epigr. 796, 4 -i (*sic*) gratia.

⁂**diāconia,** -ae *f.*, *διακονία.* *i. q. officium vel dignitas diaconi*: Didasc. apost. 67, 17 quomodo possumus de mulieribus ministrationem decernere, nisi -am (*πῶς οὖν δυνάμεθα περὶ γυναικῶν διακονίαν ὁρίσαι, εἰ μή τι διακονίαν*). Cassian. conl. 21, 1, 2 *al.* Novell. Iust. 6, 6 Theod. Mops. in I Tim. 3, 1 Greg. M. epist. 2, 1. 5, 25. 10, 8. *inde metonymice i. quod a diaconibus colligitur et dispensatur pauperibus, collecta*: Cassian. conl. 18, 7, 8 dum -am nostris fratribus deferimus. 21, 8, 1 cum decimas frugum suarum solitus esset -ae ... pendere. Greg. M. epist. 5, 25 dicitur ... velle aliquid in -a (*pro* -am) quae ibidem constituta est emere. 10, 8 quod annonas atque consuetudines -ae quae Neapoli exhibetur ... subtraxerit (11, 17 mensis pauperum et exhibendae -ae eligimus ... quod ad mensas pauperum vel -ae exhibitionem percepisti).

diāconicus, -a, -um, *διακονικός.* *i. quod ad diaconum pertinet*: Cod. Theod. 16, 5, 30 pr. (*a. 396* = Cod. Iust. 1, 5, 3 pr.) *loca* quae -a appellantur vel etiam decanica. *subst. n.* diāconicum, -ī *fere i. q. locus diaconi*: Theod. Mops. in I Tim. 3, 15 alii vero intra -um praeparant quae ad -um pertinent ministrare. Canon. Migne 67, 167[b] quod non oporteat subdiaconos habere locum in -o et dominica vasa contingere. *nota*: Gloss. -o ministerio.

⁂**diāconissa,** -ae *f.* [*διακόνισσα. Th.*]. *i. q. mulier ministrans*: Itin. [Silv.] 23, 3 sancta -a. Pelag. in I Tim. 3 p. 880[c] in Rom. 16 p. 714[d] Epiphan. Hier. epist. 51, 2, 2 Rvfin. hist. 10, 6 p. 969, 4 Didasc. apost. 66, 34. Cod. Theod. 16, 2, 27 pr. (*a. 390* = Cod. Iust. 1, 3, 9) -arum consortium. 16, 2, 28 (*a. 390*). 5, 3, 1 (*a. 434*) *al.* Cod. Iust. 1, 3, 53 (54) pr. *al.* Novell. Iust. 6, 6 Ps. Primas. in I Tim. p. 665[c]. 668[a] Greg. M. epist. 13, 50 Theod. Mops. in I Tim. 5, 9. Pallad. hist. mon. I 29 -am honestissimam. *al.* Pass. Matth. 259, 29 Corp. V 6467, 2 (*a. 539*). III 12885 Conc. Turon. a. 567 p. 128, 4. Gloss. -a quam diaconus habuit.

⁂**diāconium,** -ī *n. a* diaconus. *i. q. diaconatus*: Iren. 1, 26, 3 ad -um ab apostolis ordinati sunt. Cypr. epist. 52, 1 -o sanctae administrationis amisso. Siric. epist. 13 p. 1142[d] ad -i gradum accedat (Leo M. epist. 12[a], 3). Ps. Ambr. act. Seb. 68 -i honore (Ps. Avg. quaest. test. I 101, 4). Ps. Avg. quaest. test. I 101, 7 -i ordo (Canon. Migne 56, 764[d]. Greg. M. epist. 2, 1). Pavl. Med. vita Ambr. 46 -i funguntur officio (Sacr. Leon. p. 423. 424 Greg. M. epist. 1, 81). Epist. pontif. Thiel Gelas. 1, 5 frg. 6 Avell. p. 447, 16 Canon. Migne 56, 501[a]. 513[a]. 821[a]. Max. Tavr. serm. 85 -i meruit ... electionem. Ennod. opusc. 3, 26 p. 337, 12 epist. 4, 21 p. 113, 24. *i. q. locus ecclesiae ubi diaconi consistunt, diaconicum*: Optat. 1, 19 p. 21, 14 in -o lector.

⁂**diāconus,** -ī *m.*, *διάκονος.* **diācōn,** -ōnis *m.* [*a gr. διάκων* (*pro διάκονος*). *Th.*]. *formae secundae et tertiae declinationis promiscue haberi solent, quamquam propter compendium (v. infra) non ubique discerni possunt; sed multo usitatiores esse videntur* -us, -i, -o, -es (*nom. plur.*) -um (*gen. plur.*) -bus. *raro gen. sing.* -is: Avell. p. 647, 5. *dat. sing.* -i: Corp. XI †2561 *et gen. plur.* -orum, *ex. gr.*: Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 107[a] Isid. epist. 1, 12 eccl. off. 2, 8, 1. *certum exemplum dat. abl. plur. in* -is *decst, pari fere numero leguntur* -cm *et* -um, -es *et* -os. *scribitur* ziaconus: Corp. VIII 23044[a]. zaconus: Corp. III 2654. zacones: Comm. instr. 2, 26, 1. diacunus: Inscr. christ. Hisp. 120 (*a. 643*) Corp. XI †2885. XIII 2379. diaconos (*nom. sing.*): Itala Marc. 10, 43 (cod. k. *διάκονος*, Vvlg. minister). dihaconus: Corp. XIII †5359. *notatur* diac. *ex. gr.*: Corp. III 2661. X 1013. 1357. 7201. 7789 (*saec. IV*), *persaepe etiam in libris, velut* Hil. ad Const. 1, 8. diaus: Corp. XIII † 7653. *synizesin exhibet*: Damas. epigr. 20, 5 dīăcŏnŭs hic Tigridas. Pavl. Petric. Mart. 1, 187 abnuit ut saltīm dīăcŏni clarescat honore (*sic in thesi*: 2, 71. 4, 34. 5, 660. 670). *legitur inde ab* Itala *v. l. 7 et* Tert. [*venct.* zago. *M.-L.*]

i. q. minister, in cursu honorum praecedit presbyterum: Hil. op. hist. frg. 2, 7 in maiorem provexerunt gradum, -es quidem in presbyterium, de presbyterio autem in episcopatum (Optat. 1, 13 p. 15, 18. Hier. in Is. 19, 18 quinque ecclesiae ordines: episcopos, presbyteros, -os, fideles, catechumenos. Epist. pontif. Migne 20, 671[a]). Evcher. instr. 2 p. 160 -us minister (Pallad. hist. mon. 2, 8. Isid. orig. 7, 12, 22 hi *levitae* graece -es, latine ministri dicuntur. Gloss. -us minister). Epist. pontif. 636 Thiel Gelas. 14, 2 post tres menses existat acolythus . . . sexto mense subdiaconi nomen accipiat ac si modestae conversationis honestaeque voluntatis existit, nono mense -us completoque anno sit presbyter. Theod. Mops. in I Tim. 3, 10 -os dixit, commune vero hoc nomen est etiam mulieribus. Tert. bapt. 17. Ps. Tert. haer. 1 p. 215 hic de septem -bus ... fuit (Hil. in Matth. 25, 2 Ambrosiast. in I Tim. 3, 8/10. 12/13 Avg. serm. 99, 10. 266, 4. 5 Praedest. 1, 4 p. 589[b] *al.*). Itin. [Silv.] 10, 3 *saepe* Hil. c. Const. 11 *al.* Optat. 2, 18 p. 52, 4 -i catholici (Leo M. epist. 111, 3 p. 1022). Amm. 14, 9, 7 inductus est, ut appellant Christiani, -us. Hier. epist. 146, 1 ut -os presbyteris i. e. episcopis anteferret. 146, 2 -os paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit *eqs. al.* Epiphan. Hier. 51, 1, 3 ordinavimus -um (Rvfin. hist. mon. 19 p. 441[a] Avg. serm. 315, 1 *saepe*). Vvlg. Phil. 1, 1 (*cf. vol. IV p. 127, 66*). I Tim. 3, 8 -os similiter pudicos, non bilingues. 3, 12. Rvfin. epist. Clement. 5 per -os edocendi sunt *laici*. 12 -i ... ecclesiae tamquam oculi sint episcopi. Avg. civ. 22, 8. epist. 43, 17 -us ab . . . episcopo degradatus. *al.* Svlp. Sev. chron. 2, 36, 1 *al.* Evgen. 1, 4 -es chrismare persensimus (2, 11). Cod. Theod. 12, 1, 49. 63 Iust. 1, 3, 49 pr. 1 *al.* Novell. Iust. 123, 10, 1 *al.* Ven. Fort. carm. 4, 15, 3. Pallad. hist. mon. 1, 35 p. 321[a] sancti -es. Greg. M. epist. 3, 6 deicctum honore suo -um. 5, 35 -us factus est. 6, 11 -em . . . constituere cardinalem. *persaepe.* Orig. in Matth. 18, 10 -i . . . septem archangeli sunt dei *eqs.* Isid. orig. 7, 12, 22 sicut in sacerdote consecratio, ita in -o ministerii dispensatio habentur. *passim.* *persaepe in titulis Christianis, ex. gr.*: Corp. III 2654. 14368[9]. V 1587. 1623. 4842. VIII 23325. XII 1501. 2700. 5336. XIV 1943. 1944. *f.* **diācona,** -ae *i. q. diaconissa*: Ambrosiast. I Tim. 3, 11 Ven. Fort. vita Radeg. 1, 12 Conc. Epaon. a. 517 p. 24, 6 veduarum consecrationem, quas -as vocitant (= Turon. a. 567 p. 130, 29).

deriv.: diaconalis — diaconium. *comp.*: archi-, con-, hypo-, pseudo-, subdiaconus.

diacopē, -ēs *f.*, *διακοπή.* *t. t. grammaticorum i. q. tmesis*: Char. gramm. I 275, 10 -e est diductio compositae dictionis interposito extrinsecus verbo ut (*Verg. georg. 3, 381*) 'septem subiecta trioni', cum iungi debeat septemtrioni (Diom. gramm. I 460, 30) Diom. gramm. I 460, 25 -e vel, ut quidam, tmesis. *i. q. διαστολή*: Ps. Ivl. Rvf. schem. lex. 11 p. 50, 33 -e sive *διαστολή* est, cum inter duo eadem verba diversum ponitur aliquid medium, ut (*Verg. georg. 4, 358*) '. . . divum inclementia, divum . . .' latine dicitur separatio.

diacopon *medicamentum v. p. 939, 23.*

[**diacoposis** Pelag. Greg. M. epist. app. 2 *v.* diatyposis.]

diacopus, -ī *m.*, *διάκοπος.* *i. q. meatus incisus*: Vlp. dig. 47, 11, 10 chomata et -i qui in aggeribus (*sc. Nili*) fiunt (*sc. ad aquam in loca remotiora transferendam*).

diacridium *v.* dacrydium.

⁂**diadēma,** -atis *n.*, *διάδημα.* *formae primae declinationis leguntur*: Pompon. Atell. 164 Apvl. met. 10, 30 Epit. Alex. 113 Lvcif. non parc. 29 p. 272, 23 (-am *corr. ex* -um) Iord. Rom. 234. 352 Lib. geneal. chron. I p. 184, 450 Greg. Tvr. Franc. 1, 47. 2, 38. *cf.* Pomp. gramm. V 197, 13 Graeci dicunt ... hoc ... -a, Latini dicebant ... haec ... -a. *de neutro cf.* Char. gramm. I 52, 3 neutralia quae in 'a' veniunt plus quam L sunt, sed omnia Graeca velut ... -a (Dvb. Nom. gramm. V 577, 30 Gramm. suppl. 44, 23 *adn.*). *nota*: Char. gramm. I 42, 32 dicimus . . . -tum, -orum (*deest exemplum*). *de significatu*: Isid. orig. 19, 31, 1 -a est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum quod iu se circumactis extremitatibus retro astringitur et exinde graece dictum quod praeligetur (*fort. in animo erat* anadema). Gloss. -a *διάδημα πεξίδιον βασιλικόν.* vitta capitis regalis (*cf. Daremberg-Saglio III 119—121*). -a quod consules in capite utuntur in modum coronae. *legitur inde a* Catone, *singulis locis* Pompon. Hor. Sen. Lvcan. Anth. Damas. (*?*) epigr. Rvt. Nam. Prisc. *saepe* Stat. (*10[ies]*) *et passim apud* Eccl.

I ***proprie:*** **A** *generatim i. q. vitta, fascia, corona, ornamentum capitis*: CATO orig. 113 mulieres opertae auro purpuraque: arsinea, rete, -a, coronas aureas *eqs.* PLIN. nat. 8, 78. 11, 51 in fronte macula quodam -e candicans. TAC. ann. 6, 37 Euphraten ... in modum -is sinuare orbes. AVSON. 325, 42 errat ... cum face et astrigero -e Luna bicornis. CLAVD. 10, 167 bacis -a ferebat intextum (*de donis nuptialibus*). AVG. serm. ed. Mai 63, 2 ubi ornamenta *divitum*, ubi anuli ... ubi -ta pretiosa sunt. MART. CAP. 1, 7 -a quod Aeternitati ... detraxerat capiti eius (*sc. Psyches*) apposuit (2, 114 apponit vertici -a virginale [*sc. mater Phronesis Philologiae*]). 1, 67 gemmis insitum -a. RVT. NAM. 1, 117 aurea turrigero radient -ta cono. ALC. AVIT. hom. 7 p. 117, 14 inter aurea serta gemmataque -ta. ENNOD. opusc. 6, 8 p. 404, 20 ex variis gemmis una -is solet constare formatio (*praecedit* serta). 6, 24 p. 409, 27 det veniam feminarum -a praesumenti. GREG. TVR. Franc. 1, 47 nec cerno -as gemmis ... coruscantes. CORIPP. Iust. 2, 89.

B *speciatim*: **1** *i. q. vitta regalis, insigne capitis regium, purpurea imperatorum, hic illic etiam episcoporum insigne, plerumque candidum* (*cf.* PAVL. FEST. p. 31 quod in capite album habeat instar -is) *vel etiam album purpureo distinctum*: PLIN. nat. 7, 191 *Liber* -a, regium insigne ... invenit. GRACCH. trag. 3 purpuram et -a (*fort. est oratoris.* LIV. 24, 5, 4). CIC. Phil. 2, 85 -a ostendis ... unde -a? non enim abiectum (VAL. MAX. 5, 1, 9. OROS. hist. 6, 3, 7 -e et tiara abiectis) sustuleras (TAC. ann. 15, 29 sublatum capiti -a. RVF. FEST. 14), sed attuleras domo ... -a imponebas (2, 86. 3, 12. 5, 38. 10, 7. 13, 7. VAL. MAX. 7, 2 ext. 5 capiti. QVINT. inst. 9, 3, 61 SVET. Tib. 9. Nero 13 tiara deducta -a imposuit *Armeniae regi.* VIR. ill. 85, 1 PS. AVR. VICT. epit. 3, 8. AMM. 29, 5, 20 torquem pro -e capiti imposuit Firmi. SCHOL. Germ. Bas. p. 89, 4 [*ex Nigidio*]. VVLG. II par. 23, 11. I Macc. 1, 10. 11, 54 capiti. *al.* SVLP. SEV. chron. 2, 30, 2 capiti. dial. 2, 6, 2 HIST. Apoll. 46 rec. A B. GREG. TVR. Franc. 2, 38 vertici). NEP. Eum. 7, 2 cum sceptro et -e. HOR. carm. 2, 2, 21 regnum et -a (*hendiadys. spectat et ad Phraatem et ad Stoicorum regem*) tutum deferens uni (FLOR. epit. 3, 4, 7 *Gracchi* regnum sibi et -a poscentis. MART. CAP. 5, 429 [*in imag.*] *Rhetoricam* -tum gemmas regnorumque fundentem ... sequebatur agmen). LIV. 40, 12, 16 an ut cruentum -a fraterna caede gererem? 45, 19, 16 ex fraterna caede raptum -a in templo ... posuerit (STAT. Theb. 11, 227). VAL. MAX. 5, 1, 9 -a quod abiecerat capiti reponere iussit. 5, 7 ext. 2 -a in caput eius transtulit ... delapsum -a est. 5, 7 ext. 2 -a sumere iussit (SVET. Cal. 22. PROSP. chron. I p. 403, 293 -is sumpsit insigne. ALC. AVIT. carm. 6, 546). 6, 2, 7 cui candida fascia crus alligatum habenti Favonius non refert ... qua in parte sit corporis -a ... regias ei vires exprobrans. SEN. Thy. 599 donat -a fronti. CVRT. 6, 6, 4 purpureum -a distinctum albo ... capiti circumdedit. 10, 6, 4. 11. 10, 8, 20 -a detrahit capiti. LVCAN. 5, 60 cingere Pellaeo (*i. Aegyptio*) pressos -e crines (ANTH. 83, 140 sacro -e crines cinxit. PRVD. c. Symm. 2, 431 caput augustum -e cinxit *Romā.* DRAC. Orest. 306 CORIPP. Iust. 1, 38). STAT. silv. 3, 3, 51 (*in imag.*) premit felix regum -ta Roma. 4, 6, 62 (*in imag.*) *qua* -ta dextrā abstulerat dederatque et magnas verterat urbes *Alexander.* Theb. 1, 82 indue quod madidum tabo -a ... unguibus abripui. 2, 457 captivo ... humum -e pulses. 9, 163 exutum ... lacero -e crines. 10, 76. MART. 6, 10, 7 tribuit -ta (*plur. poet.*) Dacis. IVV. 8, 259 trabeam et -a Quirini et fasces meruit. 13, 39 posito -e (*de Saturno.* HEGES. 1, 33, 1 deposito -e [AVG. in psalm. 65, 4 PASS. Barth. p. 147, 8]. PRVD. apoth. 491). TAC. ann. 6, 43 delectum capiendo -i diem. 15, 2 -e caput Tiridatis evinxit. 15, 24 accipiendo -i (TREB. trig. tyr. 30, 2. VVLG. Esth. 6, 8 regium -a super caput. LIB. geneal. chron. I p. 184, 450). SVET. Iul. 79 -a reppulerit. Tit. 5 -a gestavit. FLOR. epit. 4, 11, 3 -a deerat, ut regina rex et ipse frueretur. APVL. apol. 22. met. 10, 30 caput stringebat -a candida, ferebat et sceptrum (*sub specie Iunonis*). TERT. adv. Marc. 3, 19 p. 408 quis omnino regum insigne potestatis suae humero praefert et non aut capite -a aut manu sceptrum? PANEG. 2, 43 capiti -a decutitur (*sc. ducibus*). LAMPR. Diad. 4, 3 -a tenue, sed ... forte *habuit.* Heliog. 23, 5 -e gemmato. EPIT. Alex. 113 purpuream induunt caputque -ā vinciunt. FIRM. math. 4, 19, 18 -bus aut aureis (HIER. epist. 65, 15, 1 *al.*) coronarum infulis coronatos. DON. de com. 8, 5 Achillis et Neoptolemi personae -a habent, quamvis numquam sceptra tenuerunt. PS. AVR. VICT. epit. 35, 35 iste (*sc. Aurelianus*) primus apud Romanos -a capiti innexuit. 41, 4 *Constantinus* caput exornans perpetuo -e. VIR. ill. 64, 7 quasi -a posceretur. LVCIF. non parc. 29 p. 272, 23 vereri regni tui -am. AVSON. 1, 3 come serenatam duplici -e frontem. AMM. 19, 1, 3 aureum capitis arietini figmentum interstinctum lapillis pro -e gestans (20, 9, 19). 20, 4, 17. 21, 1, 4 ambitioso -e utebatur lapidum fulgore distincto. 26, 4, 3. 27, 12, 4 potestatem detulit gentis -e addito. SERV. Aen. 11, 334 -a, ut aliarum gentium reges, non habebant *Romani.* HIER. epist. 64, 3, 1 -e ornatus est regio. 64, 16, 3 in -e principis Tyri. VVLG. II reg. 1, 10 tuli -a quod erat in capite (12, 30). IV reg. 11, 12 posuit super eum -a (Esth. 1, 11 super caput. 2, 17 -a regni in capite). cant. 3, 11 Salomonem in -e. sap. 5, 17 (*in imag.*) accipient regnum decoris et -a speciei (διάδημα τοῦ κάλλους). 18, 24. Sirach 11, 5 portavit (I Macc. 8, 14 DIDASC. apost. 27, 26). Is. 62, 3. I Macc. 6, 15 dedi. 12, 39 assumere (AVG. civ. 18, 45 SVLP. SEV. chron. 2, 26, 3 OROS. hist. 7, 40, 6). apoc. 12, 3 in capitibus *draconis* -ta septem (13, 1 super cornua eius decem -ta. 19, 12 in capite eius -ta multa). PRVD. perist. 4, 21 -a pulchrum offeres Christo. 10, 765. c. Symm. 1, 33. 422 rutilum frontis -a retundit (*de Roma sub specie personae inducta*). CLAVD. 7, 84 sacro ... ornat -e crines (*saepe cum hoc epitheto*). 8, 19 -ta mundo sparsit. 8, 167 -ta dedit (CORIPP. Iust. 2, 180. 10, 259 -a resume. AVG. civ. 10, 18. serm. ed. Mai 11, 2 caput imperatorum istius saeculi (*i. mundi*) ornat -a. in psalm. 73, 6 pretiosius est signum crucis quam gemma -is. SVLP. SEV. Mart. 24, 4 -e ... redimitus. 24, 7 non se (*sc. Christum*) purpuratum nec -e renitentem venturum esse. dial. 2, 6, 4. VICTRIC. 26 (*in imag.*) hic sunt -ta variis gemmarum distincta luminibus sapientiae, intellectus ... castitatis (*de honore martyrum cum regiis insignibus comparato*). MART. CAP. 9, 911 sceptifero sub -e omnigenum genitor regna movens deum. SIDON. epist. 1, 11, 6 de capessendo -e. DRAC. Romul. 8, 335 -a tiaram qui tulit, ipse dedit. 10, 515. Orest. 6 ducis. 820 fruitur patrio -e. EVGEN. carm. 25, 20 -a nitens. ENNOD. opusc. 1, 14 p. 265, 14 laus ... donati -is et defensi. *fortasse huc referri potest*: APON. 7 p. 120 -is corona (*genet. cpexeget.?*) in cuius capite fuerit, omnium hominum dominus dicitur. p. 123 *animae* in -e Ecclesiae (*i. quasi reginae*) affigi probantur. CASSIOD. in psalm. 1 regis -a resplendet. var. 2, 40, 13 -a oculis varia luce gemmarum ... blanditur. MVTIAN. Chrysost. hom. 4 p. 267 ut -a ... regni suscipiant. IORD. Rom. 234 -am suam Pompeio obtulit. 352 arripuit. HIST. Apoll. 24. CORIPP. Iust. 2, 162 sacro -e ... sancire caput. 3, 257 caput -e fulgere sacro (4, 243). GREG. M. moral. 19, 35 iustorum iudicia recte -i comparatur, quia per magni operis gloriam ad retributionis ducunt coronam *eqs.* **2** *insigne quodlibet honoris, dignitatis, pretii sim., apud* ECCL. *saepe de corona Christi et martyrum*: MART. 8, 55, 8 cui -a (*i. coronam victricem*) daret marmore picta Nomas. AVR. Fronto p. 28, 80 N. ne valeam, nisi aliqua die virga in manus tibi tradenda erat, -a circumponendum, tribunal ponendum (*de consulis corona laurea*). FIRM. err. 23, 3 regnum perpetuum et caeli -a domino nostro ... collatum est. PS. DAMAS. epigr. 71, 4 -a duplex decorat (*de martyre Agatha*). ENNOD. dict. 12, 5 p. 462, 19 (*in imag.*) verticem meum coruscans luce vestra -a nobilitat. PRISC. Anast. 163 quo sceptra loco dederat tibi rector Olympi, quo caput ipse tuum primo -e cinxit. GREG. M. euang. 40, 12 (*in imag.*) inter ignitos illos lapides aeterni -is constat. CARM. epigr. 1365, 16 non sprevit sacrum post -a iugum.

C *metonymice i. q. regnum, regia potestas, dignitas*: STAT. silv. 2, 2, 122 Troica et Euphratae supra -ta felix (*de Mida, Croeso, Priamo, Sardanapalo*). Theb. 9, 55 -a peto. 10, 801 Oedipodionii mutent -ta fratres. IVV. 13, 105 ille crucem sceleris pretium tulit, hic -a. HIER. in Dan. 9, 24 p. 686 -a totius Syriae et Asiae capiti suo imposuit (*cf. p. 945, 25*). epist. 17, 2, 3 catena, sordes et comae non sunt -is signa, sed fletus. EXC. barb. p. 322, 22 Fr. imposuit deadema (*sic*) regni principatum (*sic*) sacerdotii. ALC. AVIT. epist. 46 p. 76, 18 radiate perpetuum praesentibus -e, absentibus maiestate. ENNOD. opusc. 1, 91 p. 286, 4 quod agunt in aliis dominis -ta, hoc in rege meo operata est ... natura. CASSIOD. var. 1, 42, 4 pretiosa -ta custodire. or. frg. p. 481, 21 una dispositio tua tot -ta conficit.

II ***translate*** *et in imagine i. q. honor, praestantia, decus, virtus sim.*: POMPON. Atell. 164 cuiusvis leporis Liber -am dedit (*sed dubites an huc pertineat*). VVLG. sap. 5, 17 *v. p. 945, 81.* PS. PROSP. carm. de prov. 930 in quibus argentum eloquii virtutis et aurum et sceptrum captum est crucis et -a decoris. LEO M. epist. 156, 5 -i vestro (*i. principis*) etiam fidei addatur corona (*cf.* PAVL. PETRIC. Mart. 3, 124 praelatae cessit -a fidei). *huc pertinere videtur*: ALC. AVIT. hom. 14 p. 145, 22 non fulgore -is, sed mentis luce discernens. ENNOD. epist. 1, 4 p. 7, 13 plus sermonum -ta credo valere quam conscientiam. 2, 13 p. 53, 4 -ta (*fere i. q. lumina orationis*) simplex colloquii cultus abiurat. 7, 29 p. 195, 17 verborum. dict. 2, 8 p. 432, 17 venerunt cum eo (*sc. Christo*) caelorum radii, apostolorum -ta, Petrus et Paulus (*nota metonymian i. q. illustrissimi vel decus*). 5, 5 p. 438, 21 pretiosum pastoris -a est, quando suasioni eius grex ecclesiasticus ... non repugnat. CASSIOD. var. 11, 1, 7 quasi -a eximium impretiabilis notitia litterarum. CARM. epigr. 1838, 13 Pastor bone, omnium -a episcoporum.

syn.: vitta, fascia, sertum, corona, infula. *ad I B*: insigne regium, honoris, dignitatis. *ad I C*: regnum, potestas, dignitas. *ad II*: honor, decus, praestantia, virtus.

deriv.: diademalis, diadematicus, diadematus.

diadēmālis, -e *a* diadema. *i. q. diadematus*: DRAC. Orest. 260 -em frangit cum vertice frontem (satisf. 33 -em turparunt cornua frontem). 319 -es capsas *ostentat* (*i. diadematibus repletas*).

diadēmaticus, -a, -um *a* diadema. *i. q. diademati similis*: FVLG. aet. mund. p. 155 insperato capiti fermentum -i germinis inroravit.

diadēmātus, -a, -um *a* diadema. *i. q. diademate ornatus*: PLIN. nat. 34, 79 Apollinem -um *fecit Leochares.* SVET. TIB. 2 statua sibi -a ... posita. ARNOB. in psalm. 161 p. 534[B] credentibus rex -us demonstratur. *v. etiam nom. propr.* Diadematus.

diadictamnum, -ī *n. a* διὰ δικτάμνων. *unguentum quoddam*:

CAEL. AVR. chron. 2, 3, 69 icesio aut -o. 3, 8, 115 diaeteon (*διὰ ἰτεῶν*) emplastrum et -um.

diadochē, -ēs *f.*, *διαδοχή*. *i. q. successio*: CORP. III 12283 quae *pars iudiciorum* ad -es ordinationem pertinet... quae pertinent ad -en sectae Epicureae... q(ui) -en habuerint (*ibid.* successio).

